BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXII
D
48
NAPOLI

Digitized by [illegible]

XXII
D
47

DISTINCTIONES

BARTOLI

DE SAXOFERRATO,

IVRIS INTERPRETVM CORYPHAEI,

quibus tota fere Iuris Ciuilis ſcientia continetur:

In Tabulas ſiue ſchematiſmos CCCCXXXIII. facilioris memoriæ, maiorisq́ commoditatis gratia redactæ, atque collectæ à Clariſsimo atque doctiſs. Scholæ Bononienſis Doctore MARIANO SOCINO Iuniore:

Nuncq́; demùm ad Publicam ſtudioſorum utilitatem in lucem editæ.

ACCESSIT ſingularum Theſium, ſiue Rerum, quæ ſingulis Schematiſmis tractantur, ordine Alphabetico digeſtus INDEX:

Quo & in hac parte multorum deſiderio ſatisfieret, & occupatiores longiore quærendi moleſtia leuarentur.

XXII
D
44

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI



VENETIIS,
Ex Officina Franciſci Laurentini, de Turino.
M. D. LXIIII.

ILLVSTRISSIMO AC GENEROSISSIMO PRINCIPI, D. IVLIO DVCI BRVNSVICENSI AC LVNAEBVRGENSI, DOMINO SVO CLEMENTISS. S. P. D.

SI quàm cùm publicis tum priuatis rebus inſignia commoda atq; magnifica præmia Iuris ſcientia adfert, tam uia ad eius ſacra ingredienda, expedita planaq́; eſſet: næ, qui ad eam pernoſcendam, quod dicitur, uelisq́; & remis minimè contenderet, ut & ſuæ & publicæ utilitatis negligens, meritò culpari poſſet. Quæ etenim actio uel publicis uel priuatis commodis conuenientior ſuſciperetur, quàm diſciplinæ ciuili, unico Reipub. præſidio uacantem, de ſalute uel facultatibus periclitantes protegere, ſuaq́; doctrina defendere, facinoroſorũ graſſantẽ rabiem reprimere, eorumq́; ui atq; malitia oppreſſos erigere, ſuum uirtuti honorẽ tribuere, improbitatem quibus digna eſt pœnis afficere: cumq́; hominum animi eò traducti fuerint, ut nec in domeſticorũ nec extraneorũ negociorum tractatione quicquam a Iuris legumq́; norma alienum faciant, ſed uirtutes amplectantur, pariq́; inter ſe iure placidè uiuant, nõ tantum ocio ac tranquillitate apud ipſos, ſed & amplisſima dignitate, ſummisq́; honoribus frui? Sedenim, cum via ad eius cognitionem confragoſis anfractibus ac pluribus difficultatibus obſtructa, moleſtijsq́; quàm maximis circumfuſa ſit, ſi qui cunctantius quàm promptius eam ingrediendam arbitrantur, excuſatione quàm reprehenſione digniores eſſe uidentur. Etſi enim a Iuſtiniano, ad Iuriſprudentiã a ſe conſtitutam, diſcendam ea methodus præſcripta extet, quæ obſeruata diſcentem facili iuris cognitione imbuere, & ſpe pulcherrima implere poſsit, ea Rempub. in partibus illi credendis rectè poſſe gubernari: tamen cum ipſa tẽporibus Iuſtiniani per Imperij Romani triſtiſſimam uaſtationem, ac bellicos barbararum gentium inſultus continuos collapſa, poſt annos amplius ſexcentos authoritate laudatiſsimi Imperatoris Lotharij Saxonis quaſi poſtliminio in Scholas & forum reduceretur, qui ad illam excolendam illuſtrandamq́; acceſſerũt, partim uana gloriæ ambitione, partim ueræ germanæq́; doctrinæ ignorantia, eam docendi uiam ſectati ſunt, quæ non tantum edicto Iuſtiniani contraria, ſed & ſummis difficultatibus, altaq́; confuſione permixta, maiorem litigandi cauillandiq́; quàm iuſtitiæ & æquitatis rationem commonſtrare putatur. Siquidem gloſſandi materia, quæ circa obſcuriorum Iuris locorum declarationem, aut eorum quæ inter ſe pugnare uiderentur conciliationem uerſaretur, a prioribus incredibili diligentia abſumpta: qui ipſis ſucceſſere, ambititioſa contentione, non in legum ipſarum enodatione, ſed in declarandis aliorum gloſſematis occupati, Commentariorum ſyluam congerere, ſingula

Gloſſarum uerba prolixis interpretationibus dilatare, ſuperuacuas & ocioſas quæſtiones inculcare, opiniones opinionibus cõfertiſsimo cumulo conglomerare, de rebus impertinentib. loco alieniſsimo diſputare, deniq; argutis diſputationibus, ac ſophiſticis cauillis receptas ac utiles ſententias euertere, indiſſolubilia contexere, ſuis ſe acuminibus compungere, ac mutuis ueluti telis ac vulneribus ita conficere cœperunt, ut Iuriſprudentia atyrogloſsia obruta, tricis queſtionũ inuoluta, miſerabili inordinatione diſcerpta, procellis opinionum proſtrata, nec certi uel firmi quidquam habere, nec ullo labore uel ætate ulla percipi poſſe credatur.

Licet autem hoc feliciſsimo & præcellentiũ ingeniorũ feraciſsimo ſeculo, complures ingenij acumine, eruditionis copia, ſcientia linguarum, cognitione antiquitatis, ac iudicij perſpicacia præſtãtes uiri extiterint, qui, ut Iuriſprudentiam Iuſtinianam in ueterem dignitatem maieſtatemq́, reſtituerent, iſta docendi ratione reiecta, pleniorem & faciliorem, a ueterum Iureconſultorum germana ſimplicitate & elegantia petitam diſcentibus luculenter oſtenderint: nec qui luce oſtenſa tenebras ſequendas nihilominus duxerit, probandus eſſe uideatur: tamen cum ratio a ſuperiorum temporum interpretibus obſeruata, amplius ducentis abhinc annis in Scholis conſtanter uſurpata, & inde cum diſcipulis in lucem fori traducta, ac etiam teſtimonio clariſsimorum huius ſeculi Iureconſultorum approbata ſit, firmiter aſſeuerantium ſine illa Ius noſtrum conſiſtere non poſſe, nec niſi Iudicijs mutatis, eius mutationem commodè attentari: fit, ut qui conſuetudini receptæ ſe ſubijciendo, uitia ætatis ſuperioris temporibus magis quàm hominum ingenijs tribuenda ducat, præter fructum conſilij ſui non tenuem, humanitatis quoq; laudem eximiam ferat.

Vt etenim vulgari iſti docendi rationi & inutilium quarundam rerum tractatio, & opinionum uarietas admixta ſit: quæ hæc tamen iniquitas erit, temporis infeliciſsimi conſideratione poſtpoſita, non tantum bonorum uirorum conatus, qui quaſi imaginem ueteris Imperij nobis reſtituerunt, tenebris Iuris (quãtum in illa Romanæ antiquitatis ignoratione puriorumq́; literarum inſcitia fieri potuit) pro uirili ſuccurrerunt, poſteritati inueniendi meliora cõmonſtrarunt, iudiciaq; barbaricis ritibus antiquitatis, ad legum Romanarum præſcriptum conſtituerunt, atrociter & faſtidioſè inceſſere: ſed & quæcunq; ab ipſis tradita, vulgoq; recepta ſunt, probroſè ſugillare, atq; hoſtiliter ſubuertere? Recte uetuſtas admonuit, inueteratæ cõſuetudinis uitia, ſi non ſint enormia, diſsimulanda potius, quàm mutanda: quòd legum receptarum temeraria mutatio nunquam ſine maximis motibus fieri poſsit. Quare & Paulus noſter prudenter præcipit: Minimè mutanda, quæ interpretationẽ certã ſemper habuerũt. & grauiſsime Alcibiades Thucydideus cẽſet, τῶν ἀνθρώπων ἀσφαλέστατα τούτους οἰκεῖν, οἳ ἂν τοῖς παροῦσιν ἤθεσι καὶ

νόμοις, ὧν καὶ χείρω ᾖ, ἥκιστα διαφόρως πολιτεύουσι. Idemque de vulgari docendi ratione commode dici poterit. Publicè quidem expediiſſet, edictũ Iuſtiniani, & methodum ab ipſo præſcriptam, religioſè obſeruatam, nec ei priuatorũ autoritate derogatum eſſe: ſed quum uel curioſitate, uel inſito hominibus nouitatis ſtudio, res & in ſcholis & foro eò deducta eſt, ut legislatoris iuſſum conſuetudo ſuperaſſe uideatur: ei cedere, quàm paucarum friuolarum inaniumq; rerum conſideratione fruſtra obniti, præſtiterit. Quid enim, ſi quæ friuola atque inutilia interdum adferantur: propterea ne utilia, neceſſaria, atque honoris commendatione dignisſima repudiabuntur? nec nos iuxta præceptum Lucretij,

Floriferis ut apes in ſaltibus omnia libant,
Omnia nos itidem ſectabimur aurea dicta?

Et ſi quæ uel diſputandi argutijs ad incertitudinem perducta, uel diſceptandi ſtudio inuolucris intricata ſunt, an non modum ſeſe inde expediundi a ueterum Iureconſultorũ prudentia mutuare licet? Nam cum & apud ipſos olim ſectæ, ac tanquam diſciplinæ familiarum, Caſſio Longino & Licinio Proculo authoribus ortæ, ac per diſcipulos ipſorum auctæ, & longè lateq; propagatæ eſſent: prudentiores ea ratione opinionũ ſcopulos præternauigaſſe leguntur, ut diſſentientes doctrinas uel diſtinguendo attemperarent, uel temperamento deficiente ueritatem ſequerentur, uel eà dubia communiorẽ opinionem eligerent. Nam ut temeritatis eſſe arbitrabantur, uiros ſapientiæ gloria conſpicuos uel ſtatim errori ſubdere, uel quod temperata reſolutione placari poterat uelle ſubuertere: ſic cum multis ſentire, uel etiam errare, non nihil eſſe norunt, ubi res dubia eſt, nec conſtat certa ratione errorẽ ſubeſſe. Sic Caſsius diſtinctionis temperamento utitur in l. dicere. ff. de arbit. & Paulus in l. j. §. adipiſcimur. in fine. ff. de acquir. poſſeſs. l. illud quoq;. in princip. ff. de petit. hæred. l. ſi cum exceptione. §. ſed ſi quis. ff. quod met. cauſa. Ac idem ueritate propoſita, Quinti Mutij ſententiã reprobat, l. poſsideri autem. §. ſin. ff. de acquir. poſſeſ. & Vlpianus in re dubia communiorem ſequitur, l. j. ff. de off. quæſt.

Etſi uerò comparatione Caſsianorum & Proculianorũ tanto nos ipſis infeliciores eſſe uidemur, quanto illi uiros in omni doctrina clarisſimos imitati ſunt: & præſens Iuriſprudentia ſqualida tetraque barbarie deformata, uix umbras ipſorum ſequitur: tamen cùm hæc infelicitati temporum magis quàm hominibus ipſis ſint imputanda: ac ita ſtudiorum iuris ratio hoc tempore ſit comparata, ut qui ea ad uſum forenſem transferre uelit, ei interpretum (qualeſcunque hi etiam fuerint) doctrina neceſſariò ſit cognoſcenda: delectu maiore quàm neglectu in ipſis uerſari, non peſsimi conſilij eſſe uidetur. Nam ut Romanæ antiquitatis, elegantiorumq; literarum cognitione deſtituti, ad Iuris interpretationem acceſſerint: hac tamen ſola excepta, quidam tanta ingenij atque iudicij laude, in innumerabilibus dubitationibus

Iuris diſſoluendis uerſati fuere, ut ipſorum opera ad multarum cauſarum negociorumque deciſiones nõ utilis tantum, ſed & (præſtantiſſimorum Iuris profeſſorum teſtimonio) neceſſaria ſit. Quid etenim optimi illi uiri in tanta ſeculi ſui barbarie, ingenio ſublimi, indefatigabili diligentia, inexhauſtoque labore, nulla neque ualetudinis, neque priuatæ rei ratione habita, aut non acutiſsimè excogitarunt, aut fuſiſsimè non explicarunt, aut in quæſtionem uocatum diligentiſsimè non diſcuſſerunt? Qua quidem in re præ cæteris Bartoli, iſtius celebratiſsimi, opera inſigni cum laude emicuit. Nam cum ſuperioris ſeculi altercationibus Ius uniuerſum obtenebratum, ac opinionum labyrinthis inuolutum eſſet: ipſe quaſi diuinitùs ad id illuſtrandum excitatus, ut certum Ius colligeretur, in diſtinguendis factorum ſpeciebus tam dextrum ac ſanum iudicium adhibuit, ut a cæteris ſui generis interpretibus Lucerna, Lumen, ac Speculum Iuris, Legiſtarum magiſter, ac ueritatis pater diceretur, & regnorum quorundam conſtitutione ſancitum ſit, in opinionibus contradictorijs, eius tanquam principaliori ſtari debere. Cum itaque placita ipſius uarijs diſtinctionibus ac ſubdiſtinctionibus referta, ad multarũ diſcrepantiarũ conciliationem, & ſolidam uniuerſalium Iuris theſium cognitionem facere, Iureconſultiſsimi quiq; perſpicerent, fuere, qui illa diſſoluta, & partibus ac membris ſuis diſtributa, diſpoſitione, quoad eius fieri potuit, perſpicua, Tabulis ſeu ſchematiſmis delinearent. opera cum ad intelligendum & recordandum, tum etiam iudicandum accommodatiſsima. Nam docendi ratio partitione diſtributa, generibus diſtincta, formis notata, denique ſerie certa comprehenſa, non tantum celeritatem intelligendi confuſione implicatam inſtruit, & res perceptas memoriæ tenaciter infigit: ſed & iudicium in cognoſcendo acuit, quid quo loco, & quàm aptè dicatur, quid cuiuſque ſit conſequens, quæ ratio, quæ cauſa ſingulorum commonſtrans: denique a primis ad ultima quaſi finem & metam progrediendo, animum proſpicientem ubi cogitationes ac curam inſiſtere neceſſe ſit, delectatione ſingulari reficit. Eæ ipſæ delineationes, cum a me Scholas Italicas obeunte, cura ſedula deſcriptæ, ac ſuperiore anno in Germaniam reuerſo, typographo, uiro optimo, ac rei literariæ promouendæ ſtudioſiſsimo, Ioan. Oporino cõmonſtratæ fuiſſent: ille, qui editioni Bartoli recens a ſuis ciuibus adornatæ ipſas aliquid cõmendationis, publicis autem ſtudijs non parum utilitatis adferre poſſe iudicaret, ſedulò ut eas ſibi ad imprimendum communicarem, mecum agere cœpit. Ergo uerò, licet conſenſum in publicatione operæ alterius inciuilem uideri poſſe perſpicerem, & ſeculi huius naſutiſsimi de hoc facto iudicium reformidarem: tamen illius uoluntati morem geſsi, maximè cum editionem ipſarum citra alienæ induſtriæ interuerſionem commodis publicis coniunctam agnoſcerem, ſingulari cum cupiditate, ut

quæ laus autori ipſorum debetur, ea illi cum prædicatione illuſtri con ferri potuiſſet. Verùm cum, an Clariſsimi & immortalitate digniſsimi D. MARIANI SOCINI Iunioris, an alterius opera ſit, in dubiũ vocari intelligam: ut illius manes, proprijs laboribus perpetui nominis famam ampliſsimam adeptos, alienæ induſtriæ laudem ſibi attribui nolle, certiſsimè ſcio: ſic nec alteri ſuæ operæ laudes præripiendas exiſtimaui. Quiſquis earum autor ſit, ut hac editione potius ſe ad uin dicationem fœtus ſui incitatum, quàm poſſeſsione eiuſdem ſpoliatum fuiſſe ſtatuat, peto.

Cæterùm cum eas in plurimorum manus, ut dixi, peruenire cuperemus, pro more recepto, Clementiæ Tuæ nomini, peculiari affectio ne illas inſcribendas, Illuſtriſsime Princeps, cenſui: partim quòd, dum ex ſententia Plutarchi LEX Principis ſit opus, huius uerò effectio citra iuſti atq; iniuſti cognitionem minimè fieri queat: de legibus ac co gnitione Iuris conſcripta, Principi, ueluti propria ipſi materia, rectiſsi mè dedicari uiderentur. partim, quòd Iuris noſtri ſtudia a Clementia Tua, ex uſu ſalutaris operæ præſtantiſsimorum Iureconſultorum, D. IOACHIMI MINSINGERI, LVDOLPHI HALVERI, BARTOLI RICHII, aliorumque compluriũ, & ex iudicij publici ad Iuris ſcripti formam recenti inſtitutione, quàm maximi fieri comperiſſem. Vt autem priori ſignificatio ſtudij in doctrinam legalem illuſtris ineſt, coniuncti cum imitatione optimorum Regum ac Imperatorum, Auguſti, Veſpaſiani, Traiani, Adriani, Antonini, Alexandri Seueri, qui nulla decreta in ciuilibus quæſtionib. ſine frequentiore conſilio & accuratiore diſputatione Iureconſultorum feciſſe leguntur: ſic alterum, gubernationis iuris atque iuſtitiæ norma magis, quàm Principis arbitrio conſtantis exemplum laude digniſsimum ſuppeditat. Quid etenim ordini ueſtro laudabilius eſſet, quàm iudicijs ad legum normam conſtitutis, non tantum ſubditorum facultates atque fortunas, ſed & proprias cupiditates ſubijcere, ac populi libertatem aduerſus immodicam licentiam firmo præſidio munire? Sit ſanè glorioſum, armorum ac rei militaris ſcientia excellere, hoſtium uim fortiter repellere, ſociorum incommoda propulſare, imperij fines proferre ac amplificare. Sed ſi non illuſtriori, pari tamen cum laude coniunctum eſt, iuſtitiam colere, fluctuãtes animos certa lege regere: atq; efficere, ut autoritate iudiciorum libertas ciuium quaſi muro ſepta, aduerſus tyrannidem tuta atque inconcuſſa ſubſiſtat. Nam quoniam arma ideo ſumi, ac bella ſuſcipi conſtat, ut in pace ſine iniuria uiuatur: tam is qui iuſtè imperat, quàm qui glorioſè bella gerit, laudandus eſſe uide tur: quum hic bellorum materiam legum obſeruatione auertere, ille iuſtitia neglecta eam armis reducere conetur. Vt rectiſsimè propterea ſenſiſſe uideatur rex Agelinus, qui (referente Plutarcho) interrogatus, fortitudinem an iuſtitiam præſtantiorem haberet:

Nil

Nil(inquit)fortitudine indigemus,ſi omnes iuſtitiæ adhæreremus.

Quare cum Celſitudinis tuæ præclaram uoluntatem in laude iuſtitiæ,pietatis ac religionis, in gentem ueſtram,fortitudine atque induſtria bellica præ cæteris populis celebratiſsimam,inferenda cogno uiſſem,ac quantum commodi ac felicitatis inde ad totam noſtram Saxoniam dimanaturũ eſſet animaduerterem: admirationem uirtutum eius ductus,ut unus de populo, illi quaſi in curſu acclamare, meæque in illam ſubiectiſsimæ obſeruantiæ ſignum exhibere uolui. Ac etſi eximia prædicatione Clementiæ ac benignitatis tuæ in ſpem optimã erigor,audaciæ meæ in illa compellanda ueniam, ac obſeruantiæ & affectioni propenſæ locum apud ipſam fore: tamen cupiditate quadã incredibili,tuæ Clementiæ obtinendæ, oro, ut ſtudium hoc atque exiſtimationem de uirtute ſua meam libenter admittere, conſilium in hiſce tabulis edendis,ac cum hoc Procemiolo C. T. dedicandis,benignè approbare,inque cura reſpectuq; Reipub.me aliquo beneuolentiæ fauore complecti dignetur. Id quod ſi,ut ſpero,impetrauero:non ſolùm uberrimum meæ in illam ſubiectiſsimæ affectionis fructum me tuliſſe exiſtimabo: ſed & omnibus animi articulis ac ſenſibus connitar, ut tantæ uirtutis prædicatione,inter cultores Celſitudinis T. ſedulos,uenerationis cultu inter ſingulares admiratores, denique officioſa ſedulitate inter ſubiectos propenſiſsimos neutiquam poſtremus annumerari queam. Quod ſupereſt, filium Dei Dominum noſtrum IESVM CHRISTVM, æternum & unicum mediatorem ac interpellatorem pro genere humano,atq; cuſtodem huius,ſupplice prece oro, ut Celſitudinem T. in proſperitate ualetudinis incolumis, conſiliorum & actionum ſucceſſu proſpero, populorum adminiſtratione tranquilla, ditionisq; incremento læto quàm diutiſsime tueri, protegere, conſeruare,atque ornare uelit:

A M E N.

Illuſtriſs. Celſitudinis Tuæ
deditiſs.

Simon Schardius D.

TITVLORVM ELENCHVS.

PRIOR NVMERVS PAGINAM, POSTERIOR TABVLAM DENOTAT.

A

Absenti contra ſententiam quomodo ſubueniatur 21.42
Abſoluendo à pluribus an requirantur plures abſolutiones 137.266
Acceßio de poſſeßione ad aliam, an & quando permittatur 158.305
Accreſcendi ius an tranſeat ad ſucceſſores 112.217. an habeat locum in inuitis & nolentibus ibid. 218. utrum accreſcat cũ onere, uel ſine 113.219
Accreſcendi ius in non coniunctis, an & quando habeat locum 112.216
Accreſcendi iuri utrum ſit locus in diſpoſitionibus inter uiuos 113.220
ab Accuſatione deſiſtens, an & quando incidat in Turpilianum 215.418
Accuſatorem ſuum quando accuſatus reaccuſare poßit, uel alium 212.413
Actio de euictione an inter diuidentes detur 190.370
Actio furtiua an & quando competat ei qui rem furtiuam non poßidet 45.88
Actio perſonalis competens uenditioni, an traſeat ad emptorem 152.291
Actio poſt ſolutionem an contra alios cedi poßit, pluribus obligatis, & uno ſoluente 203.396
Actio quo caſu oritur ex diſpoſitione legis, an ſit condictio ex lege, an alia actio 47.91
Actio rerum amotarum an & quando detur contra mulierem, & quando utilis 68.130
Actio ſurrogata in locum alterius, an ſapiat naturam illius 206.406
Actio utilis an ex ſolo contractu ſine ceſſione tranſeat 172.335
an Actionis iure, an uero per iudicis officium rationes edi petatur 74.144
Actiones ex delicto an & quando tranſeant contra hæredes 208.404
Actiones pro legatis quæ competant pagina. 97.189
Actionum cedendarum beneficium quando creditori obſit, agenti contra fideiuſſorem 199.388
Actor an debeat in iudicio uti poßidetis, reo abſoluto quòd actor non poßidet, condemnari, ne reum deeætero moleſtet 167.325
Actor ſi in poſſeßionem ſit miſſus, qualiter reo ſuccurratur, pagina 141.273
an Actus remaneat ualidus, ſi lex prohibens pœnam imponendo, ultra procedat 143.277
Adiecta in præcedentibus an & quando in ſequentibus uideantur repetita pagina 190.371
Aditio per factum dubium an & quando probetur &c. 93.182
Aditionem an & quando conditionis euẽtus ignorantia impediat 91.178
inter Aditionem & mortem in hærede ſuo an & quando poßit dari medium pagina 87.171
Adminiſtratio pluribus ſimpliciter cõceſſa, an & quando intelligatur in ſolidum 52.99
ad Adminiſtrationem alterius quæ pertinent, an unus ſe poßit intromittere, tutelæ diuiſione facta 70.136
Adminiſtrator an poßit expedire adminiſtrationem, altero ei adiecto pagina 52.100
Adminiſtratores plures ſeu officium gerentes, qualiter teneatur 195.381
Adoptio an impediat, ut quis contra tabulas uenire poßit 132.258
Adultus curatorem habens, quibus caſibus æquiparetur pupillo 128.249
Aedes ſi quis habeat pro derelicto, an teneatur cauere de damno præterito & futuro 148.285
Aeſtimatio in ſolidum rei cuius non eſt commercium, uel promiſſor non habet, quando debeatur 178.348
in Aeſtimatione rei quod tempus inſpiciatur 32.63
Aetatem maiorem uel minorẽ allegans, cui incumbat onus probandi pagina 20.40
in Affectionis litem ut iuramentum locum habeat, quæ requirantur pagina 35.69
ad Agendum ſine cautione utrum quis admittatur 176.344
Alienatio an & quando extinguat legatum 120.233
Alienatio facta ab eo qui crimen capitale commiſit, an ualeat pagina 153.297
Alienationi rei aliquo iure ad ſe ſpectantis conſentiens, an & quando ſibi præiudicet 105.204
Aliud pro alio, inuito creditore, utrum ſolui poßit 27.55
Aliud uel idẽ quando redditur, quando dignoſcatur quis cõtractus inter partes fuerit celebratus 26.54
Allegans ſuam turpitudinem an & quãdo audiatur 32.64
Animus eius quem dicimus hæreditatem adiiſſe, qualiter per uerba probetur 92.180. qualiter per facta ibid. 181
Ante & poſt dictiones quomodo accipiantur 28.57
ad Appellandum quando quis biduum, quando triduum habeat 217.422
Arbiter an poßit cogi, ut ſententiam die feriata dicat 22.44
in Arbitrio cuius commiſſum eſt legatum, tertius ſi non arbitratur, quis arbitrabitur 106.206
ab Arbitratoris arbitratu an & quando recedatur 180.352
in Arrogationem ſi ſeruus hæres inſtitutus ſe deinde dederit, an fiat hæres neceſſarius, an uoluntarius 80.155
Aſcendentes an & quando repetant expenſas à deſcendetibus 19.39
Aſcendentes præteriti uel exhæredati, quo iure poßint irritare teſtamentum 79.153
cum Aufertur aliquid alicui ut indigno, quibus caſibus deferatur ad fiſcum, quibus non 122.238
Autori meo quando dominus ſuccedit, an confirmet ius meum 160.309
Autorum ſcripturæ qualiter probent pagina 117.228
Autoritati ſcripturæ an & quando ſtandum 26.53
Auxilia duo cum competunt, an & quando unum tollat aliud 136.265

B

Beneficium cedendarũ actionũ quãdo creditori obeſt, agẽti contra fideiuſſorem 199.388
Beneficio quod habeo abs te, quando poſſunt uti te inuito 132.257
Biduum quando quis ad appellandum habeat 217.422
Bona in caſu in quo diuiduntur inter eos qui ſunt de collegio, an diuidãtur p capita, an per ſolidum & librã 211.411
Bonorũ poſſeßio quæ datur cõditione pẽdente, an ſit iuris uel facti 134.262
ad Bona oĩa impuberis an & quando ſubſtitutio pupillaris trahatur 83.161

4 CAPA-

C

CAPACITAS quo tempore inſpiciatur in eo qui uult adire hæreditatem 82 159
Capi an & quando poſſit pro debito & crimine 214.417
ex Carboniano miſſus an poſſit agere 134 261
ad Caſum ſimilem rationem habentem an & quando lex extendatur 64.124
in Caſum unum facta prouiſio, an & quã do porrigatur ad alium 76.147
de Caſu an & quando quis teneatur, cum culpa caſum præceſſit 50.95
Caſus fortuiti periculum an & quando quis in ſe poſſit recipere 12 23
Caueri ſibi an & quando quis petere poſſit 148.186
ex Cauſæ defectu an & quando repetitio competat 36.73
habens Cauſam à me, an mihi poſſit referre quæſtionem dominij 62.116
ob Cauſam condictio an & quando locũ habeat 40.77
ad Cauſam per alium in cœptam tertius ueniens quid poſſit facere 216.421
concurrente Cauſa naturali, & cauſa accidentali, quæ præualeat 68.131
in Cauſa ciuili ſententia lata quando pariat exceptionem in criminali, uel contra 209 407
in Cauſa communi an uictoria unius proſit alijs 216.420
in Cauſa error an dominij tranſlationem impediat 10.19
ex Cauſa falſa lata ſententia, an & quando ſit nulla 61.179
Cauſæ duæ lucratiuæ quod non poſſint concurrere, regula quando habeat locum 108.209
Cauſæ quæ delegari poſſint, quæ nõ 9.17
pro Cauſis duabus citatus, an pro utraque teneatur reſpondere 213 414
ex Cauſis pluribus debitor, in quam cauſã uideatur ſoluẽdo fuiſſe 205 399
Cautio ſuperimpoſita an & quando ualeat 154 299
ſine Cautione ad agendum, utrum quis admittatur 179.344
Certi condictio quando ex numeratione oriatur, ſi ſtipulatio numerationi ſit appoſita 29.59
Ceſſio inter plures obligatos quando ſit facienda, quo iure fieri debeat, & quo iure petatur 204.397
Circuitus inutiles an & quando uitari debeant 42.83
Citatus pro duabus cauſis, an pro utraque teneatur reſpondere 213 414
Citatus qui ſe in iudicio ſiſtere non tenetur, an & quando teneatur mittere procuratorem 12.22
ciuitas & patria uerba quid contineant 220.429
cũ Ciuitate aliqua quãdo eſt cõtẽtio, apud quẽ debeat agitari cauſa 218.424
Clericus quis factus, poſt contractum uel delictum coram quo iudice conueniendus 73.142
Cognitio an commiſſa uideatur, executione commiſſa 162.314
Coitus illicitus an & quando & qualiter puniatur 213.415
Collaterales præteriti uel exhæredati, qualiter poſſint irritare teſtamentum pagina 79.154
in Collationem an donatio facta filio à patre ueniat 133.259
Collegio deſtructo an pereant priuilegia collegij 211.412
Collegio diſſoluto quid fiat de rebus collegij 211.410
de Collegio qui ſunt bona in caſu in quo diuidũtur inter eos, an diuidãtur p capita, an per ſolidũ & librã 211.412
Collegijs duobus, an unus ineſſe poſſit 210.409
Colono & quando ſucceſſor ſtare teneatur 65.125
Commune an & quando poſſim dicere meum 99.192
Conceſſio facta ſibi ſuiſque hæredibus, de quibus hæredibus intelligatur pagina 77.149
Conceſſio in dubio, utrum uideatur facta in rem, aut in perſonam 114.222
Concordia qualiter fiat, quãdo plures habentes idẽ ius diſcordant 104.205
Concurſus petitorij & poſſeſſorij utrũ admittatur, ſi unus illa proponat 156.302. utrum ſi a diuerſis intentetur 157.303. ubi nõ admittitur an requiratur quòd illud oppõatur 158.304
Condictio incerti an & quando locum habeat 41.79
Condictio ob cauſam an & quando locum habeat 40 77
Conditio an poſſit impleri in perſona hæredis illius, in cuius debebat impleri 125.243
Conditio diuidi an & quando poſſit pagina. 100.193
Conditio in perſona omnium ut uerificetur an ſit neceſſe, ſi ſubſtitutio eſt facta pluribus 131.255
Conditionis euentus ignorantia, an & quando impediat aditionem 91.178
Conditionem an dictio ſi, importet pagina 123.239
ſub Conditione inſtitutus, an & quando eam implendo uideatur adire pagina 36.71
Conditione pendente bonorum poſſeſſio quæ datur, an ſit iuris uel facti pagina 134.262
Conditiones quæ & quando hæredi remittantur 131.256
Conductor, re conducta quando uti non poteſt, an & quando fiat remiſſio mercedis 55.105
Confeſſio in iudicio facta per eũ qui pro me eſt in iudicio, an & quando mihi præiudicet 165.321
in non Coniunctis an & quando habeat locum ius accreſcendi 112.216
Conſentiens alienationi rei aliquo iure ad ſe ſpectantis, an & quando ſibi præiudicet 105.204
Conſentiens uenditioni rei ſuæ, an & quando uideatur conſentire animo donandi 65.126
pro Conſentiente quando habetur, qui tamen uerè non conſentit 66.127
Conſuetudo utrum inducatur, quando infra decennium quandoque fuit ſententiatum unum, quando que aliud 7.12
Conſuetudinis effectus quis 6.11
Contentio quando eſt cũ aliqua ciuitate, apud quẽ debeat agitari cã 218.424
Coniunctio unius de plurib. delinquentibus an reliquos liberet 168.327
Conuentus rei uindicatione. ſi decedat pluribus hæredibus relictis, in quantũ quiſque teneatur 206.400
Contracta iam quæ tollunt, utrum impediant contrahenda 183.358
Contractus aliàs inualidus an & quando firmetur iuramento 201.391
Contractus quis inter partes fuerit celebratus, quando idem uel aliud redditur, quomodo dignoſcatur 26.54
Contractus præcedentis nouatio quando dicatur facta per ſtipulationem ſequentem 30 60
Contractum inter uiuos an demonſtratio falſa uitiet 125.242
Contractum quo iure poſſim declarare nullum 87 169
poſt Contractum uel delictum clericus quis factus, coram quo iudice conueniendus 73.142
ex Contractu ſolo ſine ceſſione an actio utilis tranſeat 172.335
in Contractu, ſi fuit erratum in materia, uel intereeſſit alius defectus, qua actione agat pars decepta pagina 177.543

in Contractibus an & quando ſit locus pœnitentiæ 37.74
in Contractibus & ultimis uoluntatibus culpæ qualiter ueniant 54.104
in Contradicentem an poſſeßio uel quaſi poſſeßio alicuius ſtatus ſeu qualitatis transferat probandi onus 142.274
Contrahens nomine alieno uel ob alterius utilitatem, quis obligetur 18.36
Contributio an & quo caſu fiat, ſi ex hæredibus unius portio deueniat ad alium, &c. 126.245
Contributio an fiat, quando ſubſtituitur filio inſtituto pupillariter 126.246
Controuerſia finita tranſactione inter legitimum & ſcriptum hæredem, à quo petenda debita 14.27
contra Contumacem in non defendendo qualiter procedatur ad decretum primum, cum agitur de ſeruitute pagina 141.272
contra Contumacem ſi ſuper iure merè perſonali agatur, qualiter interponatur decretum 142.275
per Copulatiuam an & quando inducatur repetitio 117.226
ad Copulæ ueritatem quando requiratur concurrere utrunque 121.235
Correi aliqui ſi ſibijpſis ſuccedant, an ex hoc liberētur uel alligētur 196.383
Credo quòd uolo repudiare, ſi quis dicat, an ex hoc uideatur repudiare hæreditatem 135.263
Creditor petens ſibi communicari quod correus credendi à debitore accepit, qua actione experiatur 196.382
Creditor unus quod exigit, an teneatur eum alijs communicare 167.324
Creditori an & quando præiudicetur, pignoris uenditione facta 58.111
Creditore inuito, utrum aliud pro alio ſolui poßit 27.55
pro Crimine & debito an & quando capi poßit 214.417
in Criminalibus an iudex inducere poßit probationes pro partibus pagina 145.280
Culpa lata an & quando æquiparetur dolo 53.103
cum Culpa caſum præceßit, an & quando de caſu quis teneatur 50.95
de Culpa quæ eſt in negligendo, an & quando teneatur debitor ſi conueniatur ad rem 186.362
Culpæ qualiter ueniant in contractibus et ultimis uoluntatibus 54.104
Curatorem habens adultus, quibus caſibus pupillo æquiparetur pagina 128.249

D

DE DAMNO infecto an & quando uſufructuarius cauere, & uſufructuario caueri debeat 140.287
de Damno infecto ſi uſufructuarius uel proprietarius non caueant, quid agendum 145.181
de Damno infecto ſtipulatio an & quando committatur, ſi illa propter communem parietem ſit interpoſita pagina 150.290
de Damno infecto ſtipulatio ſimpliciter interpoſita, propter quod damnum cōmittatur 150.289
de Damno præterito & futuro an teneatur cauere, ſi quis ædes pro derelicto habeat 148.185
Debitor ad ſoluendum an ire debeat ad domum creditoris, an contra 48.93
Debitor ex pluribus cauſis, in quam cauſam uideatur ſoluendo fuiſſe pagina 205.399
Debitor ſi conuenitur ad rem, an & quādo teneatur de culpa quæ eſt in negligendo 186.362
Debitor uenditionem pignoris quomodo poßit impedire 57.110
Debitum ex obligatione diuiſa in plures conditiones, an et quando poßit repeti 45.87
Debitum ex uno contractu qualiter poßit conuerti in debitū ex alio 31.62
Debitum mihi ab uno an & quando poßit conuerti in aliud debitum, debendum mihi ab alio 31.61
Debitum quando ſoluendum 180.351
Debiti legatum an ualeat 155.301
pro Debito & crimine an & quando capi poßit 214.417
ad Decretum primū qualiter procedatur contra cōtumacē in non defendēdo, cū agitur de ſeruitute 141.272
Defectus ſuperueniens an & quādo impediat ratihabitionem 207.403
Defectus ſuperueniens an poßit uitiare diſpoſitionem 194.378
Defectus ſuperueniēs in perſona præſcribentis, an interrumpat præſcriptionem pag. 159.306
Defendens aliquem, an ab eo expēſas repetere poßit 206.401
de Defendendo ſtipulatio, ſi ex cauſa non defendat, an & quando committatur 17.35
in non Defendendo cōtra contumacē qualiter procedatur ad decretū primū, cū agitur de ſeruitute 141.272
ex Defuncti diſpoſitiōe, hæreditarijs portionibus pluribus delatis, an & quando quis poßit partem accipere, & partem repudiare 95.194
ob Defuncti dolum an & quando in litem iuretur contra hæredem 35.70
præter defuncti ſpem & uoluntatem quādo quis ſuccedit, an & qualiter legata debeantur 110.212
Delegari quæ cāæ poſſint, quæ nō 9.17
Delictū patris an & quando noceat filio, quo ad feudi priuationem 215.419
poſt Delictum uel contractum clericus quis factus, coram quo iudice cōueniēdus 73.142
ex Delicto actiones an & quando tranſeant contra hæredes 208.404
Delicto perfecto & conſummato, an ſit locus pœnitentiæ 208.405
Delinquens plus quam cogitârat, qualiter puniatur 214.416
Demonſtratio falſa an contractum inter uiuos uitiet 125.243
Demonſtratio falſa an & quando uitiet diſpoſitionem in ultimis uoluntatibus pagina 124.241
pro Derelicto ſi quis ædes habeat, an teneatur cauere de damno præterito & futuro 148.185
Deſcēdētes præteriti uel exhæredati, quo iure ueniāt cōtra teſtamētū 78.152
à Deſcendentibus an & quando aſcendētes repetant expenſas 19.39
Deſinere poſſe quod poteſt, an & quando quis dicatur 81.157
Deſtinata res utrum cedat in legato pagina 102.198
Dictio In, quomodo diuerſimodè accipiatur 77.150
Dictio Poteſt, quid importet 78.151
Dictio Si, an importet conditionem pagina 123.239
Dictiones Ante & Poſt, quomodo accipiantur 28.57
Dictiones extinctiuæ an aliquid extinguant ipſo iure, an uerò ope exceptionis 124.240. quæ ibi
Dicta in uno legis capite, an uideantur dicta in ſequentibus 210.408
Diſparitas inter obligationem fideiuſſoris ac principalis, quando uitiet obligationem, ut fideiuſſor non teneatur 200.390
Diſpoſitionem an defectum ſuperueniēs uitiare poßit 194.378
Diſpoſitionem an & quando impoßibilitas uitiet 86.168
Diſpoſitionem in ultimis uoluntatibus an & quādo demōſtrō falſa uitiet 124.241
Diſpoſitionem quando uerba enunciatiua inducant 154.298

in Diſpoſitione aliqua pecuniæ uerbum poſitum, quid cõprehendat 101.195
in Diſpoſitionibus inter uiuos, utrum ſit iuri accreſcendi locus 113 220
Diuerſitas quæ duorum reorum conſtitutionem impediat 197 385
Dolum plures committentes, an quilibet de dolo teneatur, & quomodo 21.43
Dolo an & quando lata culpa æquiparetur 53 103
Dominium an & quando per ſententiam transferatur 1 2
Dominium an & quando mihi ſit quæſitum, ſolutione facta ſeruo uel procuratori meo 153 296
Dominij tranſlationem an in cauſa error impediat 10.19
Dominium an transferat, ut recipiat ſoluens 203 395
Dominium ut non transferat an & quando traditionem perſonæ error uitiet pagina 9 16
Dominij quæſtionem an mihi referre poſſit habens cauſam à me 62.119
Dominij tranſlationem an circa rem error impediat 10.18
Dominus an & quando amittat poſſeſſionem ſerui 155.300
Dominus quando ſuccedit autori meo, an confirmet ius meum 160.309
Dominus qui procuratorem dedit an & quando poſſit ipſe interuenire poſt litem conteſtatam 15 30
Domino an & quando procuratoris delictum noceat 11.20
Donare an & quando filiusfam. poſſit pagina 151.293
Donatio facta filio à patre an ueniat in collationem 133.259
Donatio inofficioſa qualiter & in quantum reuocetur 110.213
Dotis fructus à quo tempore maritus incipiat facere ſuos 61 118
Dotem datam quis repetat 38.75
Dotem pater filiæ quam promiſerat quando legat, quid filiæ debeat præſtare 104.202
de Dote agẽti patri an & quãdo filia contradicere uel cõſẽtire dicatur 63.122
de Dote filij an & quando pater teneatur, quẽ habet in poteſtate 64.123
in Dubio conceſſio, utrum uideatur facta in rem, aut in perſonam 114 222
in Dubio cui faueatur 183 357

E

EDICTO, ſi quis omiſſa cauſa, &c. an & quando teneatur qui ex teſtamẽto ſuccedere omiſit, ut ſuccedat ſubſtitutus 95.186
ex Edicto, ſi quis omiſſa cauſa, &c. an et quando teneatur qui omittit ex teſtamẽto, ut ſuccedat ab inteſtato 96.187
ex Electione quid abſenti & ignorãti acquiratur 152.295
Error circa rem impediat tranſlationem dominij 10.18
Error facti ut præſumatur iuſtus, &c. an ſufficiat probari quòd res aliter ſe habeat 165 320
Error in cauſa, an impediat dominij tranſlationem 10.19
Error iuris an & quando ſit lata culpa pagina 53 102
Error pſonæ an et quãdo traditionẽ uitiet, ita ut nõ transferat dominiũ 9.16
Error principis an & quando faciat ius pagina 117 227
per errorem iuris an & quando lucrum perdatur 93.183
Errorem ſuum quando notarius corrigere poſſit 222.433
quod Euenire poteſt, an & quando inſpiciatur 185.360
de Euictione actio an inter diuidentes detur 190 370
Examinatio teſtium ad æternam rei memoriã an et quando procedat 26.52
Exauctoratio an & quando inducat infamiam 15.29
Exceptio cõpetens uni ex duobus reis debẽdi, an porrigatur ad aliũ 197.384
Exceptio rei iudicatæ an obſtet in omnibus cauſis 170.330
Exceptionem quando pariat in cauſa criminali; ſententia lata in ciuili, uel contra 209.407
Exceptiones procuratoriæ quando opponendæ 16.32
Excipiendi ius an tranſeat contra ſucceſſorem ſingularem 151.292
Executioni an & quando iudex ſententiam per alium iudicem latam mandare poſſit 163 315
Executionem an tertius ueniens impedire poſſit 163.316
Executione commiſſa, an cognitio commiſſa uideatur 162.314
Expenſæ an & quãdo repetãtur 24.49
Expenſas ab eo quem quis defendit, an repetere poſſit 206.401
Expenſas an & quando aſcendentes à deſcendentibus repetant 19 39
Expreſſio eius quod tacitè ineſt, an & quando aliquid operetur 98.190
pExpreſſo an et qñ tacitũ hẽatur 29.58
Extinctiuæ dictiones an aliquid extinguant ipſo iure, an uerò ope exceptionis 124.240. quæ ibid.

F

FACTI error ut præſumatur iuſtus, &c. an ſufficiat probari quòd res aliter ſe habeat 163.320
per Factum dubium an & quando probetur aditio, &c. 93.182
p Facta qualiter animus eius quẽ hæreditatẽ adijſſe dicimus, ,pbetur 92.181
Falcidia uel Trebellianica quando poſſit in una re tantum detrahi 127.248
in Falcidia quæ computentur 127.247
Falſum ſi quis confiteatur circa ea quæ ad litis deciſionem pertinent, an poſſit reuocare 164.319
Falſum ſi quis in iudicijs præparatorijs confiteatur, an & quando poſſit reuocare 164 318
ad Feudi priuationem an & quando patris delictum noceat filio 215 419
Fideicõmiſſum an modò locum habeat, ſi ille cui facienda eſt reſtitutio, per fideicõmiſſum ab aliquo eã emit 189 369
Fideicommiſſũ inter ſe illis relictũ an duo frẽs præſumãtur ignorare 189.368
Fideicõmiſſarijs et legatarijs quãdo teneatur, ſi quis ex teſtamẽto omiſit adire, ut uadat ad legitimum pag. 95.185
Fideiuſſor an obligationi facti poſſit accedere 199.389
Fideiuſſor an teneatur ex mora principalis 181.353
Fideiuſſor ſi ſuccedat principali, an extinguatur fideiuſſoria 204.398
Fideiuſſoris ſimpliciter accepti obligõ, an et quãdo augeatur ex mora rei 48.92
Filia an et quãdo dicatur cõſentire uel cõtradicere patri agẽti de dote 63.122
Filius naturalis an excludat ſubſtitutum pag. 126.252
Filio à patre facta donatio an ueniat in collationem 133.259
Filio inſtituto pupillariter quãdo ſubſtituitur, an contributio fiat 126.246
ex Filio ſpurio an et quãdo nepos inſtitui poſſit 76.148
Filius uerbum, prolatum à teſtatore, an cõprehendant nepotes 221.430
Filij uerbo à legẽ prolato, an cõprehendãtur nepotes 221.431
Filiusfam. an & quando poſſit donare pag. 151.293
Filiusfam. quãdo pecuniam alteri mutuat nomine patris, quomodo contrahatur mutuum 42.81
Filiusf. quando pecuniam nomine ſuo mutuat; quomodo contrahatur mutuum pag. 42.82
Fiſci res quanto tempore præſcribantur pag. 171.332

ad Fiſcum quibus caſibus deferatur, quibus non, cum aliquid alicui, ut indigno, auferetur 122.238
Fœmininum an & quando concipiat maſculinum 220.428
Fratres duo an præſumantur ignorare fideicommiſſum inter ſe illis relictum pagina 189.368
Fructuarius uel proprietarius ſi de damno infecto non caueant, quid agendum pagina 145.181
Fructus quando debentur ex certo fundo, utrum obligatio extinguatur uel differatur 184.359
Fructus quotuplices 23.48
Fructus rei emptæ ad quem ſpectent pagina 217.423
Fuga an & quando rei faciat probationem 33.66
ex Fundo certo quando fructus debentur, utrum obligatio extinguatur uel differtur 184.359

G

Generi an per ſpeciem derogetur, quando prouiſio generalis & ſpecialis cadit inter res quibus fit diſpoſitio 116.225
Generi an & quando per ſpeciem derogetur, cum genus et ſpecies cadunt inter perſonas grauatas, &c. 115.223
cum inter perſonas honoratas ib. 224
in Gradu proximior quando non admittitur, an habeatur perinde ac ſi non eſſet, &c. 23.47
Grauari in plus quàm honoretur, an & quando quis poſſit 109.210

H

Habere licere ſtipulatio ex cuius acto committatur 179.349
pro quo facto ib. 350
Habitum an & quando præſupponat priuatio 188.367
Hæres de euictione rei legatæ an & quando teneatur 103.200
Hæres an & quando præſumatur neſciuiſſe mortuum teſtatorem 90.176
Hæres quando habet unam rem pro alia, an illa ueniat in petitionem hæreditatis, uel reſtitutionem 109.211
Hæres ſi in ueritate inſtitutus, purè, qualiter probetur eum hoc ſciuiſſe 90.177
in Hæredis illius perſona in cuius debebat, an cōditio poſſit impleri 125.243
Hæredis ſui uera exiſtentia an & quando eneruentur 84.163
Hæredi quæ & quando conditiones remittantur 131.256
Hæredem an ſeruus cui relicta eſt libertas, poſſit cogere adire 130.254
contra Hæredem an & quando ob defuncti dolum in litem iuretur 35.70
in Hæredem translationem an prohibitio de non alienando facta per legem, teſtatorem & contrahentes impediat pag. 193.376
in Hærede ſuo an & quando inter mortem & aditionem poſſit dari medium 87.171
contra Hæredes an & quando ex delicto actiones tranſeant 208.404
ad Hæredes an & quando perſonale priuilegium tranſeat 63.121
ad Hæredes an ſtipulatio facti negatiuè concepta tranſeat, ſi de hærede non fiat mentio 192.374. an facti affirmatiua ib. 375
de Hæredibus quibus intelligatur, conceſſio ſibi ſuiſq; hæredibus facta 77.149
ex Hæredibus unius portio ſi deueniat ad alium, &c. an & quo caſu fiat contributio 126.245
ex Hæredibus unum an teſtator præ cæteris poſſit grauare. 193.377
Hæreditarijs portionibus pluribus delatis, ex diſpoſitione defuncti, an & quādo quis poſſit partem accipere, & partem repudiare 94.184
Hæreditas ex primo teſtamento an & quando adeatur, ſi ſecundum fieri fuerit prohibitum 97.188
Hæreditas quando habeatur pro adita, ſi iudex ſtatuit certum tempus aditionis uel repudiationis, & tunc nihil factum ſit 88.172
de Hæreditatis parte quod dicitur, an & quando uideatur dictū de tota 89.174
Hæreditatis petitioni ne ius fiat, an & quādo iudicium particulare poſſit excipi 169.328
in Hæreditatem adituro quo tempore capacitas inſpiciatur 82.159
Hæreditatem repudiare an uideatur, ſi quis dicat: Credo quod uolo repudiare 135.263
Homicidium an & quando uideatur remiſſum, ſtante ſtatuto quòd illud poſſit remitti 149.288
quàm honoretur, in plus grauari, an & quando quis poſſit 109.210

I

Idem uel aliud quando redditur, quomodo dignoſcatur quis contractus inter partes fuerit celebratus 26.54
Ignorantia euentus conditionis, an & quādo impediat aditionem 91.178
Impediens me, uel mecum concurrens, quādo iudicio teſtatoris à ſucceſſione excluditur utrum ipſe me impediat, uel mihi partem faciat 134.260
Impoſſibilitas an & quando uitiet diſpoſitionem 86.168
ad Impuberis omnia bona an & quando ſubſtitutio pupillaris trahatur 83.161
Incendiarij quomodo puniatur 8.15
Incertitudo an & quando uitiet legatum pagina 120.234
Incerti condictio an & quando locum habeat 41.79
Indictio, quomodo diuerſimodè accipiatur 77.150
Indebitè ſolutum an & quando repetatur 40.78
Indebitum an & quando pupillus, prodigus, furioſus, repetant abſque reſtitutione in integrum 41.80
ut Indigno cum aliquid alicui aufertur, quibus caſibus deferatur ad fiſcum, quibus non 122.238
ad Indiuidui ſolutionem qualiter quis teneatur 174.340
Infamiam an & quando exauctoratio inducat 15.29
Infinitas an & quando toleretur uel euitetur 146.183
Inſtitutus in re certa, cum clauſula, ne plus habere uel petere poſſit, an habeat ius accreſcendi 81.158
Inſtitutus purè, & rogatus reſtituere ſub conditione, quando poſſit adire & reſtituere 129.251
Inſtitutus ſub conditione, an & quando eā implendo uideatur adire 36.71
ab Inſtituto relicta, an & quando uideantur repetita à ſubſtituto 104.201
Inſtrumentum ſibi fieri, an & quando quis petere poſſit 148.186
Inſtrumentum ſi impugnaui, an & quando poſſum ex eo fundare intentionem meam 122.237
Inſtrumento producto an quis pro parte ei ſtare poſſit, & pro parte nō 119.231
Intentionem meam an & quando poſſum fundare ex eo, ſi inſtrumentum impugnaui 122.237
in Interdicto uti poſſidetis, qualiter ſententia feratur 168.326
Intereſſe qualiter & aduerſus quos committatur, ſi fiat contra obligationem facti indiuidui 175.341
Intereſſe ut peti poſſit, an ſufficiat intereſſe, &c. 13.25
Interlocutoriam unam ſi dedit iudex, poſtea aliam, ex qua quæratur ius partis à qua eſt appellandum 142.276
Interrogationis & reſponſionis diuerſitas, an & quando uitiare poſſit ſtipulationem 173.338

per Interuallum inter interrogationem & reſponſionem quando ſtipulatio non uitietur 172.336
Iudex an & quando poſſit demandare executioni ſententiam latam per alium iudicem 163.315
Iudex an teneatur officium ſuum interponere non petitum 143.278
Iudex in criminalibus an poſſit inducere probationes pro partibus 145.280
Iudex ſi officium non petitum interponat, an quod agit ualeat 144.279
Iudicis an ſit actio uel officium, quando ex lege ius agendi competit 47.90
per Iudicis officium an petatur rationes edi, an uerò iure actionis 74.144
Iudici an & quando liceat reſiſtere 1.1
coram Iudice quo clericus quis factus, poſt contractum, uel delictum conueniendus 73.142
Iudicium particulare an & quando poſſit excipi, ne ius fiat petitioni hæreditatis 168.327
in Iudicium idem an & quando quod poſt litem conteſtatã accidit, ueniat 22.45
in Iudicium pro reo ueniens, an & quando poſſit repudiari 15.31
in Iudiciũ qualiter ſtatuta pducãtur 6.10
in Iudicio an & quando aliquid fieri poteſt poſt tempus ſtatutum, infrà quod illud fieri debebat 74.143
in Iudicio confeſſio facta per eum qui pro me eſt in iudicio, an & quando mihi præiudicet 165.321
in Iudicio citatus qui ſe ſiſtere non tenetur, an & quando teneatur mittere procuratorem 12.22
Iudicio pendente ſoluens, an & quando poſtea ſententia ſecuta poſſit repetere 43.85
in Iudicio uti poſſidetis, reo abſoluto quòd actor non poſſideat, an debeat actor condemnari, ne reum decætero moleſtet 167.325
Iudiciorum ſatisdatio qua mutatione extinguatur 207.402
in Iudicijs præparatorijs ſi quis falſum confiteatur, an & quando poſſit reuocare 164.318
Iuramentum an per procuratorem poſſit præſtari 146.182
Iuramentum cui ſit deferendum in defectum probationis 34.68
Iuramentum in litem affectionis ut locum habeat, quæ requirantur 35.69
Iuramento an & quando contractus aliàs inualidus firmetur 201.391
Iuramento quæ pacta aliàs inualida firmẽtur 126.244
propter Iuramentum res quæ eſt quando deberi poſſit 33.65
Ius accreſcendi an tranſeat ad ſucceſſores 112.217. an habeat locum in inuitis, & nolentibus ib.218. utrum accreſcat cum onere, uel ſine 113.219
Ius accreſcendi in non coniunctis, an & quando habeat locum 112.216
Ius agendi an ex legis diſpoſitione oriatur 46.89. quando ex lege competit, an ſit actio uel officium iudicis 47.90
Ius an & quando error principis faciat pagina 117.227
Ius an ſñia ſuper ætate lata faciat 20.41
Ius excipiendi an tranſeat contra ſucceſſorem ſingularem 151.292
Ius idem habentes plures quando diſcordant, qualiter fiat concordia 105.203
Ius meum an confirmet, quando dominus autori meo ſuccedet 160.309
Ius parti à qua eſt appellandum, unde quæratur, ſi iudex dedit interlocutoriam unam, poſtea aliam 142.276
Ius publicum an & quando priuatorum pactis poſſit mutari 14.26
Ius tertij an & quando opponi poſſit pagina 169.329
per iuris errorem an & quando perdatur lucrum 93.183
Iuri accreſcendi utrum ſit locus in diſpoſitionibus inter uiuos 113.220
ſuper Iure merè perſonali ſi agatur, qualiter contra contumacem interponatur decretum 142.275
Iura exiſtentia ſui hæredis an & quando eneruentur 84.163

L

LEGATARIO onus iniunctum inutile, an faciat legatũ inutile 111.124
Legatarijs & fideicommiſſarijs quando teneatur, ſi quis ex teſtamento omiſit adire, ut uadat ad legitimum 95.185
Legatum an & quando alienatio extinguat 120.233
Legatum an & quando incertitudo uitiet 120.234
Legatum collatum in alterius uoluntatem, an ualeat 106.205
Legatum eius quod eſt debitum, an ualeat 155.301
Legatum in cuius eſt arbitrio commiſſum, ſi non arbitratur tertius, quis arbitrabitur 106.206
Legatum quantitatis in dubio, an uideatur duplicatum ut debeatur bis, uel tantum ſemel 119.232
Legati partem an quis poſſit acceptare, & partem non 107.207
Legato adiectum tempus an faciat diem, an uerò conditionem 103.199
in Legato utrum res deſtinata cedat pagina 102.198
Legata an & qualiter debeantur, quando quis præter defuncti ſpem & uoluntatem ſuccedit 110.212
pro Legatis quæ actiones cõpetãt 97.189
de Legatis quartã quis detrahat 128.250
quando Legatur uni pluries, an ei ſæpius debeatur 107.208
Lex an & quando extendatur ad caſum ſimilem rationem habentem 64.124
Lex prohibens ſi ultrà procedat, pœnam imponendo, an actus remaneat ualidus 143.277
ex Legis diſpoſitione actio quo caſu oritur, an ſit condictio ex lege, an alia actio 47.91
ex Legis diſpoſitione an oriatur ius agendi 46.89
in Legis uno capite dicta, an uideantur dicta in ſequentibus 210.408
ex Legis diſpoſitione uno operas, alio mercedem debente: ſi impediatur caſu, an debeatur merces 219.426
à Lege filij uerbo prolato, an comprehendantur nepotes 221.431
ex Lege quãdo ius agendi competit, an ſit actio uel officium iudicis 47.90
Legitimum quando ſpes tutelæ teſtamentariæ faciat ceſſare 68.132
Limitationem an & quando ſignum uniuerſale recipiat 135.264
ad Litis deciſionem quæ pertinent, ſi quis circa ea falſum confiteatur, an poſſit reuocare 164.319
in Litem affectionis ut iuramentum locum habeat, quæ requirantur 35.69
in Litem an & quando ob defuncti dolum contra hæredem iuretur 35.70
poſt Litem conteſtatam an & quando dominus qui procuratorem dedit, poſſit ipſe interuenire 15.30
poſt Litem conteſtatam quod accidit an et quando in idem iudiciũ ueniat 22.45
Litigioſum an & quando quid reddatur 171.334
Lucrum an & quando per iuris errorem perdatur 93.183

M

MANDATVM an & quando uoluntas inducat 67.128
Manumitti an & quando poſſit ſeruus reſtitutioni ſubiacens 130.253
Maritus an & quando habeat beneficium, ut mulieri ſolum, in id quod poteſt facere condemnetur 62.120
Maritus à quo tempore fructus dotis incipiat facere ſuos 61.118

Maſculinum

Maſculinum an & quando concipiat fœmininum 220.428
Materiæ in materiatum tranſitus, an & quando faciat aliud in effectu eſſe materiatum 51.98
Medicus an & quando debeat habere ſalarium, etiamſi ſanatus reinciderit in morbum 55.106
Merces an debeatur, ſi caſu impediatur, uno operas ex legis diſpoſitione, alio mercedem debente 219.426
Mercedis remiſſio an & quando fiat, quādo conductor re conducta uti non poteſt 55.105
de Meo ad quem quid per mediam perſonam deuenit, an & quando poſſum grauare 100.194
Militum priuilegia circa teſtamentum quæ 88.173
Minor abſtinens uel immiſcens ſe, an & quibus modis iuuetur 89.175
Miſſus ex Carboniano an poſſit agere pagina. 134.261
Modus an ſit cauſa finalis, an impulſiua 152.294
Mora & obligatio quando præcedit, an per ſequentem ſtipulationem purgetur mora, & ſequens ſtipulatio committatur 202.393
Moræ purgatio an & quando admittatur 185.361
inter Mortem & aditionem in hærede ſua an & quādo poſſit dari mediū 87.171
cum Moriuntur plures ſimul, an alter alteri ſuperuiuere præſumatur 121.236
Mulier quæ mūera poſſit ſubire 222.432
contra Mulierem an & quādo detur actio rerū amotarū, & quādo utilis 68.130
Mūera quæ poſſit ſubire mulier 222.432
Mutuans pecuniam ad rem emendam an & quando habeat tacitam hypothecā ſuper ea 56.108
Mutuum quomodo contrahatur, quando filius fam. patris nomine alteri pecuniam mutuat 42.81. quomodo, cum pecuniam nomine ſuo mutuat ead. 82
in Mutuo utrum ſemper requiratur, ut ex meo tuum fiat 28.56

N

NEpos ex filio ſpurio, an & quando inſtitui poſſit 76.188
Nepotes an filij uerbo à lege prolato comprehendantur 221.431
Nepotes an uerbum filius, prolatum à teſtatore comprehendat 221.430
quod mihi non Nocet, & alteri prodeſt, quando teneor facere 60.116
Nomine alieno uel ob alterius utilitatem quando aliquis contrahit, quis obligetur 18.36
Notarius an poſſit corrigere errorem ſuum 222.433
Nouatio contractus præcedentis quando dicatur facta per ſtipulationem ſequentem 30.60
ex Numeratione certi condictio quando oriatur, ſi ſtipulatio numerationi ſit appoſita 29.59

O

OBligatio et mora quando præcedit, an per ſequentem ſtipulationem purgetur mora & ſequens ſtipulatio commutatur pagina 202.393
Obligatio fideiuſſoris ſimpliciter accepti, an & quando augeatur ex mora rei 48.92
Obligatio rei alienæ an & quando ualeat 56.107
Obligatio utrum extinguatur uel differatur, quando fructus ex certo fundo debentur 184.359
Obligationis limitandæ aut differendæ cauſa tempus quando adiectum dicatur 181.354
Obligationi facti an poſſit accedere fideiuſſor 199.389
contra Obligationem facti indiuidui ſi fiat, qualiter & aduerſus quos committatur pœna ſeu intereſſe 175.341
Inter Obligationem fideiuſſoris ac principalis diſparitas quando uitiet obligationem, ut fideiuſſor non teneatur pagina 200.390
Obligationem naturalem, item ciuilem bifariàm intelligi 2.3
Obligationem quam ſententia abſolutoria tollat, & quos effectus producat 44.86
ex Obligatione diuiſa in plures conditiones cum quid debetur, an & quando poſſit repeti 45.87
In Obligatione utrum generis uel alternatiua partis ſolutio faciat obligationem eſſe in pendenti pa. 174.339
in Obligationibus quæ contrahuntur ad reddendam certam ſpeciem, qualiter plures teneantur 50.96
inter Obligatos plures quando ceſſio facienda, quo iure fieri debeat, & quo iure petatur 204.397
Obligatis pluribus, & uno ſoluente, an actio poſt ſolutionem contra alios cedi poſſit 203.396
Officium non petitum ſi iudex interponat, an quod agit ualeat pagina 144.279
Officium ſuum interponere non petitum, an iudex teneatur 143.278
Onus iniunctum legatario, inutile, an faciat legatum inutile 111.214
Operam alio, alio ſalarium ex hominis diſpoſitione debente, & opera caſu fortuito non poteſt præſtari, utrum debeatur ſalarium pagina 218.425
de Opere quod fit in alieno quando ſatiſdari debeat 147.284
Oratio prolata ſine tempore, ad quod tempus referatur 118.230
Ordo an & quando attendendus 73.141
Ordo an & qualiter ſpectetur 83.162

P

PACTUM de futura ſucceſſione an & quando ualeat 182.355
Pacta aliàs inualida quæ firmentur iuramento 125.244
Partis debitæ ſolutionē pro parte 13.24
Pater an & quando teneatur de dote filij, quem habet in poteſtate 64.123
Pater an ſtipulari uel paciſci poſſit filio, ita quod in perſonā filij in uita patris effectus ſtipulationis quæratur 191.372
Pater & filius quando pro ſe inuicē teſtes eſſe poſſint 75.146
Pater filiæ quam promiſerat dotem quando legat, quid filiæ debeat præſtare pagina 104.201
Pater ſi ſubſtituit filio pupillo, an & quando teſtamentum patris & filij habeatur pro uno, & quādo pro duobus 85.166
Patris delictum an & quando noceat filio quo ad feudi priuationem 215.419
Patris nomine quando filius fam. alteri pecuniam mutuat, quomodo contrahatur mutuum 42.81
à Patre in teſtamento tutor datus an & quando debeat confirmari 70.135
Patria & ciuitas uerba, quid contineant pagina 220.429
Pecuniæ uerbum in diſpoſitione aliqua poſitum, quid comprehendat 101.195
Pecuniam mutuans ad rem emendam, an & quando habeat tacitam hypothecā ſuper ea 56.108
Pecuniam nomine ſuo quando filius fa. mutuat, quomodo mutuum contrahatur 42.82
Pecuniam quando filius famil. alteri mutuat patris nomine, quomodo contrahatur mutuum 42.81
in Pendenti aliquid quomodo & quando eſſe poſſit 18.37
Peremptoria an & quando ualeat pagina 163.317
Periculum ad quem ſpectet, re æſtimata tradita 49.94
Periculum caſus fortuiti an & quando quis in ſe poſſit recipere pagina 12.23
Perſonæ error an & quando uitiet traditionem,

ditionem, ita ut non transferat dominium 9.16
per Perſonam mediam de meo ad quem quid deuenit, an & quando poſſum grauare 100 194
inter Perſonas grauatas cùm genus & ſpecies cadunt, quando generi derogetur per ſpeciem 115. 223. quando inter honoratas ib. 224
Petere, & ſalutionem recipere, an procedant ex eiſdem regulis 61. 117
Petitioni hæreditatis ne ius fiat an & quādo iudicium particulare poſsit excipi 168.328
Petitorij & poſſeſſorij concurſus utrum admittatur, ſi unus illa proponat 156. 302. utrum, ſi à diuerſis intentetur 157.303
Petitorij & poſſeſſorij concurſus ubi non admittitur, an requiratur quòd illud opponatur 158.304
Pignoris uēditionem quomodo debitor poſſit impedire 57. 110
Pignoris uenditione facta, an & quando præiudicetur creditori 58.111
in Pignoribus an et quādo procedat, ut qui prior tēpore, potior ſit iure 166.323
Pœna qualiter & aduerſus quos committatur, ſi fiat contra obligationem facti indiuidui 175. 341. qualiter adiecta facto diuiduo uel dationi ead. 342
Pœna quam quis conſequitur ratione rei mihi reſtituendæ, utrum ueniat reſtituēda cum ipſa re 166.322
Pœnitentiæ an & quando in contractibus ſit locus 37.74
Pœnitentiæ an ſit locus, delicto perfecto & conſummato. 208.405
Populus an & quando per ſe ſine ſuperiore ſtatutum facere poſsit pagina. 2.4
Portio unius ex hæredibus ſi deueniat ad alium, &c. an & quo caſu fiat contributio 126 245
Poſſeſsio bonorum quæ datur conditione pendente, an ſit iuris uel facti pagina 134.262
Poſſeſsio uel quaſi poſſeſsio alicuius ſtatus ſeu qualitatis, an transferat onus probandi in contradicentem pagina. 142. 274
Poſſeſsionem ſerui an & quando dominus amittat 155.300
circa Poſſeſsionem poſtliminij fictio quid operetur 159 307
in Poſſeſsionem ſi actor ſit miſſus, qualiter reo ſuccurratur 141.273
de Poſſeſsione ad aliam acceſsio an & quando permittatur 158.305
Poſſeſſorij & petitorij concurſus utrum admittatur, ſi unus illa proponat 156. 302. utrum, ſi à diuerſis intentetur 157.303. ubi non admittitur, an requiratur quòd illud opponatur pagina 158.304
dum Poſsidet quis, an & quando præſumatur dominus, ſi contrarium non appareat 87.170
Poſt & ante dictiones, quomodo accipiantur 28.57
Poſtliminij fictio circa poſſeſsionem & uſucapionem quid operetur 159.307
Poteſt dictio, quid importet 78.151
in Præcedentibus adiecta an & quando in ſequētibus uideātur repetita 190.371
Præoccupaſſe quis ita ut habeat, deinde prælationem an & quando dicatur 101.196
Præſcriptionem an defectus ſuperueniens in perſona præſcribentis interrumpat 159.306
per Præſtationem ſequentem an & quando titulus inualidus cōfirmetur 58 112
Præſtatione ex ſola longi temporis, quando poſsit agi, ut ſibi in futurum præſtetur 59.113
ex Principalis mora an fideiuſſor teneatur 181.353
Principali ſi fideiuſſor ſuccedat, an extinguatur fideiuſſoria 204.398
Principis error an & quando faciat ius 117. 227
Priuatorum pactis an & quando ius publicum mutari poſsit 14 26
Priuatio an & quando præſupponat habitum 188.367
Priuilegium perſonale ad hæredes an & quando tranſeat 63.121
Priuilegia collegij an pereant, collegio deſtructo 211.412
Priuilegia conceſſa an & quando tranſeant 7.13
Priuilegia militum circa teſtamentum quæ 88 173
Priuilegiorum interpretatio quō fiat 8.14
Probationis onus, allegans ætatem maiorem uel minorē, cui incumbat 20.40
Probationis onus an poſſeſsio uel quaſi poſſeſsio alicuius ſtatus ſeu qualitatis transferat in contradicentē 142.274
in Probationis defectum cui iuramentum ſit deferendum 34 68
Probationem rei an & quando fuga faciat 33.66
Probationes pro partibus an iudex in criminalibus inducere poſsit 145.280
Procurator an & quando poſsit ſubſtituere 171 333
Procurator contra procuratorem an & quando agere poſsit 16.33
Procurator ex ſua promiſsione an & quādo obligetur 17.34
Procurator rei an & quando de rato caueat 137.267
Procurator interueniens in interdicto de noui oper. nunciat. an & quando teneatur cauere de rato pagina 137.268
Procuratoris delictum an & quando domino noceat 11 20
Procuratoris miſsio ſi ipſo fuerit impeditus, an ad hoc requiratur, ut utilia tempora currant 170.331
Procuratori falſo ſolutio facta, an pariat liberationem, &c. 39.76
per Procuratorem an iuramentum poſsit præſtari 146.182
Procuratoriæ exceptiones quando opponendæ 16.32
quod Prodeſt alteri, & mihi non nocet, an & quando teneor facere pagi. 60.116
Prohibitio de non alienando facta per legē, teſtatorem & contrahentes, an impediat translationē in hæredē 193 376
Pronunciari ſibi deberi à iudice petere an & quando quis poſsit 148.186
Proprietarius uel fructuarius ſi de dāno infecto non caueant, quid agendum 145. 181
Proteſtatio declaratoria uoluntatis cui debeat fieri 138.269
Proteſtationis incitatoriæ effectus quis. pagina 140.271
Proteſtationis inhibitoriæ uel prohibitoriæ effectus quis 139.270
Prouiſo facta in unum caſum, an & quādo porrigatur ad alium 76.147
Prouiſio generalis & ſpecialis quando cadit inter res quibus fit diſpoſitio, an generi derogetur per ſpeciem 116.225
Pupillus an & quando poſsit obligari ſine tutoris autoritate pagina 71.138
Pupillus, prodigus, furioſus, an & quando indebitum repetant abſque reſtitutione in integrum pagina 41.80
Pupilli rem an & quando tutor poſsit emere 72.139
in Pupilli re tutor contrahens, an dicatur contrahere tutorio, an proprio nomine 72.140
Pupillo an & quando tutoris delictum noceat 11 21
Pupillo quibus caſibus adultus curatorem habens æquiparetur pag. 128.249
ad Pupillum an pars lucri pertineat, an ſimpliciter petat intereſſe, ſi tutor negocietur 71.137
à Pupillo in re empta an uſucapio procedat 161,312

QVAN-

Q
QVANTITATIS legatum in dubio an uideatur duplicatū, ut debeatur bis, uel tantùm ſemel pagina 119.232
Qui prior appellat, prior agat, regula, an & quando procedat 22.46
R
RATIHABITIONEM an & quando defectus ſuperueniens impediat 207.403
Ratihabitiões quæ & quales ſint 19.38
Rationes edi an petatur per officium iudicis, an uerò iure actionis 74.144
de Rato an & quando cauere teneatur procurator interueniens in interdicto de noui op. nunciat. 137.268
de Rato an & quando rei procurator caueat 137.267
Regula, qui prior appellat, prior agat, an & quando procedat 22.46
Regula, quòd duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere, quando habeat locum 108.209
Relictum ſi quid cui eſt purè, alteri ſub conditione, an inſtitutus purè habeat totum uel partem 102.197
Relicta ab inſtituto, an & quando uideantur repetita à ſubſtituto 104.202
Repetitio an & quando per copulatiuā inducatur 117.226
Repetitio ex cauſæ defectu an et quando competat 37.73
Res deſtinata utrum cedat in legato pagina 102.198
Res quæ eſt, quando deberi poßit propter iuramentum 33.65
Res ſoluta ſi euincatur, quando detur prima actio, & quando agatur de euictione 202.394
in Rei æſtimatione quod tempus inſpiciatur 32.63
Rei alienæ obligatio an & quando ualeat 56.107
Rei cuius non eſt commercium, uel promiſſor non habet, in ſolidum æſtimatio quando debeatur 178.348
Rei emptæ fructus ad quem ſpectent pagina 217.423
Rei iudicatæ exceptio an obſtet in omnibus cauſis 170.330
de Rei legatæ euictione an & quando hæres teneatur 103.200
Rei ſuæ uenditione conſentiens, an & quando uideatur conſentire animo donandi 65.126
Rei uindicatione conuentus, ſi decedat pluribus hæredibus relictis, in quantum quiſque teneatur 206.400
circa Rem error an impediat dominij translationem 10.18
Rem furtiuam non poßidenti an & quādo actio furtiua competat pa. 45.88
Rem uitioſā tradens, an & quando de re uitioſa tradita tenebitur pagi. 51.97
Re æſtimata tradita, ad quem ſpectet periculum 49.94
Re conceſſa, an etiam concedatur ſeruitus, quæ debetur rei ex alia re pagina 114.221
in Re à pupillo empta an uſucapio procedat 161.312
in Re certa inſtitutus, cum clauſula, ne plus habere uel petere poßit, an habet ius accreſcendi pagina 81.158
in Re donata filio à patre an uſucapio procedat 162.313
Res diuiduæ & indiuiduæ quando dicantur 182.356
Res fiſci quanto tempore præſcribantur 171.332
Rei procurator an & quando de rato caueat 137.267
pro Reo in iudicium ueniens, an & quando poßit repudiari pagina 15.31
Reo qualiter ſuccurratur, ſi actor ſit miſſus in poſſeßionem 141.273
Rei duo credendi qualiter conſtituantur 195.380
Rei duo debendi qualiter conſtituantur 194.379
Reorum duorum conſtitutionem quæ diuerſitas impediat 197.385
ex Reis debendi duobus uni competens exceptio an porrigatur ad alium pagina. 197.384
Reſpōſionis & interrogationis diuerſitas an & quando uitiare poßit ſtipulationem 173.338
Reſtituere ſub conditione rogatus, & inſtitutus purè, quando poſſit adire & reſtituere 129.251
Reſtitutio cui eſt facienda, ſi ille per fideicommiſſum ab aliquo eam emit, an modo habeat locum fideicommiſſum 189.369
Reſtitutioni ſeruus ſubiacens; an & quā do poßit manumitti pagina. 130.253
S
SALARIVM an & quando medicus habere debeat, etiam ſi ſanatus recinderit in morbum pagina 55.106
Salarium alio, alio operam ex hominis diſpoſitione debente, & opera caſu fortuito non poteſt præſtari, utrum debeatur ſalarium pagina 218.425
Salarium quo tempore ſolui debeat pagina. 219.427
Satiſdari de opere quod fit in alieno quā do debeat. 147.284
Satiſdatio iudiciorum qua imitatione extinguatur 207.402
Satiſdationem offerens an & quando permittatur ſolus adminiſtrare, cum plures tutores ſunt teſtamētarij 69.134
Sriptura priuata an & quando probet 33.67
Scriptura autoritati an & quando ſtandum 26.53
Scripturæ autorum qualiter probent pagina 117.228
Sententia abſolutoria quam obligationem tollat, & quos effectus producat 44.86
Sententia contra unum per iniuriam lata an noceat alteri quo ad actionem dandam contra alium 201.392
Sententia ex falſa lata cauſa, an & quando ſit nulla 91.179
Sententia in interdicto uti poßidentis, qualiter feratur 168.326
Sententia lata in cauſa ciuili, quando pariat exceptionem in criminali, uel contra 209.407
Sententia ſuper ætate lata; an faciat ius pagina 20.41
ad Sententiam die feriata dicendam, an arbiter cogi poßit 22.44
Sententiam per alium iudicem latam, an & quando iudex executioni mandare poßit 163.315
poſt Sententiam abſolutoriam ſoluens, a ſolutum condictione indebiti repetere poſſit 43.84
per Sententiam an & quando transferatur dominium 1.2
contra Sententiam quando abſenti ſubueniatur 21.42
Sententiā quo iure poßim declarare nullam 87.169
Seruitus quæ debetur rei ex alia re, an ēt concedatur, re conceſſa 114.221
Seruitutem debens an & quando reficere teneatur 25.51
Seruitutes quæ & quot ſint 25.50
Seruus cōis quando ſtipulatur, qualiter dominis acquiratur 198.387
Seruus cui relicta eſt libertas, an hæredē poßit cogere adire 130.254
Seruus hæres inſtitutus, ſi ſe deinde in arrogationem dederit, an fiat hæres neceſſarius, an uoluntarius 80.156
Seruus qui datus eſt ut manumittatur, intra certum tempus ſit liber 36.72
Seruus reſtitutioni ſubiacens, an & quando poßit manumitti 130.253
Serui poſſeßionem an & quando dominus amittat 155.300
Si dictio, an importet cōdōnē 123.239
Signum uniuerſale an & quando recipiat limitationem 135.264

Si quis

Si quis omiſſa cauſa, &c. edicto an & quando teneatur qui ex teſtamento ſuccedere omiſit, ut ſuccedat ſubſtitutus 55.166
Si quis omiſſa cauſa, &c. ex edicto an & quando teneatur qui omittit ex teſtamento, ut ſuccedat ab inteſtato pagina 96.187
Solennitas an & quando præſumatur pagina 178.347
Soluens pendente iudicio, an & quando poſtea ſententia ſecuta poßit repetere 43.85
Soluens poſt ſententiam abſolutoriam, an ſolutum condictione indebiti repetere poßit 43.84
Soluens ut recipiat, an transferat dominium 203.395
ad Soluendum an debitor ire ad domum creditoris debeat, an contrà 48.93
Solui quando debeat, quod debetur. 180. 351
Solutio partis debitæ an & quãdo pariat liberationem pro parte 13.24
Solutio procuratori falſo facta an pariat liberationem, &c. 39.76
ad Solutionem indiuidui qualiter quis teneatur 174.340
poſt Solutionem an contra alios actio cedi poßit, pluribus obligatis, & uno ſoluente 203.396
Solutionem recipere & petere, an procedant ex eiſdem regulis 61.117
Solutione facta ſeruo uel procuratori meo, an & quando mihi ſit quæſitum dominium 153.296
de Solutione rei ſi euincatur, quando detur prima actio, & quando agatur de euictione 202.394
Solutum an condictione indebiti repetere poßit, poſt ſententiam abſolutoriam ſoluens 43.84
Solutum indebitè an & quando repetatur 40.78
per Speciem an generi derogetur, quando prouiſio generalis & ſpecialis cadit inter res quibus ſit diſpoſitio pagina 116.225
per Speciem an & quando generi derogetur, cum genus & ſpecies cadunt inter perſonas grauatas, etc. 115.223 cũ inter perſonas honoratas ibi 224
Spes teſtamẽtariæ tutelæ quando facit ceſſare legitimum 68.132
Statutum nihil ſeu ſimpliciter loquens, ſine temporis expreßione, quæ liget pagina 4.8
Statutum an & quando populus per ſe ſine ſuperiore facere poßit. 2.4
Statutum ſuper his quæ ab alijs ſtatutis eiuſdem ciuitatis ſunt diſpoſita, utrum facere liceat 3.6
Statuto ſtante quòd homicidium poßit remitti, an & quando uideatur remiſſum 149.288
an Statutũ poßit diſpẽſare, ut qui aliàs teſtari phibetur, poßit teſtari. 75.145
Statuta à quo tempore ligent 4.7
Statuta qualiter in iudicium producantur 6.10
Statuta ſuper quibus fieri poßint 3.5
Statuta utrum recipiant interpretationem 5.9
Stipulari an pater poßit filio, ita quòd in perſonam filij in uita patris effectus ſtipulationis quæratur 191.372
Stipulatio an per uerba præſentis temporis contrahi poßit 176.343
Stipulatio de damno infecto an & quando committatur, ſi illa propter communem parietem ſit interpoſita pagina 150.290
Stipulatio de damno infecto, ſimpliciter interpoſita, propter quod damnum committatur 150.289
Stipulatio de defendẽdo, ſi ex cauſa nõ defendat, an & quando committatur 17.35
Stipulatio facti affirmatiua an tranſeat ad hæredes 192.375
Stipulatio facti negatiuè concepta, an trãſeat ad hæredes, ſi de hærede non fiat mentio 192.374
Stipulatio habere licere, ex cuius facto committatur 179.349. pro quo facto ib. 350
Stipulatio in diem qualiter & quando cõmittatur, quo ad obligationem, actionem & moram pagina 187.364
Stipulatio quæ habet conditionem & diem, an & quando committatur pagina 188.366
Stipulatio quando per interuallum inter interrogationem & reſponſionem non uitietur 172.336
Stipulatio reſpectu turpitudinis quæ in ea contineatur, an & quũ ualeat 177.346
Stipulatio ſemel commiſſa an amplius committatur 191.373
Stipulatio ſequens an & quando nouet primam præcedentem pa. 186.363
Stipulatio ſimplex conditionalis an & quando committatur 187.365
Stipulatio ſi numerationi ſit appoſita, quando ex numeratione condictio certi oriatur 29.59
Stipulationem an & quando diuerſitas interrogationis & reſponſionis uitiare poßit 173.338
per Stipulationem ſequentem an purgetur mora, & ſequens ſtipulatio committatur, quando obligatio & mora præcedit 202.393
per Stipulationem ſequentem quando nouatio contractus præcedentis dicatur facta 30.60
Stipulatione per ſeruum communem facta, qualiter dominis acquiratur pagina 198.387
in Stipulatione annua an tot ſint ſtipulationes, quod anni 198.386
Subſtitutio breuiloqua quos effectus faciat & quas ſubſtitutiones contineat 86.167
Subſtitutio pupillaris an trahatur ad omnia bona impuberis pa. 83.161
Subſtitutio pupillaris qualiter finiatur 84.164
Subſtitutio ſi eſt facta pluribus an ſit neceſſe ut uerificetur conditio in perſona omnium 131.255
Subſtitutionem qualiter operantur uerba ſubſtitutionis directa, communia uel obliqua, diuerſimodè in diuerſis perſonis poſita pagina 85.165
Subſtitutum an filius naturalis excludat 129.252
à Subſtituto quando repetita uideantur relicta ab inſtituto pagina 104.201
de Succeßione futura, pactum an & quãdo ualeat 182.355
in Succeßione præter defuncti ſpem & uoluntatẽ in, & qualiter legata debeãtur 110.212
à Succeßione quando me impediens uel mecum concurrens, iudicio teſtatoris excluditur utrum ipſe me impediat, an mihi partem faciat pagina 134.260
Succeſſor an & quando teneatur ſtare colono 65.125
contra Succeſſorem ſingularem an ius excipiendi tranſeat 151.292
ad Succeſſores an ius accreſcendi tranſeat 112.217
Superuiuere an alter alteri præſumatur, cum plures ſimul moriũtur 121.236

T

Contra Tabulas ut quis uenire poßit, an adoptio impediat 132.258
Tacitum an & quando habeatur pro expreſſo 29.58
Tempus adiectum legato an faciat diem, an uerò conditionem 103.199
Tempus obligationis limitandæ aut differendæ cauſa quando adiectum dicatur 181.354
Tempus quod in rei æſtimatione inſpiciatur

tur 32.63
ex Temporis longi ſola præſtatione quã do poſsit agi ut ſibi in futurum præſte *tur* 59.113
Temporis præſentis uel præteriti uerba an porrigantur ad futura 118.229
poſt Tempus ſtatutum an & quando aliquid in iudicio fieri poſsit, infra quod illud fieri debebat pagina 74.143
ſine Tempore prolata oratio, ad quod tempus referatur 118.230
Tempore qui prior, potior iure, an & quando in pignoribus procedat pagina 166.323
Tempora utilia ut currant, an ad hoc requiratur miſsio procuratoris, ſi ipſe fuerit impeditus 170.331
Teſtamentum inualidum an & quando reconualeſcat 80.155
Teſtamẽtũ inualidũ an & quãdo recõualeſcat, ceſſãte impedimẽto 111.215
Teſtamentum an & quando poſsit habere effectũ à ſecundo gradu 82.160
Teſtamentum patris et filij quando habeatur pro uno, quando pro duobus, ſi pater filio pupillo ſubſtituit 85.166
Teſtamentum quo iure poſsim declarare nullum 87.169
circa Teſtamentum priuilegia militum quæ 88.173
Teſtamẽtũ quo iure poſsint irritare aſcẽdẽtes præteriti uel exhæredati 76.173
collaterales, qualiter pagi. ibid. 154
cõtra Teſtamẽtũ quo iure ueniãt deſcẽdẽtes præteriti uel exhæredati 78.152
ex Teſtamento primo hæreditas an & quando adeatur, ſi ſecundum fieri fuerit prohibitum 97.188
ex Teſtamento ſi quis omiſit adire, ut uadat ad legitimũ, an & quando legatarijs & fideicommiſſarijs teneatur pagina. 95.185
ex Teſtamẽto ſuccedere qui omiſit, ut ſuccedat ſubſtitutus, an et quãdo teneatur edicto, ſi quis omiſſa cã, &c. 95.186
Teſtator an poſsit unum ex hæredibus præ cæteris grauare 193.377
Teſtatorem mortuum an & quando hæres neſciuiſſe præſumatur 90.176
à Teſtatore uerbum filius, prolatum, an comprehendat nepotes 221.430
Teſtes pro ſe inuicem quando pater & filios eſſe poſsint 75.146
Teſtium examinatio ad æternã rei memoriã an & quando procedat 26.52
Titulus uerus allegatus ex præſtatione ſeu patientia diuturna, utrum præſumatur 59.114
Titulus inualidus an & quando per ſe-
quẽtẽ præſtationẽ cõfirmetur 58.112
Tradens rem uitioſam, an & quando de re uitioſa tradita tenebitur. 51.97
Traditionẽ an & quãdo perſonæ error uitiet, ita ut nõ trãsferat dominiũ 9.19
Tranſactioni cõtraueniens qua pœna puniatur 14.28
Tranſactione finita inter legitimum & ſcriptum hæredem controuerſia, à quo petenda debita 14.27
Translationẽ in hæredẽ an prohibitio de nõ alienãdo facta per legẽ teſtatorẽ et contrahentes impediat 193.376
Trebellianica uel Falcidia quando poſſit in una re tantũ detrahi 127.248
Triduum quando quis ad appellandum habeat 217.412
in Turpilianum an & quando ab accuſatione deſiſtens incidat 215.418
Turpitudinis reſpectu quæ ĩ ea cõtinetur an et quãdo ſtipulatio ualeat 177.34
Turpitudinem ſuam allegans, an & quãdo audiatur 32.64
Tutelæ diuiſione facta, an unus poſsit ſe intromittere de his quæ pertinent ad adminiſtrationem alterius 70.136
Tutelæ teſtamentariæ ſpes quando faciat ceſſare legitimum 68.132
Tutor à patre in teſtamento datus, an debeat confirmari 70.135
Tutor an & quandò poſsit rem pupilli emere 72.139
Tutor legitimus ſi non eſt qui debet, an ſuccedat alius legimus, an uerò datiuus 69.133
Tutor in re pupilli cõtrahẽs, an dicatur contrahere tutorio, an uerò proprio nomine 72.140
Tutor ſi negociatur, an ad pupillum pertineat paris lucri, an uero petat ſimpliciter intereſſe 71.137
ſine Tutoris autoritate an & quando pupillus obligari poſsit 71.138
Tutoris delictum an & quando pupillo nocet 11.21
Tutores plures teſtamentarij quãdo ſunt an & quando offerens ſatiſdationem pmittatur ſolus adminiſtrare 69.134

V

Si non Valet quod agitur, an & quando ualeat quando ſimulatè concipitur 53.101
ſi quod nõ Valet ut ago, an ualeat prout ualere poteſt 173.337
Valeriatio an et quod pmitatur 67.126
Vẽditioni rei ſuæ cõſẽtiẽs, an et qũ uideatur conſentire animo donandi 65.126.
Venditione pigoris facta an & quando præiudicetur creditoris 58.111
Verba enunciatiue quando inducant diſpoſitionem 154.298
Verba præſentis uel præteriti temporis an porrigantur ad futura 118.229
Verba ſubſtitutionis directa, communia uel obliqua diuerſimodè in diuerſis perſonis poſita, qualiter ſubſtitutionẽ operentur 85.164
per Verba præſentis temporis an ſtipulatio contrahi poſsit 176.343
per Verba qualiter probetur animus eius quẽ dicimus hæreditatẽ adijſſe 92.18
ad Veritatem copulæ quando requiratur concurrere utrunque 121.235
Victoria unius in cauſa communi an proſit alijs 216.420.
Vincentem te quando uinco, an & quãdo procedat, quòd multò magis te uinco, &c. 57.109
Vindicatione rei conuentus, ſi decedat pluribus hæredibus relictis, in quantum quiſque teneatur 206.400
inter Viuos contractum an demonſtratio falſa uitiet 125.242
Volo, uerbum quid importet 99.191
Voluntas, an & quando inducat mandatum 67.128
Voluntatis proteſtatio declaratoria cui debeat fieri 138.269
in Voluntatem alteris collatum legatum an ualeat 106.205
in Volũtatibus ultimis an et quãdo demõſtratio falſa diſpoſitionem 124.241
Vſufructuarius an & quãdo damno infecto cauere debeat 149.287
Vſufructuario an et quando de damno infecto caueri debeat ibidem
Vſucapio an in re à pupillo empta procedat 161.312. an in re donata filio à patre 162.313
Vſucapio an procedat, ſi quis emat ab eo quẽ ſcit preciũ cõſumpturũ 161.311
Vſucapio licet non ab uno & eodem habeant titulum & poſſeſsionem, an procedat 160.308
Vſucapio, ſi quis non putet ſe uſucapere an procedat 160.310
circa Vſucapionẽ poſtliminij fictio quid operetur 159.307
Vti poſsidetis in iudicio, reo abſoluto q. actor non poſsidet, an debeat actor condemnari, ne reum de cætero moleſtet 167.325
in Vti poſsidetis interdicto qualiter ſententia feratur 168.326
Vtilitas publica priuatæ an & quando præferatur 60.115

INDICIS FINIS.

DISTINCTIONES BARTOLI DE SAXO FERRATO, A' MARIANO SOZINO BONONIENSIS ACADEMIAE PROFESSORE, IN TABVLAS, FACILIORIS memoriæ gratia, redactæ.

IVDICI AN ET QVANDO LICEAT RESISTERE? I

L. Vt uim. ff. de Iuſt. & iur.

RESPON. Quòd Iudex infert iniuriam, procedendo aut

- Extraiudicialiter, *& reſiſti poteſt. Gloſſa in l. non uidetur. §. quod iuſſu, de reg. iur. Nam factum à iudice, quod ad eius officium non pertinet, ratum non eſt. l. factum à iudice, de reg. iur. & tali caſu non eſt iudex, ſed priuatus. Cardinalis in Clement. prima. §. finali. in fine, de celeb. miſſ.*
- Iudicialiter, *et illud grauamen aut eſt*
  - Irreparabile *per appellationem, & tunc aut eſt irreparabile de*
    - Præſenti, *& poteſt reſiſti. ita Abbas in c. ſi quando. de offic. deleg. per notata in c. non inferenda. 2 3. q. 3. ibi,* Eripe eum qui ducitur ad mortem.
    - Futuro, *& tunc abſq; appellatione, immediatè reſiſti non poteſt. Ita notat Baldus in l. ut uim. in 6. quæſt. de iuſtit. & iure.*
  - Dubium *an ſit irreparabile per appellationem: & tunc ſi ita eſt, de præſente poteſt reſiſti. Caſtrenſis in d. l. ut uim.* Et eſt ratio: *nam ſemper in dubio tutior uia eſt eligenda. arg. cap. iuuenis extra, de ſponſalibus.*
  - Reparabile *per appellationem: & aut eſt iniuſtum*
    - Notoriè, *& reſiſti poteſt. Abbas in d. cap ſi quando, allegat gloſſam pen. in c. ex literis. eod. tit. de offic. deleg.*
    - Non notorie, *& aut eſt*
      - Appellatũ, *& illa appellatio aut*
        - Certò *tenet, & poteſt reſiſti. ita Bald in d. l. ut uim in 7. quæſt. Et eſt ratio, quia per appellationem ſuſpenditur iuriſdictio.*
        - Dubium *an teneat, & non poteſt. Ita Abb. in d. cap. ſi quando.*
      - Non appellatum, *& non poteſt reſiſti. l. iniuriarum. §. 1. ff. de iniurijs.*

PER SENTEMTIAM AN ET QVANDO TRANSFERATVR DOMINIVM? II.

L. Ex hoc iur. nu. 6. ff. de iuſti. & iur.

R. Aut illa fertur ſuper actione

- Perſonali: *& aut illa actio*
  - Tendit *ad hoc ut dominium transferatur, & tunc per ſententiam transfertur dominium. l. ſunt & aliæ, & ibi notatur ſecundum unam lecturam ff. de public.*
  - Non tendit *ad hoc ut transferatur dominium: ut in commodato, depoſito, locato, & tunc transfertur dominium.*
- Reali, *& aut ſententia fertur pro*
  - Reo, *et tunc aut illa ſententia erat*
    - Abſolutoria *ſimpliciter, & non transfertur dominium: l. ſed & ſi poſſeſſori. in princip. de iureiurand. & ita intelligitur Gloſſ. in l. exceptio. ff. de exceptio. rei iudic.*
    - Abſolutoria *hoc modo, quia pronunciatur rem eius eſſe à quo petitur, & tunc etiam non transfertur dominium. Ratio eſt, quia reus hic petijt ſe declarari dominum, & non dominium in ſe transferri. Inducitur tamen præſumptio dominij, & ad illud probandum poſſet induci ſententia, quia pro ueritate habetur. l. ſed et ſi poſſeſſori. in princip. ff. de iureiur.*
  - Actore: *& tunc ſi eſt pronunciatum, eum eſſe dominum qui petebat, aut in ueritate ita*
    - Erat, *& tunc impoſſibile eſt transferri dominium, quia natura actionis non patitur tranſferri, ſed potius declarari. l. ex diuerſo. §. 1. ff. de re iudic.*
    - Non erat, *& tunc non transfertur dominium. Ita eſt notab. textus in l. 3. §. item quæri poteſt. ff. de reb. eorum. Latè de hoc per Bartol. in l. Iulianus. col. 7. de condict. indeb.*

OBLIGATIO NATVRALIS, ITEM CIVILIS, BIFARIAM INTELLIGITVR? III.

L. Ex hoc iur. nu. 11. & 12 de iuſti. & iur.

R. Nā aut obligatio eſt

- Naturalis: et aut illa procedit.
  - Inſtinctu naturali, ut beneficienti beneficere, & aut eſt.
    - Redacta ad præſtandi neceſſitatem per ius ciuile. & iſta habet plenum effectum, & dicitur quodammodo ciuilis. Et de hac in l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condictio. indeb.
    - Non redacta: et illa aut contrahitur reſpectu
      - Certæ rei uel facti, & datum ob cauſam non repetitur, & ita etiā intelligitur d. l. ſi non ſortem. §. libertus. ff de condict. indeb.
      - Non certæ rei uel facti: & tunc aut
        - Redditur indebitū illud propter quod dicta naturalis obligatio eſt cōtracta, & non poteſt repeti. & ita intelligitur l. ſi teſtamento. §. 1. ff. de fideiuſſ.
        - Aliud ſoluitur: & aut fit ſolutio
          - Scienter, & ſolutum nō repetitur quia uidetur quodammodo remuneratio. l. ſed et ſi. §. conſuluit. ff. de petit. hæred.
          - Ignoranter, & repetitur. Gloſſ. in l. ut uim. ff de iuſt. & iure.
          - Dubitatur, & non repetitur. l. ſi uerò nō remunerādi. §. idem Papinianus. ff. mandati
  - Ratione: et dicitur illam eſſe aut ad
    - Obligādū: et tunc illa aut eſt
      - Probata iure, & habet plenum effectum. l. legitima. ff. de pact.
      - Non probata, nec reprobata iure, & habet effectum compenſationis. ut l. etiam ff. de compenſat. nec poteſt repeti ſi quid ſoluatur, niſi ſecundum notata. l. 2. ff. de condict. indeb.
    - Liberādū, et tunc aut illa eſt
      - Probata à iure, & per hanc omnis obligatio tollitur. l. ab emptione, ff. de pactis.
      - Reprobata à iure, & tunc non liberat. l. iurisgentium. §. ſi paciſcar. ff de pactis.
      - Nec approbata, nec reprobata à iure, & liberat, non tamen ipſo iure. l. ſi unus §. pactus. ff. de pactis.
- Ciuilis: & aut ciuilis eſt
  - In effectu, & ſunt quatuor illæ enumeratæ in Gloſſa, in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure.
  - Approbatione, & hæc eſt regulariter omnis obligatio. ita notat Gloſſ. Inſt. de obligat. in princip.

AN ET QVANDO POPVLVS POSSIT FACERE STATVTVM PER SE SINE ſuperiore? IIII.

L. omnes populi nu. 3. de iuſti. & iure.

R. Aut loquimur de populi

- Tota: et aut ille populus habet
  - Omnem iuriſdictionem conceſſam à principe, uel præſcriptam: et ille poteſt, nō expectata ſuperioris autoritate, & ita loquitur l. omnes populi. de iuſt. & iure. & §. omnes. Inſt. eodem.
  - Iuriſdictionem limitatam ad aliquas, ut ad ciuilia tantum, uel etiā ad criminalia, ſed tamen leuia & aut ſtatutum ſuper iis
    - Quæ ſunt de ſua iuriſdictione, & poſſunt hoc ſine ſuperioris autoritate. d. l. omnes populi.
    - Quæ ſunt extra iuriſdictionē ſuā, et nō poſsūt ſine autoritate ſuperioris, prout infra in proximo mēbro.
  - Nullam iuriſdictionē: & aut faciunt ſtatuta pertinentia ad
    - Cauſarum deciſionem: et aut ſuperioris autoritas
      - Interuenit, & poſsunt & ualent. l. final. C. de teſtam.
      - Non interuenit, & non ualent, cum careant iuriſdictione, & ſtatuta facere ſit iuriſdictio, ſaltem in genere ſumpta. l. 1. ff. de iuriſd. om. iud.
    - Rerū ſuarū adminiſtrationem, & tunc aut ſunt
      - Expreſsè ambitioſa, & nō ſunt ſeruanda. l. Ambitioſa. de decret. ab ordin. faciendis.
      - Nō ambitioſa, et tūc ſunt ſeruāda. l. 1. ff. de decretis ab ordi. fac.
- Quota: ut eſt quarterium, uel alia pars ciuitatis: & aut faciūt ſtatuta pertinentia ad
  - Cauſarum deciſionem, & non poſſunt, argumento eius quod ſupra.
  - Modum expediendi ea quæ incumbunt ipſi parti. & hoc poſſunt, cum hoc poſſint collegia. l. fin. C. de iuriſd. om. iud. & hoc habeatur pro collegio approbato. l. ſi quis à filio. delegatis. nu. 1.

L. Omnes

L. Omnes populi.nu. 21.ff. de iuſti. & iure.

R. Aut fiũt ſuper his quæ

- Nullo iure *ſunt diſpoſita, & ualent indiſtinctè. Argumento l. de quib. ff. de legib.*
- Aliquo iure *ſunt diſpoſita, & tunc aut à iure*
  - Diuino: & *aut illa ſunt*
    - Spiritualia, & *tunc ſuper his nec Imperator, nec populus poteſt condere legem c. eccleſia S. Mariæ. extrà, de conſtit.*
    - Temporalia: & *tunc aut de iure diuino ſimpliciter ita*
      - Non eſt diſpoſitum, *ut in illo præcepto* Non occidas. *Nam alibi permittitur ex cauſa, dum dicit,* Qui occidit, occidatur: *& ex alijs cauſis. & tunc ex cauſa poteſt permitti per leges & ſtatuta, quòd quis occidatur. l. 2. C. quando liceat ſin. iud. ſe uindic.*
      - Eſt diſpoſitum: *et tunc aut lex*
        - Excludit *peccatum, & ualet ſtatutum aut lex ut patet in teſtamẽto, ubi requirũtur ſeptem teſtes & ideo non ſufficiunt duo, contra illud quod dicitur, In ore duorum, &c.*
        - Non excludit *peccatum, & non ualet lex uel ſtatutum derogans iuri diuino;*
  - Naturali *uel gentium, & poteſt fieri ſtatutum aliquid derogans uel addens, non autem in totum tollens illud ius. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iure.*
  - Ciuili, & *aut illa lex*
    - Reſiſtit *ſtatutò, prohibendo ne fiat, & tunc non ualet ſtatutum. Nam ideo ualet ſtatutum, quia princeps permiſit, ſecus ergo, ſi prohibet. l. eos. ucrſicul. nec liceat. C. de uſuris.*
    - Nõ reſiſtit, & *tunc aut contra illam legem*
      - Poſſum *uenire per pactum, & ualet ſtatutum. Gloſſ. in* Rub. C. *de decretis decurionum. lib. 10.*
      - Non poſſum, & *aut ob cauſam*
        - Quòd *hoc eſſet contra bonos mores, & non ualet ſtatutum. quia lex debet eſſe ſancta & honeſta.*
        - Aliam; *ut propter publicam utilitatem, & ualet ſtatutum. Bartol. in l. omnes populi. nu. 26.*

VTRVM LICEAT FACERE STATVTVM SVPER HIS, QVAE AB ALIIS ſtatutis eiuſdem ciuitatis ſunt diſpoſita?

VI.

d. l. Omnes populi. nu. 20. cũ ſeq.

R. Aut ſtatutum præcedens eſt

- Simplex, *et aut illud*
  - Stat *in ſimplici diſpoſitione ſtatuti, & reuocatur per ſequens ſtatutum §. ea uero. Inſt. de iuſt. & iure.*
  - Tranſit *in contractum, uel quaſi, & tunc aut ex reuocatione prioris*
    - Non reſultaret, *quaſi contrahentis præiudicium & incommodum, & non reuocant. l. quod ſemel. iuncta ibi Gloſſa. ff. de decretis ab ordine fac.*
    - Reſultaret, *quaſi contrahentis in commodum, & reuocatur. l. quod ſemel. iuncta ibi Gloſſa. de decretis ab ordin. fac.*
- Derogatorium *ſecundi, & tunc aut in ſecundo ſtatuto clauſula derogatoria primi expreſſè*
  - Habetur, *& ualet ſtatutum.*
  - Non habetur, *& non ualet ſtatutum. Bartol. in l. omnes populi. nu. 31. circa fin. ff. de iuſt. & iure.*
- Iuramento firmatum, *et tunc aut in ſecundo ſtatuto ſuperioris authoritas*
  - Requiritur, *& non poteſt tolli primum. Ratio, quia ille qui habet interponere authoritatem, non uult eſſe author periurij.*
  - Non requitur, *& poteſt renouari, licet reuocantes ſint periuri. iudex enim ſuum non tibi tuum denegat auxilium. ut notatur in l. i. C. ſi aduerſ. uendit.*
- Poſitum cum alio, *& quidem contrario, in eodem uolumine, & eodem tempore confirmatum, & tunc præualet illud quod eſt ultimum in uolumine libri. Quia tempus compoſitionis, non confirmationis inſpicitur. Argumento l. 2. ff. de teſtamen. mil. & hoc eſt uerum, niſi per quandam diſtinctionem poſſent reduci ad concordiam: tunc enim utrumq; ſeruaretur. Barto. in l. omnes populi. nu. 35. de iuſt. & iure.*

d.L.Omnes populi.nu.37.

R. Aut quæritur

- A quo tẽpore ſtatuta incipiant habere uigorẽ: & loquuntur aut de iis.
  - Qui ſtatuta ſciunt, & illos ſtatim ligant. l. fin. de decret. ab ordin. fac.
  - Qui ſtatuta ignorãt: & tunc aut illa ſtatuta afferunt
    - Præiudiciũ, & tunc aut ſunt
      - Communes, & ligant poſt duos menſes. Auth. ut factæ nouæ conſtit. collat. 5.
      - Municipales leges, & ligant poſt modicum temporis, Iudicis arbitrio, ita quòd quis poſſit dici eſſe in ſupina ignorantia. c. ut animarum. de conſtit. in 6.
    - Commodum, & ſtatim ſuum operantur effectum. l. penult. in fine. C. de decurionib. libr. 10.
- An poſt aſſumptum uigorem ligent facta tum præterita: & dic quòd aut in ſtatuto expreſſè dicitur quòd trahantur ad
  - Præterita, et aut illa præterita ſunt
    - Deciſa ſeu finita, & aut illud ſtatutum nouum
      - Confirmat, & bene poteſt porrigi ad præterita. l. finali. C. de tranſact.
      - Infirmat, uel aliter diſponit, & non trahitur ad præterita, etiamſi expreſſè caueatur. l. cauſas. C. de tranſact.
    - Pendẽtia, et aut illa præterita ſunt in iudicium
      - Non deducta, & trahuntur ad præterita.
      - Deducta, & aut pendent
        - Per appellationem, & ad ea non porriguntur, etiam ſi expreſſè caueatur. Auth. ut eum. de appellat. cognoſc.
        - In iudicio cauſæ principalis, & non trahuntur ad ea. Auth. in medio litis. collat. 8.
  - Futura, & ad ea ſola trahuntur. Hoc enim propriè eſt de natura legis. l. leges. C. de legib.
  - Nihil dicitur, & tunc diſtingue: ut in uerſo folio, in proxima figura, quæ huc pertinet.

STATVTVM NIHIL SEV SIMPLICITER LOQVENS, SINE EXPRESSIONE temporis, án liget tam præterita quàm futura, &c.? VIII.

d.L.Omnes, &c. nu eód.

R. Aut loquimur in caſibus

- In quibus ſtatutum non ligat præterita, etiam ſi de iis expreſſè dicatur, ut ſuprà: & tunc certum eſt quòd tali caſu ſtatutum non liget.
- Aliis: & tũc aut ſtatutum procedit
  - Declarando, & porrigitur ad præterita. l. fi. C. de pactis.
  - Annullando, & aut cauſa annullandi ſuberat de
    - Præterito, & porrigitur ad præterita. Auth. de alienat. & emphyt. §. omnia uerò. collat. 8.
    - Præſenti, quia per illud ſtatutum annullans erat inducta, & non porrigitur ad præterita. l. Iubemus. C. de teſtam.
  - Confirmando, & porrigitur ad præterita. l. bene à Zenone. §. quia. C. de quad. præſcrip.
  - Aliquid de nouo inducendo, & aut pertinet ad
    - Litis ordinationem, & habet locum in omnibus futuris, quanquam ſit ſuper præteritis negocijs. l. 2. in principio. C. de iuramento calum.
    - Cauſæ deciſionem: & aut loquimur in
      - Delictis: et aut facit delictum
        - Aliquod, quod prius non erat delictum, & ad præterita porrigitur. §. fin. in Auth. de ſanctiſſim. Epiſco.
        - Augeri uel minui: & aut
          - Imponitur pœna delinquenti: & illa aut
            - Eſt conueniens delicto, & inſpicitur tempus delicti.
            - Non eſt cõueniens delicto, & inſpicitur tempus ſententiæ. Bart. d. l. omnes. num. 51.
          - Pœna impoſita mitigatur, & porrigitur etiam ad præterita: quia talis modus liberationis contingit poſt delictum commiſſum, ſecundum Barto. in d. l. omnes.

Contra-

*

- Contractibus: & aut inducit
  - Formam ſeu ſolennitatem: & aut actus
    - Eſt inceptus, ſed non perfectus: & ad illũ lex noua porrigitur. l. contractibus, C. de fid. inſt.
    - Non inceptus, et ad illũ ſine dubio extẽditur: prout præſupponit Barto. in d. l. omnes. nu. 44.
    - Perfectus, & ratione formæ, ſed pendet ratione effectus: & ad illum lex noua non porrigitur.
  - Exceptionem: & aut illa cauſatur
    - Tempore contractæ obligationis, & non extenditur ad præterita. §. fi. Auth. de duob. reis.
    - Ex aliquo facto poſt contractam obligationem: tunc ſi congruit tale factum, porrigitur etiam ad præteritam obligationem. l. pen. C. de uſur.
  - Tollit exceptionem, ſi ſcilicet cœpit competere poſt ſtatutum. Secus, ſi antè. Barto. in d. l. omnes populi. nu. 44 in fin.

STATVTA VTRVM RECIPIANT INTERPRETATIONEM? IX.

d. l. Omnes populi. nu. 53.

- R. Aut uolumus interpretari
  - Corrigendo: & tunc aut
    - Quis uult interpretari, ſtatutum eſſe correctum per legem generalem ſuperuenientem, & procedit interpretatio per c. 1. de conſtit. in 6. cum diſtinctione ibi poſita per DD.
    - Quis uult interpretari, ſtatutum eſſe correctum per ſequens ſtatutum ſuperueniens: ut dicitur ſuprà in 3. q. in principio.
    - Quis uult facere ex ſe ipſo: et aut ẽ
      - Homo priuatus, & non poteſt.
      - Ille qui fecit ſtatutum, & poteſt. l. 2. & finali C. de legib.
  - Arctando, ſeu reſtringendo: & aut uult
    - Detrahere aliquod caput ipſi ſtatuto, dato quòd plura capita habeat: & tunc diſtinguitur prout ſuprà circa correctionem.
    - Reſtringere ſtatutum generaliter loquens ad certos caſus, quia in eis ceſſat ratio quæ mouet ſtatuentes, uel reſultaret iniquitas: & aut hoc facit
      - Ne damnum quis iniquè patiatur: & iſto caſu talis reſtrictio facienda eſt. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron.
      - Ne ab aliquo lucrum indebitè perdat: & talis reſtrictio fit l. proſpexit. ff. qui & à quibus.
      - Ne aliquis ad lucrum indebitè perueniat, & fiat talis reſtrictio l. ut gradatim § & ſi lege ff. de mun. & honor.
  - Declarando: ſeu exponendo uerba obſcura: et aut ſunt
    - Verba obſcura, ita quòd non poteſt haberi congrua expoſitio, & recurritur ad ſtatuentes: & ita intelligitur l. leges ſacratiſſimæ, C. de legib.
    - Nõ ita obſcura: et aut ſunt
      - Generalia, & generaliter debent intelligi, niſi reſtringantur ex cauſa.
      - Indefinita, & æquipollent uniuerſalibus, in quibus eſt eadem ratio. Nam ſi aliter diceres ea ratione, quia unum non comprehenderet, eadem ratione nec alterum: & ſic eſſet ſtatutum eluſorium: ergo omnia ex mente diſponentis uidetur comprehendere. l. 1. in fi. C. de liber. præter.
      - Plures ſignificationes habentia: & aut omnes ſunt
        - Propriæ, & ſumitur una ſecundum ſubiectã materiam. l. ſi uno. ff. locati.
        - Impropriæ & propriæ, & accipitur propria l. non aliter. ff. de legatis 3.
    - Extendenda: & aut eſt extenſio
      - Paſsiua, id eſt utrum leges ſe extendant ad ſtatuta: & dicitur indiſtinctè quòd ſic. Bar. in d. l. omnes populi.
      - Actiua: & aut loquimur in
        - Iis ſine quibus diſpoſita per ſtatuta non poſſunt ſortiri effectum: & ad illa extenditur l. ſi ita ſtipulatus fuero pro te. ff. de uerb. oblig.
        - Aliis: & aut illa ſunt
          - Deciſa per ius commune, & ad illa non extenditur ſtatutum.
          - Non deciſa per ius commune, & ad illa ſtatutum extenditur. l. de quibus. ff. de legib.

d.l.Oẽs populi.nu.66

R. Aut quæritur.

- Quæ actio ſeu remedium intentandum, ad conſequendum quod in ſtatuto comprehenditur? R. Aut tribuitur ius
  - Agendi
    - Criminaliter, & nulla competit actio, ſed accuſatio ex illo ſtatuto: ſicut dicimus accuſatio ex lege Cornelia, uel officium iudicis, ſi iudex ex ſuo officio procedit.
    - Ciuiliter, aut per ſtatutũ actio certa
      - Eſt introducta, & non eſt dubium quòd illa utimur.
      - Non eſt introducta, & tũc aut eſt ſtatutum
        - Interpretans aliquam legem communem, & tunc agetur ea actione quæ habet locum de iure communi.
        - De nouo inducens, et aut aliquid inducit
          - Formiter, & nõ agetur ex illo ſtatuto, ſed ex illo iure formato per ſtatutũ.
          - Difformiter, ita q. nõ cadit in aliqđ ius formatũ, unde poſsit oriri actio de iure cõi, & agitur condictione ex illa lege municipali.l.1.de condict.ex lege.
  - Excipiendi: & aut illud ius
    - Tribuit excipiendi ſeu excuſandi ius: & tunc debet proponi exceptio ſeu excuſatio infra tempora debita.l.peremptorias.C.ſent.reſcindi non poſſe.
    - Reſcindit ius actoris ipſo iure: & tunc ſufficit ſtatutum quandocunque oſtendere.l.quæ ſub conditione.§.fi.C.de condi.Inſtit.
- An ſtatuta debeant produci ſicut alia inſtrumenta? R. Aut litigo
  - In aliqua ciuitate, quæ illud ſtatutum non fecit, & indiſtinctè debeo illud producere & allegare iudici: quia illud probabiliter poteſt ignorare.c.1.de conſtit.in 6.
  - In ciuitate quæ fecit ſtatutum: & tunc aut illud ſtatutum
    - Eſt publicè notum, & libro Sententiarum inſertum: & non debet produci. Iudex enim non poteſt probabiliter ignorare.
    - Non eſt ita publicè notum, utpote quia ſunt reformationes factæ à prioribus, uel antianis, non inſertæ in uolumine ſtatutorum: & illa debent produci, cum quis ea poſsit probabiliter ignorare, ſicuti dicimus in conſuetudine quæ debet probari iudici.l.1.C. quæ ſit longa conſuet. &c.

CONSVETVDINIS EFFECTVS QVIS SIT? XI.

L. De quib. nu. 5. ff. de legib.

R. Aut illa eſt

- Secundum legem: & tunc aut lex eſt
  - Dubia, & tunc eius uirtus eſt interpretari.l.ſi de interpretatione.ff.de leg.
  - Certa, & confirmatur conſuetudine.l.penul.C.de legib.
- Præter legem, in caſu omiſſo: & tunc uirtus eius eſt legem imitari, ut tantum ualeat in ſuo caſu, quantum aliàs lex ſcripta.l.penul.C.de legib.
- Contra legem: & aut contra legem
  - Diuinam, & eam abrogare non poteſt, quia par in parem non habet imperium, multo minus minor in maiorem: diſtinguere tamen eam poteſt.
  - Naturalem, & nec eam conſuetudo poteſt tollere, quia eſt ius naturale & immutabile: & eo modo non poteſt tollere ius gentium, quod eſt ex iure naturali deductum, & parificatur illi.
  - Ciuilem: et aut contra
    - Libertatem Eccleſiæ, & non ualet.
    - Vtilitatem publicam, & non ualet contra legem, ſicuti nec lex.
    - Vtilitatem priuatam: & aut lex
      - Derogat conſuetudini, & non operatur contra legem.
      - Non dèrogat conſuetudini, & aut
        - Lex præcedit, et conſuetudo ſequitur: & tunc aut conſuetudo eſt
          - Generalis, & generaliter uincit legem.
          - Specialis, & non uincit legem generaliter, ſed ſpecialiter: ſic & hoc, niſi conſuetudo eſſet erronea.
        - Præcedit conſuetudo, & lex ſequitur: tũc nõ tollitur lex, Bar.in.l.de quib.nu.5.in fi.ff.de le.

L. De

CONSVETVDO VTRVM INDVCATVR, QVANDO INFRA decennium quandoq; fuit ſententiatum unum, quandoq; aliud? XII.

L. De quib. nu. 6. ff. de legib.

R. Aut illa conſuetudo.

- Iam erat *perfectè inducta, & tunc licet alius actus contrarius fiat, tamen non tollit conſuetudinem: niſi tot ſint alij actus contrarij, & tanti temporis, quod conſuetudo contraria inducatur. l. nemo. §. temporalis. ff. de reg. iur.*
- Non erat *perfectè inducta, quia infra decennium: & aut ſunt*
  - Tot actus *pro conſuetudine, quot contrà: & non inducitur conſuetudo. argumento l. cum de conſuetudine. & ibi Gloſſa in fine. ff. de legib.*
  - Plures *pro conſuetudine, pauciores contrà: & aut loquimur de*
    - Actibus extraiudicialibus, *ut contractibus: & inducitur conſuetudo. exẽpla pone, ut per* Barto. *in repetit. l. de quibus, nu. 16. de legib.*
    - Actib. iudicialibus: *et tunc quãdo illi actus contra cõſuetudinem ſunt facti, aut populus*
      - Murmurauit, *& dicebat intra ſe, malè factum, & cõtra iuſticiam: & non impeditur conſuetudo, cum conſtet de uoluntate populi. l. fideicommiſſa. §. ſi rem ff de legatis 3.*
      - Non murmurauit, *ſed tacuit: & aut ſunt*
        - Actus *qui ſe inuicem compatiuntur, & non impeditur conſuetudo, quia non mutatur uoluntas populi: ſicuti dicimus in teſtamento et codicillis §. non tantum. Inſtit. de codicillis.*
        - Actus *qui ſe non compatiuntur, & impeditur conſuetudo: quia uidetur mutata uoluntas populi.* Bartol. *in l. de quibus. nu. 16. de legib.*

PRIVILEGIA CONCESSA AN ET QVANDO tranſeant? XIII.

L. Quod principi. nu. 2. de cõſtit. princip.

R. Aut cõceditur

- Perſonæ: *et tunc aut cõceditur à*
  - Lege: *& tũc aut*
    - Inſpecta *naturali & bona ratione: ut in reſtitutione minoris, & transfertur in hæredem. l. non ſolum, de integ. reſtit. l. minor. § fin ff de minor.*
    - Non inſpecta *naturali & ſufficienti ratione: & non tranſit ad hæredem. l. & ſi fideiuſſor. in fine. ff. de re. iud.*
  - Principi *uiuo, & non egreditur perſonam, niſi de hæredib. eſſet facta mentio. l. ſciendum. ff. de uerb. ſign.*
- Rei: *& tunc ad quemcunq; tranſit res, ad eum tranſit & priuilegium. l. ſordidorum. C. de excuſat. mun. lib. 10.*
- Loco *uel ciuitati: & ſemper tranſit ſucceſſiuè, cum ſemper ſit eadem ciuitas. l. proponebatur. ff. de iudicijs:*
- Generi *uel poſteris: & non tranſit ad natos ex feminis, ſed ad alios. l. 1. in fin. ff. de iure immunitatis.*

INTERPRETATIO PRIVILEGIORVM QVOMODO FIAT? XIIII.

L. Beneficium. nu. 4. de conſtitu princip.

R. Aut quæritur de interpretatione circa

- Tempus, et aut quæritur quo tempore
  - Incipiant *priuilegia, & dicitur a tempore ſcientiæ.* Bartol. *in. l. beneficium. nume. 4. de conſt. princip.*
  - Deſinant *priuilegia: & aut loquimur in*
    - Reſcriptis *ad obſeruationem iuris communis, & iſta ſunt perpetua. l. falſo. C. de diuerſis reſcriptis.*
    - Alio priuilegio, *& tolluntur tempore. l. quoties. C. de precib.* Imp. offer. *Sed quanto tempore tollant, uide plenam diſtinctionem apud* Bartol. *in l. beneficium. nume. 6.*
- Locum, *ſcilicet ſi quis habet, ne coram tali ordinario conueniatur: & aut loquimur in caſu, in quo ſpecialiter*
  - Eſt exemptus: *& coram eo ordinario, nec ex delicto, nec ex contractu poteſt conueniri. l. 2. C. ubi quis. de curi.*
  - Non eſt exemptus: *& aut conuenitur*
    - Ratione *publicarum functionum, & tunc exemptio ſibi non prodeſt. d. l. 2. in fine. C. ubi quis. de curi.*
    - Alia ratione: *& aut eſt conceſſum priuilegium*
      - Loco & perſonæ. *et aut exemptus deliquit in*
        - Territorio *illius ordinarij, & exemptio ſibi non prodeſt.* Auth. *qua in prouincia. C. ubi de criminib.*
        - Loco *qui non ſit de ordinarij iuriſdictione, & coram eo non conuenitur. c. uolentes. de priuileg. in 6.*
      - Perſonæ *tantum: & hoc aut ob*
        - Dignitatem *& eminentiam, & tunc diſtinguitur: ut in l. 1. C. ubi ſenat. uel clariſs.*
        - Publicam *utilitatem. & aut loquimur in cauſa*
          - Ciuili, *& prodeſt. l. magiſteriæ. C. de iuriſd. om. iud.*
          - Criminali, *& aut delictũ erat*
            - Cõe *& enorme, & nihil illi prodeſt. d. Aut. qua ĩ prouĩcia.*
            - Singulare: *ut uendere arma. de hoc notatur in l. penul. de iuriſd. om. iud.*

INCENDIARII QVOMODO PVNIANTVR? XV.

L. Apud. num. 4. de off. præf. uigil.

R. Aut fit incẽdium.

- Caſu fortuito, *& non tenetur ad aliquid, ſed imputatur caſui. l. pen. ff. de incend. ruin. nauf.*
- Culpa: *& aut fit incendium per*
  - Latam culpam, *& minus punitur quàm ſi dolo. l. in lege. ff. ad l. Cornel. de ſicar.*
  - Leuem, *& tunc aut eſt*
    - Soluendo, *& punitur pecuniariter.*
    - Non ſoluendo, *& punitur in corpore. l. qui ædes. ff. de incend. ruin. nauf.*
- Dolo: *et tunc aut fit incendium in*
  - Ciuitate: *& incendiarius aut*
    - Eſt uilis *perſona, & aut*
      - Incendium *eſt magnum, & poteſt tradi beſtijs, & comburi. l. fin. l. qui data. cum l. qui ædes. de incend. ruin. naufr.*
      - Incendium *eſt paruum, & poteſt decapitari. l. capitalium. l. qui ob inimicitias ff. de pœnis.*
    - Eſt in dignitate cõ*ſtitutus: et aut eſt*
      - Incendium magnum, *& decapitatur.*
      - Incendium eſt paruum, *& deportatur. l. fin. de incend. ruin. naufrag.*
  - Villa: *et aut perſona eſt*
    - Vilis, *& incendiũ aut eſt*
      - Magnum, *& debet decapitari.*
      - Paruum, *& debet deportari. d. l. capitaliũ. in prin. ff. de pœn.*
    - In dignitate *poſita, & incendium aut eſt*
      - Magnum, *& deportatur.*
      - Paruum, *& relegatur. d. l. capitalium. in princ. In huiuſmodi tamen omnib. caſibus debet damnum emendari. d. l. qui ædes. §. 1. iuncta l. finali. in fi. de incend. ruin. nauf.*

L. Quæ

ERROR PERSONAE AN ET QVANDO VITIET traditionem, ita ut non transferat dominium? XVI.

L. Quæ acta nu. 8. ff. de of. procur. Cæſar. R. Aut eſt erratum circa perſonæ
- Subſtantiam, & non transfertur dominium, & reuocatur rei uindicatione ſi bona fide accepit: ſi mala fide, tenetur actione furti, & condictione furtiua. l. ſi quis uxori. §. cum Titio. de furtis.
- qualitatem: & tũc aut errat
  - Inhabilis ad acquirendum dominium, ut furioſus: & tunc non transfertur dominium.
  - Habilis, et aut recipit
    - Nomine ſuo, & transfertur dominium: ſed tenetur de dolo, ſi animo decipiendi accepit. l. falſus. §. ſi quis. de furtis.
    - Alieno nomine: et tũc aut qualitas, quã puto ineſſe, fuit
      - Semel uera, et aut accepit
        - Bona fide, & transfertur dominium.
        - Mala fide, & non transfertur dominium.
      - Nunquam uera, & aut accepit
        - Bona fide, & tunc transfertur. l. cum quis. §. 1. ff. de ſolut. ita dicit Bartol. in repetit. l. quæ acta. de off. procur. Cæſar.
        - Mala fide, & non transfertur, &c.

QVAE CAVSAE DELEGARI POSSINT, & quæ non? XVII.

L. Nec quicquã. §. ubi decretũ nu. 8. ff de off. proconſ.

R. Quòd aut ſunt cauſæ
- Determinandæ per definitiuã ſententiam, continentem abſolutionem uel condemnationem: et aut loquimur in cauſis
  - Pecuniariis, & tunc aut
    - A' 300 aureis infrà. & tunc quia competit, iure magiſtratus poteſt delegari: ut in Auth. de defenſor. ciuitat. §. & iudicare. col. 3.
    - A' 300 aureis ſupra: & tunc aut quæris an poßint delegari
      - In totum. & dico quòd non, niſi ex cauſa iuſti impedimenti.
      - Quo ad proceſſum. & dico quòd ſic: quia poteſt etiam nõ ſubſiſtente cauſa, ex mera uoluntate dignitatis. l. placet. in princip. C. de pedan. iudicib.
  - Status: & tunc aut loquimur in
    - Ingenuitate & libertate: & poteſt delegari minimè. d. l. placet in fine.
    - Seruitute & libertate: & poteſt delegari, cum competat iure magiſtratur. l. iamdudum. C. ubi cauſ. ſtatus.
  - Criminalibus: & tunc aut
    - Venit imponenda modica cohercio, & ſunt delegabiles: quia competunt omnibus magiſtratibus iure magiſtratus. l. ſi quid. de offic. proconſ.
    - Venit imponenda magna cohercio, ut amißionis uitæ, uel membri: & tunc aut loquimur in
      - Proconſule, & poteſt delegari ex ſententia & mente legis. l. ſolet. ff. de offic. proconſ. & legati.
      - Abſente, & aut delegatio fit
        - In totum, & non ualet.
        - Quo ad proceſſum, & ualet. l. 1. §. huius ff. de officio eius.
      - Subſtituto ab ipſo ſuperiore in locum mortui uel abſentis, & poterit in totum procedere, cum ille ſit ordinarius, et habet imperium. facit l. quæſitum. ff. de tutelis.
      - Aliis ordinariis iudicibus, & non poſſunt delegare.
    - Loquimur in cauſis mediocribus, in quibus cohercio uenit imponenda, & non poteſt delegare ſine cauſa.
- ediundæ per modũ decreti: & tunc aut exigunt
  - Plenam cauſæ cognitionem, & non poſſunt delegari. fallit, ut per Bartol. in repetit. §. ubi decretum.
  - Semiplenam cauſæ cognitionem, & tunc poſſunt delegari. ut l. 1. . 1. de ffo. eius, &c. Nam mißio ex primo decreto poteſt demandari: ſed mißio ex ſecondo non, ut tranſeat iuriſdictio in delegatum. Quia ad mißionem ex primo decreto peruenitur ex ſummaria cognitione, & ſemiplena: non ad ſecundum. l. iubere cauere. de iuriſd. om. iudic.

L. Quæ

ERROR CIRCA REM AN IMPEDIAT TRANSLATIOnem dominii? XVIII.

L. Quæ acta nu. 8. ff. de off. procur. Cæſ.

R. Aut errant circa

- Subſtantiam *rei, & non transfertur dominium. l. in uenditionib. in princip. ff de contrah. empt.*
- Nomen: *et tunc aut circa*
  - Proprium: *& tunc transfertur, ſi de corpore conſtat.*
  - Appellatiuum, *& talis error impedit dominij translationem. l ſi quis in fundi. de legatis. nu. 1:*
- Pondus *uel menſuram. & transfertur dominium in eo in quo non erratur. l. ſi is qui uxori, §. ſi maiora. ff. de furtis. l. arburio. §. de eo. ff. de dolo.*
- Qualitatem *aliam rei, & tunc non transfertur.*
- Dominium: *& aut circa*
  - Cauſam *dominij. uerbi gratia: credebam quòd meus eſſet ex hæreditate paterna, uel alterius: & tunc non impedit translationem dominij. l. ſeruum Titij ff. mandati.*
  - Ipſum dominium: *et aut traditur res*
    - Sua, *et aut*
      - Sciebat *ſuam: & tunc, ſiue ſuo, ſiue alieno nomine tradidit, indiſtinctè transfertur. l. Iulianus. §. curator. ff. de curat. fur.*
      - Ignorabat: *& aut credebat eſſe*
        - Eius *cui traderet, & non transfertur dominium. l. 3. §. ſubtilius. ff. de condict. ob cauſam.*
        - Cuiuſdam *tertij: & aut*
          - Credebat illius *à quo cauſam habuit & transfertur. l. eius qui in prouincia. §. quas uerò. ff ſi cert pet.*
          - Credebat alterius: *& aut erat negotium*
            - Voluntariũ: *& aut tradidit*
              - Cũ mãdato *ſpeciali ei cuius rẽ eſſe credebat, & non transfertur dominiũ: tamen per exceptionem, repellitur à uindicando.*
              - Sine mãdato, *& non transfertur dominium, nec repellitur per exceptionem à uindicando.*
            - Neceſſarium, *tunc non transfertur dominium, nec tenetur tradens de euictione. C. de neg. geſt.*
    - Aliena: *et aut tradit illã ut*
      - Suam, *& ſuo nomine: & non transfertur dominium. d. l. Iulianus. §. fin. de curat. furioſi.*
      - Alienã *& alieno nomine: et aut*
        - Sine mandato, *& non transfertur dominium. l. 1. C. de reb. alienis: niſi habeatur ratum per dominum. l. ult. C. ad Maced.*
        - Cum mandato: *& tunc regulariter etiã non transfertur dominiũ. Fallit, niſi habeat ſpeciale mandatum: item generale, cum libera: aut ſit res quæ ſeruando ſeruari non poſſit. Bartol. in repet. l. quæ acta. nu 8. de off. procurat. Cæſ.*

ERROR IN CAVSA, AN IMPEDIAT TRANSLATIOnem dominii. XIX.

D. l. Quæ acta. nu. 8.

R. Aut

- Vterq;, *dans ſcilicet & accipiens, conſentit in eadem cauſa quæ credebatur ſubeſſe: & tunc bene transfertur dominium, & habet locum titulus de condict. indeb. C. & ff.*
- Vnus *credit cauſam ſubeſſe, ſcilicet dans, & accipiens ſcit cauſam non ſubeſſe: & tunc non transfertur dominium, & habet locum iſto caſu rei uendicatio, condictio furtiua, & ſine caſa. ut § ſi. Titius l. ſi uendidero. ff. de furtis.*
- Vterq; *conſentit in cauſam, ſed non eadẽ: & aut*
  - Vterq; *eſt habilis ad dominium transferendum: & aut, uerum debitũ continet*
    - Vtraq; *& eſt in electione debitoris, in quam cauſam uelit ſoluere: eo non eligente, transfertur electio ad creditorem: creditore non eligente transfertur ad legis poteſtatem: quæ eſt, ut uideatur ſolutum in duriorem cauſam. ut in l. 1. 2. 3. 4. uſq; ad. l. ſi ſtipulatus. ff. de ſolut.*
    - Altera *tantum, & intelligitur eſſe ſolutum in cauſam ex qua uerè debetur. l. cum in corpus, ff. de acquir. rer. domin.*
    - Nulla, *et habet locum diſtinctio poſita in l. ſi ego. ff. ſi cert. petatur. quia refert an quis erat traditurus ex ea cauſa quam ſubeſſe exiſtimabat, & tunc transfertur dominium. aliàs ſecus. d. l. ſi ego, in princip.*
  - Altera *tantum eſt habilis ad dominium transferendum, tunc non transfertur: & ſi extat pecunia, uendicatur. d. l. ſi ego in fine. ff. ſi cert. petatur.*

DELICTVM PROCVRATORIS AN ET QVANDO noceat domino? XX.

L. Omnib'. §. ſi procurator. nu. 1. 2. 3. 4. ſi quis ius dicenti nõ obt.

R. Aut loquimur in procuratore peccante

Per contumaciam *quia aut*

- Aliquid eſt iniunctum *domino, & ipſe mittit procuratorem qui iſtud faciat, & nocet domino: quia non dicitur contumacia procuratoris, ſed domini, reſpectu cuius erat faciendum. l. ſi procuratorem. § ſi tutores. ff. mandati. l. non diſtinguemus. §. ſi domini. de arbit: & quod ibi notatur. tamen ſi hic procurator hoc non fecit, fortè caſu excuſaretur dominus: ſicuti ſi in perſonam ipſius ille caſus eueniſſet. l. cum à matribus. C. qui pet. tutores.*
- Aliquid iniungitur *procuratori, non domino: & procurator non eſt obediens: & quòd iſta obedientia aut*
  - Cadat in delictum *non eſt certum, tunc nocet domino: ut ſi omiſit appellare infrà decem dies.*
  - Cadat in delictum certum: *& aut loquimur in ijs*
    - Quæ ſunt parui *præiudicij: ut miſsio in poſſeſsinem ex primo decreto, & contumacia procuratoris nocet domino. l. eum qui res. C. de procurat.*
    - Quæ ſunt magni *præiudicij, & non præiudicat domino: ut circa miſsionem ex ſecundo decreto. l. ſi cum uſufructuario. ff. ſi ex noxal. cauſa agant. niſi dominus fuerit ſciens & negligens in purganda contumacia. l. 2. C. de erogat. milit. annonæ lib. 12.*

Alio modo *quàm per contumaciam, ut faciendo aliud quàm debeat. & aut quæritur, an*

- Domino *noceat, ut contra eum ex facto procuratoris detur exceptio. & aut procurator deliquit*
  - Antequam *eſſet procurator, uel in negocio, in quo procurator non erat: & domino non præiudicat. l. ſi procurator. la. 2. de dol. except.*
  - Poſtq; *erat procurator, et in negocio in quo procurabat: & tunc aut erat procurator*
    - Ad iudicia: *ét aut deliquit*
      - Ante litem *conteſtatam, & contra dominum non poteſt excipi.*
      - Poſt litem *conteſtatam, & tunc contra dominum poteſt excipi.*
    - Ad negotia: *& tunc indiſtinctè poterit contra dominum agentem excipi de dolo comiſſo per procuratorem eius in illo negotio. l. apud Celſum. §. quæſitum. & §. ſeq. ff. de dol. except.*
- Ex delicto *procuratoris poſsit dominus conueniri: & aut procurator facit aliquid*
  - Quod certum eſt eſſe *delictum: & tunc domino non præiudicat, niſi habeat ſpeciale mandatum, uel ratihabitione ſecuta, l. 1. §. quoties ff. de ui & ui armata.*
  - Quod certum eſt non eſſe *delictum, ſed alias, punibile & idem l. 3. §. ſi procurator ff. quod quiſq; iur.*
  - Quod poteſt eſſe *delictum, & non delictum: & tunc domino præiudicat, donec probetur contrarium. l. non ſolum. in princip. de procurat.*
  - Quod in delictum *non cadit: & tunc domino præiudicat, ſi habet ſpeciale mandatum, uel generale cum libera. ut l. procuratoris. in princip. & quod ibi notatur. ff. de tributoria actio,*

AN ET QVANDO DELICTVM TVTORIS NOCEAT pupillo? XXI.

d. l. Omnibus. §. ſi procurator. nu. 60.

R. quòd aut quæritur an noceat pupilo

- Contumacia *tutoris: & diſtingue, ut in procuratoris contumacia ſuprà proxime, per eaſdem leges & rationes. Bart. in d. l. omnibus. § . ſi procurator. ff. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit.*
- Aliud delictum *tutoris: & tunc aut deliquit*
  - Extra negotia *pupilli, & non nocet pupillo. l. neq; interdicto: & quod ibi notatur. ff. de reg. iur.*
  - Gerẽdo negotia *pupilli: & tunc aut*
    - Colludebat *tutor cum aduerſario, & pupillo non præiudicat. l. meminerit. C. unde ui.*
    - Non colludebat: *& tunc aut pœna*
      - Non poteſt *cadere in tutorem, ſicuti in pupillum: & præiudicat pupillo. l. Polla. C. de his quib. ut indig.*
      - Poteſt *æquè cadere in tutorem & in pupillum: & tunc tenetur tutor & pupillus, ſed cedendo actionem contra tutorem liberatur. l. illud. §. 1. ff. de euict. l. fin. de adminiſt. tut. quæ ſecundum Bartolum cæteras ll. in hac materia determinat.*

CITATVS QVI SE IN IVDICIO SISTERE NON tenetur, an & quando teneatur mittere procuratorem? XXII.

L. Non exiguus. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caution.

R. Aut quis nõ tenetur uenire

- Ex priuilegio
  - Perpetuo, *& tenetur mittere procuratorem. ut in l. fin. C. de iniurijs.*
  - Temporali, *& non tenetur mittere procuratorem. ut in l. 2. ff. de in ius uoc.*
- Alia cauſa *quam priuilegio: & tunc aut illa erat*
  - Iniuſta, *& tenetur mittere procuratorem. l. Papinianus exuli. ff. de min.*
  - Iuſta: *& aut eſt*
    - Voluntaria, *& tenetur mittere procuratorem. l. cum. ff. &c.*
    - Neceſſaria: *et aut loquimur in*
      - Actore, *& tenetur mittere procuratorem. l. 1. ff. de diuerſis & temp. praeſcript.*
      - Reo, *et non tenetur mittere procuratorẽ. l. nõ exiguus. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis caution. niſi fortè impedimentum eſſet perpetuum, uel multum longum. uel eſſet cauſa quae celeritatem deſideraret, ut ſunt cauſae quae poſſunt tractari tempore feriato: tunc fortè tenetur mittere procuratorem. Bartol. in d. §. ſi quis in iudicio. nu. 2. in fin.*

CASVS FORTVITI PERICVLVM, AN ET QVANDO quis poſsit in ſe recipere? XXIII.

L. Sed & ſi quis. §. quaeſitum. ff. ſi quis cautión.

R. Aut loquimur in ſtipulationibus

- Iudicialibus *uel praetorijs: & tunc aut renunciatur caſibus fortuitis*
  - Simpliciter, *& talis renunciatio non ualet. l. ſed etſi quis. §. quaeſitum. ff. ſi quis cautionibus.*
  - Specialiter, *& ualet talis renunciatio. d. §. quaeſitum.*
- Cõuentionalibus: *et tunc aut ſtipulans*
  - Exprimit *ſe ſuſcipere periculum caſus fortuiti, & ualet, & de omni caſu fortuito tenetur. l. quae fortuitis, in fine. C. de pig. act.*
  - Non exprimit *quicquã de caſu fortuito, ſed recipit periculum ſimpliciter: & aut ille qui ſuſcipit,*
    - Erat ille *ad quem periculum pertinebat ante contractum, & tenetur de caſu fortuito. l. periculi. ff. de nautico foenore.*
    - Ipſe primò *non tenebatur ad periculum: & tunc aut*
      - Poſſeſsio rei non tranſit *ad eum qui ſuſcipit periculum, & tenetur de caſu fortuito. l. ſi in uenditione. in princip. ff. de pericul. & com. rei uend. Ratio eſt, quia non eſt uerisſimile, quòd quis in re quam non habet, committat culpam. Solum ergo ad caſum referri poteſt.*
      - Poſſeſsio tranſit *ad eum, & aut ex natura contractus ueniebat*
        - Leuis *culpa, & tenebitur de leuiſsima. l. opus. ff. locati.*
        - Leuiſsima, *ut in commodato: & tenebitur de caſu fortuito. l. & Ariſtoni. ff. mandati.*
        - Caſus fortuitus. *Et tunc iſtud ſuſcipere in ſe periculum hoc operatur, quòd cum prius tenebatur de caſu contingenti abſque culpa alterius partis, dummodo l. qui officij. §. fin. ff. de contrah. empt.*
  - Quaedam expreſsit, *& ſubiunxit clauſulam ſonantem de periculo, &c. Et indiſtinctè tenetur de caſibus ſimilibus uel minoribus, non uerò maioribus, Bartol. in l. ſed etſi quis. §. quaeſitum. ff. ſi quis cautionibus, &c.*

Bartol.

SOLVTIO PARTIS DEBITAE, AN ET QVANDO PARIAT liberationem pro parte? XXIIII.

Bart. in l. ſi ſeruus.§. ſi plurium. & ibi not per Gloſ.ſi quis caut.

- Aut loquimur in obligationibus
  - Acceſſoriis: & aut loquimur.
    - In pignore: & tunc propter ſolutionem partis debiti principalis, non repetitur pignus pro ea parte. ita probatur in l. quandiu. C.de diſtra. pignor.
    - In pœna: & ea eſt adiecta
      - Dationi quantitatis & ſpeciei uel generis, & nil prodeſt partem ſoluere.l. heredes.§. in nulla.ff.famil.erciſc.
      - In faciẽdo: & tũc aut erat factũ.
        - Indiuiduum, & eſt idem quod in dando.l.eadem.§.Cato.ff.de uerborum obligat.
        - Diuiduum: et tunc aut facere totum
          - Non potuit, & liberatur pro parte à pœna.d.l.eadem.§.Cato.
          - Potuit,& nõ fecit: et nõ liberatur de rigore, licet ſit de æquitate.l ſi ſeruus.§. ſi quis plurium.ff.ſi quis cautionib.
  - Principalibus: & tunc aut
    - Aliquid eſt dandum uel faciendum, cauſa implendæ conditionis: & tunc aut eſt dandum uel faciendum.
      - Ab uno uni: & agere non poteſt ad aliquid, niſi id totum quod iniunctum eſt fiat.l. qui duobus ff de condit. & demonſt. ut quia legatum uel promiſſum quid erat, ſi hoc uel illud fieret: excipi tamen poſſet, ſi poßideretur pars promiſſi uel legati.argumento l.ſi ſeruus §.ſi plurium.ff ſi quis cautionibus.
      - A pluribus: & aut d.betur
        - Pecunia, & parte ſoluta liberantur pro parte.l.cui fundus. in prin.de condi.& demonſt.
        - Species certa, & etiam parte ſoluta liberantur pro parte. argumento l. ſi ſtipulatus.§. 1.de ſolut.
        - Species incerta, & tunc ſolutio partis non liberat.l.2.§.quedam.& l.in executione.§ pro parte.ff de uerb.oblig.
        - Aliquod factum
          - Diuiduum, & tunc factum pro parte liberat.l ſi plures C.de condit.inſertis.
          - Indiuiduum, & non liberat.l.ſi ita fuerit.§.3.de manum.teſt.
    - Ipſa datio uel factum eſt in obligatione: & aut eſt in obligatione
      - Factum: & non contingit liberatio, niſi in aliquo incœperis facere, niſi conſummaueris.l.ſtipulationes non diuiduntur.l.in executione.ff.de uerb.oblig.
      - Datio: & tunc aut debetur
        - Pecunia, & ſolutio partis liberat pro parte, licet id creditor non teneatur recipere l.tutor §. Lucius.ff.de uſuris.
        - Species certa, & idem quod in pecunia, & ſi decedam, quiſque hæredum meorum tenetur pro parte.l.ſi ſtipulatus.§.1.de ſolutionibus.
        - Genus, & ſolutio partis non liberat. l. ſi non ſortem.§. ſi. ff. de condict. indeb.

INTERESSE VT PETI POSSIT, AN SVFFICIAT interfuiſſe: an uerò requiratur, ut nunc interſit? XXV.

L.Qui autem. §. illud. ff ſi quis cautionib.

- Aut petitur
  - Intereſſe: & tũc aut petitur, quia
    - Non factum: et tunc aut
      - Definit intereſſe de præſenti, & ceſſat damnum de præterito, & non ſufficit ab initio intereſſe.l ſi eum.§ qui iniuriarum ff ſi quis cautionibus.
      - Definit intereſſe de præſenti, & non ceſſat damnum de præterito, & tunc ſufficit ab initio intereſſe.l qui autem.§.illud tenendum ff.ſi quis cautionibus.
    - Male factum: et tũc aut eſt factum
      - Doloſè, & cum delicto, & ſufficit ab initio intereſſe.l. rectiſſimè ff. de ui & ui armata
      - Sine delicto, & ſine dolo: & non ſufficit ab initio intereſſe, ſi ex poſt facto deſinit intereſſe: & ceſſat damnum de præterito.l.ſi alius.§.eſt & alia.ff.quod ui aut clam.
  - Pœna, quia intereſt: & tunc aut eſt pœna
    - Conuentionalis, quæ ſuccedit loco intereſſe: & diſtinguitur eodem modo quo ſupra in intereſſe, ut in d § qui iniuriarum.
    - Legalis, quæ non ſuccedit loco intereſſe, & ſufficit à principio intereſſe, l.inter omnes, in principio, ff.de furtis.
  - Res, quia intereſt: et aut petitur actione
    - Perſonali: & tunc aut deſijt intereſſe facto
      - Actoris, & tunc deſijt competere actio l. & ideo, ff de condict. furtiua.
      - Alterius, & tunc aut ille
        - Repræſentat perſonam actoris, & deſijt actio.l ſi ſeruus, in princip. de condict. furtiua.
        - Non repræſentat, & non deſijt competere actio, d.l.& ideò, ff de condic.furtiua.
    - Reali: & aut deſijt iam intereſſe
      - Ex facto rei, & non deſijt competere actio, ll.ſi poſt acceptum, ff.de rei uindic.
      - Alio modo, & tunc deſijt actio competere, l.tigni, fin. ff. ad exhibendum.

IVS PVBLICVM PACTIS PRIVATORVM AN ET QVANDO poſſit mutari? XXVI.

L. Ius publicum. ff. de pactis.

R. Quoddam eſt ius publicum

- Naturale, *non poſitiuum: & iſtud non poteſt tolli pactis priuatorum, l. ius autem agnationis. ff. de pactis.*
- Poſitiuũ: *& tunc aut illud quandoq; diſponitur*
  - Circa formam *dandam alicui actui, & iſtud pacto contrahentium non mutatur, l. nemo poteſt. ff. de legatis primo.*
  - Circa effectũ *alicuius actus: & tunc aut ille effectus*
    - Reſpicit principaliter *& directò utilitatem publicam, & non poteſt mutari pacto priuatorum, l. iuris gentium, §. ſi paciſcar, ff. de pactis.*
    - Reſpicit priuatã *utilitatem: & tunc aut cauſa legis*
      - Simpliciter *continet fauorem renunciantis: & poteſt mutari. l. pactum, ff. de pactis: & quilibet fauori ſuo renunciare poteſt, l. penult. C. de pactis.*
      - Continet aliam *cauſam tunc per pactum tolli non poteſt: & ſi ſecus fieret, eſſet cõtra bonos mores, uidelicet ex quo daretur materia delinquendi, ut l. ſi unus, § pacta quæ turpem ff. de pactis.*

CONTROVERSIA, FINITA TRANSACTIONE INTER legitimum & ſcriptum hæredem, à quo petenda debita? XXVII.

L. Controuerſia. ff. de tranſactio.

R. Aut teſtamentũ, de quo erat controuerſia,

- Veniebat *irritandum, puta per querelam, uel per contra tabulas: tunc facta tranſactione, ſemper conuenitur ſcriptus hæres: quia teſtamentum non eſt reſciſſum, nec reſcindi poteſt, niſi per ſententiam.*
- Dicitur irritũ *uel nullũ: & aut legitimo hæredi datur ex cauſa tranſactionis*
  - Res certa, *non quota: & hoc modo cõuenitur hæres ſcriptus, l. ſi legatus, §. multum, ff. ad Trebell.*
  - Quota pars *hæreditatis: et aut loquimur in*
    - Creditoribus, *& quemlibet, ſcilicet tam ſcriptum quàm legitimum conueniant pro portione hæreditaria, l. controuerſia, ff. de tranſact.*
    - Legatariis *& aut legata*
      - Sunt repetita *ab inteſtato, ita quod certum eſt ea deberi utroque euentu, & idem quod in creditoribus, eadem ratione per d. l. controuerſia.*
      - Non ſunt repetita *ab inteſtato, & ſic ſolum ab hærede ſcripto poſſunt deberi: tunc ſolus hæres ſcriptus conuenitur, l. 3. in princip. ff. de tranſact.*

TRANSACTIONI CONTRAVENIENS QVA POENA puniatur? XXVIII.

L. Qui fidẽ, de tranſactio.

R. Quod aut loquimur in trãſactione

- Firmata *iuramento, & tunc actor contraueniens actionem perdit, accepta reſtituit, & pœnam patitur, ut l. ſi quis maior, C. de tranſact. et hoc uerum eſt, in tranſactione facta liberè: ſecus, ſi coactè.*
- Nõ firmata *iuramento: & tunc aut per tranſactionem actio prima*
  - Fuit ipſo iure *ſublata, quod fit p Aquilianam ſtipulationem, uel per pactũ in actionibus deſcendentibus ex delicto, ut §. quædam, l. ſi tibi, de pactis, & tunc pœna petetur, & ab agendo actor repellitur: data autem non repetuntur.*
  - Nõ fuit *ſublata: & tunc aut*
    - Fuit dictum, *Rato manente pacto, & exceptio opponetur, & pœna petetur, ut l. cum proponas, C. de tranſact. datum autem non repetitur*
    - Non fuit dictum, *Rato manente: & eſt in electione rei, uel pœnam petere, uel exceptionem opponere, l. reſcriptum, §. ſi pacto. ff. de pactis.*

L. Quod

EXAVCTORATIO AN ET QVANDO INDVCAT INFAMIAM? XXIX.

L. quod ait prætor. §. ignominię cauſa. ff. de his qui no. infam.

R. Aut loquimur in exauctoratione

- Verbali, & illa non inducit infamiam: facit bene militem perdere priuilegia militaria, remanet tamen miles, quia nõ interuenit actus retroſimilis. argumento l. ab emptione. ff. de pactis. Et facit etiam pro hoc cap. degradatio, de pœnis, lib. 6.
- Reali: et aut illa fit
  - In pœnam, & inducit infamiam. l. quòd ait prætor. §. ignominiæ cauſa. de his qui not. infamia.
  - Vt præparatio ad aliud, & tunc aut
    - Ad litem, ſcilicet ut quē faciat eſſe iuriſdictionis alterius, & quis non erit infamis. l. qui cum uno. §. exauctoratus. ff. de re militari.
    - Fit ad pœnæ impoſitionem: & tunc aut
      - Non eſt ſequuta ſententia, & non eſt infamis.
      - Eſt ſequuta ſententia, & eſt infamis. Auth. clericus. C. de epiſc. & cler.

DOMINVS QVI DEDIT PROCVRATOREM, AN ET QVANDO POSSIT IPSE interuenire in iudicio poſt litem conteſtatam? XXX.

L. Mutari nu 5. ff. de p̄curat.

R. Aut ille procurator eſt datus

- Ex cauſa abſentiæ: tunc domino reuerſo finitur mandatum, licet poſt litem conteſtatam, uidetur enim, ab initio cum tali conditione procuratorem eſſe datum. ut l qui mutuam. §. 1. & quod ibi notatur. ff. mandati.
- Nõ ex cauſa abſẽtiæ, ſed à præſente fuit factus procurator. tunc aut interuenit dominus, ut
  - Aſſiſtat procuratori ſuo, non ut aliquem actum faciat, & non eſt dubiũ, q̄ procedit iudicium, nec uidetur procurator reuocatus, l. Paulus reſpondit. ff. de procurat.
  - Actum faciat in perſona ſua: & tunc aut
    - Pars uel aduerſarius contradicunt: & non ualet actus, niſi in ſe transferat iudicium cauſa cognita. l. poſt litem, & l. mutari. ff. de procurat.
    - Pars uel aduerſarius non contradicunt, & ualet iudicium. Non enim eſt neceſſaria cauſæ cognitio, niſi quando contradicit procurator, uel aduerſarius.
    - Interuenit abſente procuratore, præſente tamen aduerſario, uel præſente procuratore, abſente tamen aduerſario, tunc ualet actus qui eſt celebratus, non tamen uidetur reuocatus procurator, quia non poteſt fieri, niſi cauſa cognita, quæ non interuenire poteſt, aliquo eorum abſente.
  - Actum faciat, quem neceſſe habebat facere, & ualet iudicium, & non uidetur reuocatus procurator. c ſi quem. de procurat. lib. 6.

VENIENS PRO REO IN IVDICIVM, AN ET QVANDO POSSIT REPVDIARI? XXXI.

L. Si actor. num. 2. de procurat.

R. Aut ille ueniebat tanquam

- Defenſor, animo nouandi, & reum principalem liberãdi, & ille inuito actore non admittitur. l. ſi mandati. §. 1. ff. mandati. poſtquam uerò eſt admiſſus, non poteſt reum eligere: quia iam liberatus eſt. l. ſolutionem. ff. de ſolut.
- Procurator rei, ſeu defenſor: & aut tanquam procurator
  - In rem ſuam: & tunc aut
    - Ille eſt ſemel receptus, & deinde eum repudiare non poteſt. poſtquam enim eſſet acceptus ut procurator in rem ſuam, non poſſet actor petere, uenire dominum ad aliquem articulum: quia confeſſio rei non debet præiudicare huic procuratori in rem ſuam, poſtquam eſt notum aduerſario. argumento l. 3. C. de nouat.
    - Non eſt acceptus, & datur actori electio, malit ne potius dominum conuenire, quàm talem procuratorem. l. ſi actor. ff. de procurat.
  - Simplex, & ille indiſtinctè admittitur, non habita diſputatione utra perſona ſit legalior. Nam quiſq; ut per ſe, ita per alium ſe poteſt defendere. l. 1. §. uſus. ff. de procurat.
- Suo nomine ſimpliciſſimè in ſe ſuſcipiens iudicium, non tanquam procurator ſimplex, uel in rem ſuam, neq; tanquam defenſor. & tunc iſta diſputatio, quæ ſit idoneior perſona, non admittetur. l. ſed etſi lege. §. item ſi rem ff. de petit. hæred.

EXCEPTIONES PROCVRATORIAE QVANDO SINT OPPONENDAE? XXXII.

L. Pomponius. §. ratihabitionis ff. de proc.

R. Quādo opponitur Exceptio.

- Ex perſona *conſtituentis, ut in minori uel ſimili: & tunc aut poſt litem conteſtatam*
  - Actus aliquis *eſt celebratus in fauorem conſtituentis, & tūc amplius exceptio non opponitur. l. non eo minus. C. de procurat.*
  - Non eſt actus *celebratus in fauorem, ſed in damnum conſtituentis, & tūc bene opponitur. ut d. l. non eo minus.*
- Ratione eius *qui eſt conſtitutus: et tunc aut ille*
  - Nullo modo *poterat eſſe in iudicio, ut quia ſeruus: & tunc illa exceptio ſcilicet opponitur, quandocunq; cum reddat iudicium retro nullum. l. 2. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.*
  - Aliquo modo *poterat eſſe in iudicio, & tunc debet opponi ante litem conteſtatam. l. filiusfamilias. § ueterani. de procuratoribus.*
- Ratione cauſæ, *ut quia in hac cauſa non potuit conſtitui procurator: & ſemper opponitur exceptio. l. pen. §. ad crimen. & ibi Bar. ff. de pub. iudi. l. quamuis. la. 2. C. de adult.*
- Cautionis *non præſtitæ: & tunc aut procurator*
  - Interuenit *ante litem conteſtatam: & tunc ſolum opponitur ante litem conteſtatam. l. Pōponius. §. ratihabitionis ff. de procurat.*
  - Interuenit *poſt litem conteſtatam, & opponitur etiam poſt litem. l. 2. C. de conſortibus eiuſdem litis.*
- Tu non es *procurator: & tunc aut de hoc*
  - Fuit *diſputatum, non tamen deciſum, ſed fuit admiſſus procurator cum cautione de rato, & tunc amplius non opponitur, l. inter quos. §. alieno. de dam. infecto.*
  - Fuit *diſputatum, & deciſum, quia inſtrumentum fuerat admiſſum, & tunc etiam amplius non opponitur ab aduerſario, l. fin. C. de fid. inſtrum.*
  - Non fuit *quæſitum, & tunc iſta exceptio ſemper opponitur. l. licet. C. de procurat. & ibi de hoc per Bartolum.*
- Procuratoria *ratione formæ, & tunc aut defectus formæ eſt talis,*
  - Quòd *redderet mandatum nullum, & tunc ſemper opponitur, quia reddit iudicium retro nullum.*
  - Quòd non *redderet mandatum nullum, & ſic nec facit iudicium retro nullum: & tunc opponitur ante litem conteſtatam, ſicuti aliæ exceptiones dilatoriæ. Bartol. in d. §. ratihabitionis, in fine.*

PROCVRATOR CONTRA PROCVRATOREM AN ET QVANDO agere poſsit? XXXIII.

L. qui proprio. §. ſi duob. de procurat.

R. Aut illi procuratores ab uno & eodem Domino ſunt dati

- Ad diuerſa: *& tunc unus poteſt agere contra alium, in his quæ pertinent ad ſuam adminiſtrationem. l. qui proprio. §. ſi duobus, ſecundum tertiam ſolutionem. ff. de procurat.*
- Ad idem: *& tunc aut*
  - Non eſt dictum, *nec ſubintelligitur in ſolidum: & non poteſt unus ſine alio aliquid facere. l. pluribus. de procuratorib.*
  - Eſt dictū, *uel ſubintelligitur in ſolidum, & aut fuit mandatū*
    - Ad exigendum *tantum: & tunc unus ab alio exigere poteſt. d. §. ſi duobus. ſecundum ſecundam ſolutionem.*
    - Vniuerſale: *et tunc aut*
      - Supereſt *perſona mandantis, quæ poteſt prouidere ſibi. & unus nō poteſt agere contra alium, niſi habeat ſpeciale mādatum. l. qui duos. ff. de procurat.*
      - Non ſupereſt *perſona mandantis, & tunc unus poteſt agere contra alium. l. ſi plures. de adminiſt. tut.*

P. Procu-

PROCVRATOR EX SVA PROMISSIONE, AN ET QVANDO obligetur? XXXIIII.

L. Procurator qui pro euictione. ff. de procurat. l. ſi pupilli. §. 1. nu. 4. in fin. ff. de neg. geſtis.

R. Aut

- Certum eſt, *utrum procurator uelit ſe obligare, uel dominum, uel utrumq;: & tunc ſtamus certo.*
- Dubitatur: *& tunc aut*
  - Promittit *procuratorio nomine, & tunc*
    - Ita promittit, *quòd ſibi nihil quæratur: & tunc finito officio non tenetur. l. fin. ff. de inſtit.*
    - Se ita obligat, *ut ſibi aliquid quæratur, licet per actionem mandati domino cedere uel reddere cogatur. tunc ſicuti ſibi quærit, ita etiam ipſe obligatur. l. ſolutum. §. per literam. ff. de pig. act.*
  - Promittit ſimpliciter: *& tūc in cōtrahēdo aut*
    - Expreſſit *cauſam quare hoc faciebat, ſcilicet ut expediret negocia domini: & contrahens cum eo ſciebat, eum eſſe procuratorem, & tunc obligatur ſolus dominus. l. ſi pupilli. §. item ſi procurator. ff. de neg. geſt.*
    - Penitus nihil *expreßit: & tunc aut is qui cum procuratore contrahit,*
      - Hoc facit *contemplatione domini: & tunc tenetur dominus. argumento d. §. item ſi procuratori. tamen de contemplatione probare tenetur. l. ſi qui. in fin. C. quod cum eo.*
      - Non facit *hoc contēplatione domini, quia neſciebat mandatū: tunc aut ille cōtractus*
        - Ita poterat *pertinere ad dominum, ſicut ad procuratorem, & tenetur procurator. l. eum. C. ſi cert. pet.*
        - Non poterat *pertinere ad procuratorem, ut ad dominum, & tenetur dominus inſtitoria. l. ſi mutuam. C. de inſtitoria: ſi enim hoc operatur ratihabitio ſequens, multo magis mandatum præcedens.*

STIPVLATIO DE DEFENDENDO, SI EX CAVSA NON DEFENDAT, an, & quando committatur? XXXV.

L. Titius. de procurat.

R. Aut loquimur in defenſore

- Sine mandato: *& tūc aut illa cauſa non defendendi*
  - Superuenit *ex parte rei defenſi, & non prodeſt quin committatur ſtipulatio. l. Titius. ff. de procuratori.*
  - Superuenit *ex parte defenſoris, & prodeſt ne ſtipulatio committatur. l. uel hæreditas. ff. de procurat.*
- Cum mandato: *et tunc aut*
  - Ipſe ſatiſdedit *pro ſe, & tunc ſiue cauſa ſuperueniat ex parte ſui defenſoris, ſiue ex parte rei defenſi, ſtipulatio non committitur. l. mutus. §. fin. ff. de procurat.*
  - Dominus ipſe *ſatiſdedit pro defenſore: & tunc aut cauſa non defendendi ſuperuenit ex parte*
    - Defenſoris, *uel utriuſq;, ut inimicitiæ: & tunc ſtipulatio non committitur. l. ſi poſt datum. ff. de procurat.*
    - Domini, *licet abſq; aliqua eius culpa: tunc licet procurator non defendat, uel defendere non poßit, tamen ſtipulatio committitur. l. ſi defunctus. ff. de procurat. Ratio: quia ipſe principalis, uel hæredes eius, poſſunt facere ut cauſa defendatur ab ipſo procuratore, uel ab alio; quod ſufficit. l. omnium. ff. de procurat.*

NOMINE ALIENO, VEL OB ALTERIVS VTILITETEM, QVANDO ALIQVIS contrahit, utrum obligetur dominus tantum, an contrahens tantum, an uterq;? XXXVI.

L. Si pupilli. §. item ſi procuratori. iūcta Gloſſa magi ibidem. de neg. geſt.

R. Aut quis contrahit

- Vt negotiorum geſtor, ſine mandato, & tunc ille qui cum tali contrahit, aut hoc facit contemplatione
  - Domini negotiorum: & tunc tenetur dominus, ſi utiliter cœptum fuit, ut quia pecunia erat neceſſaria, licet fuerit amiſſa. l. 3 §. 1. de in rem uerſo.
  - Accipientis: & tunc tenetur ipſe tantum, non dominus: niſi habeat ratum, uel in in rem ſuam uertat, uel cum in eo, ideſt, in eam rem in quā accepit, procuratorem con ſtituat. l. pen. C. ſi tutor uel curator interuen.
  - Vtriuſq;: & tenetur uterq;. l. liberto. ff. de neg. geſtis.
- Cum mandato: & tūc aut habet mādatum
  - Nuncius, & tenetur dominus ac ſi ipſe contraxiſſet. l. fin. ff. quod iuſſu.
  - Ad certam perſonam. & tunc aut quis contraxit ut
    - Procurator: & tunc aut cōtrahens cum tali certificabatur, ut cō traheret cum illo
      - Tanquam cum procuratore: & tunc dominus tantum obligatur, niſi procurator ſe etiā in perſonam ſuam obligauerit. ut d. §. item ſi procuratori.
      - Non adiiciendo tanquam cum procuratore, & tunc contrahens tenetur ex contractu dominus contraria mandati. l. ſi literas. C. mandati.
  - Ad incertā perſonam. & tūc aut mādatum factū eſt
    - Ita, quod ſcribebatur: Cui hæ literæ fuerint præſentatæ, & quòd contraxerat cum tali, taliter & taliter: & tunc idem eſt ac ſi perſonaliter quis fuiſſet demonſtratus. & ita diſtinguitur, ut in mandato facto ad certam perſonam.
    - Simpliciter: & tunc diſtinguitur prout ſupra in ſecunda diſtinctione, in ſecundo membro.

IN PENDENTI ALIQVID, QVOMODO, ET QVANDO ESSE POSSIT? XXXVII.

L. Pomponius. ff. de neg. geſt.

R. Aut quæritur, an aliquid ſit in pendenti, reſpectu

- Præſentis ſtatus, & certum eſt quòd non. §. ſi ab hoſtibus. Inſt. quibus mod. ius patriæ poteſt. ſol.
- Futuri euētus, & aut loquimur
  - In rebus, & certum eſt quòd ſic, uniuerſaliter loquendo.
  - In actionibus: et aut quæritur an poſſint eſſe in pendenti ex
    - Aliquo futuro euentu, & dicitur quòd non. l. uſusfructus. ff. de ſtip. ſeruorum.
    - Voluntate partiū, & aut loquimur de uoluntate eius
      - Qui eſt futurus obligari, & iniquum eſt quòd pendeat ex uoluntate eius. l. A Titio. in fine. ff. de uerb. oblig.
      - Cui debet quæri obligatio. & tūc aut
        - Defertur illi talis actio non ſolum propter ſuum commodum, ſed etiam alterius. & tunc iniquum eſt quòd ex uoluntate unius pendeat, & quòd alter alteri poſſit præiudicare. l. is qui hæres. de acquir. hæred.
        - Solum propter ſuū cōmodum: tunc actio aliquando eſt in pendenti
          - Verè: ut quādo alicui defertur à teſtatore, uel à lege, ſub cōditione Si uoluerit. Exemplū quādo à teſtatore habes in l. ſi ita legatum. §. illi, ſi uolet. de legat. nu. 1. Exemplū, quādo à lege probatur in negotio quod eſt noſtrū ratihabitione tantū. pendet enim actio ex uoluntate domini, ut in l. ſi pupilli. §. itē quæritur. ff. de neg. geſt. itē in l. 2. C. de iure emphyteut. ubi per ceſſationem ſolutionis canonis cadit emphytheuta à iure ſuo, ſi dominus uoluerit.
          - Fictè: ut quando defertur alicui actio, nec requiritur eius ſcientia uel ignorantia. & ſic non requiritur eius uoluntas ſeu approbatio: & tūc abſenti ſtatim quæritur, ſed ſi poſtea illam repudiaret, fingeretur non quæſita. Exemplum in legato cuius actio quæritur legatario à tempore mortis teſtatoris: ſed ſi repudiat, fingitur retrò nunquam quæſita. l. ſi quis ita, & ibi notatur, de cōdit. inſtu. Exemplū eſt in negotio quod eſt noſtrū re ipſa, ipſo geſtu, cura et ſollicitudine. Nā quæritur nobis actio, licet ignorantib. l. 3. §. ſed etſi. ff. de neg. geſt. tamen dominus ſi poſtquam cognouit repudiat, quod facit non ratum habendo geſtum, fingitur actio non nata. l. ſi abſenti. C. ſi cert. pet.
  - Suo contractu, uel aliquo alio ſuo facto: & illa non eſt in pendenti ex uoluntate alicuius, quia uoluntas iam affuit. l. ei cui. & ibi notatur. de donat. cauſa mortis.

RATIHABITIONES QVAE ET QVALES SINT? XXXVIII.

d.l. Pōponius.

R. quòd eſt quædam
- Neceſſaria: et aut negotium eſt geſtum
  - Nomine domini: & aut negotium eſt noſtrum
    - Re ipſa, ipſo geſtu, cura & ſollicitudine: & tenetur quis præciſè habere ratum, ſi utiliter geſtum fuerit. l. Pomponius. circa medium. ff. de neg. geſtis.
    - Ratihabitione tantū et aut quis fecit id quod dominus
      - Conſuetus erat facere utiliter, & tenetur ratū habere, argumento, l. fin. ff. quod cum eo.
      - Non erat conſuetus facere: & tunc ſi factū non fuiſſet, res peritura
        - Erat, & cogitur ratum habere, l. ſi pupilli, §. ſi Titij. ff. de neg. geſtis.
        - Non erat, & non tenetur habere ratum. l. diſpenſatorem. in fine. de ſolutionib.
  - Non nomine domini, & non habetur ratum ut ratihabitio retrotrahatur, et mandato æquiparetur, ſed tenetur ſolum in quantum eſt factus locupletior. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. de neg. geſt.
- Voluntaria: & tunc noſtrum eſt negotium
  - Re ipſa, ipſo geſtu, cura et ſollicitudine & aut eſt facta ratihabitio
    - Doloſè, & tunc quid iuris ſit dic, ut per Bartol. in l. Pomponius. uerſ. ſed ſuperius.
    - Ex certa ſcientia: & tunc aut eſt facta ratihabitio
      - Simpliciter: & tunc uidetur approbare factum non qualitatem facti: uel remittere dolū, uel reliqua: ſicut in ratihabitione neceſſaria, cui æquiparatur, ut hic.
      - De facto, & qualitate facti: & tūc tollitur actio contra geſtorē in omnibus quæ omiſſa eſſent culpabiliter. Non enim poteſt uenire contra ipſum, quod approbatum eſt.
    - Per errorem: & tunc ratihabitio non præiudicat. Non enim uidetur remittere quòd ignorat, &c.
  - Ratihabitione tantum: & aut ratihabitio fit
    - Ex certa ſcientia: et aut gerēs geſſit nomine
      - Noſtro: et aut negotium
        - Nullo modo ad nos poteſt pertinere: & tunc ratihabitio nihil operatur, nec negotium noſtrum facit, d. l. ſi pupilli, §. quid ergo, ff. de neg. geſt.
        - Ad nos poteſt pertinere: & tunc ratihabitio retrotrahitur, & negotium noſtrum facit, d. l. ſi pupilli: §. item quæritur.
      - Gerentis: et aut quæritur an
        - Ratihabitio trahat negotium ad nos, & non poteſt facere, d. l. ſi pupilli, §. ſed ſi ego.
        - Voluntas noſtra trahatur ad negotium, ita quòd iuri non præiudicet, & dicitur quòd ſic, l. ſi fundus, §. 1 de pig.
        - Ratihabitione noſtra poßit noſtrum eſſe negotium, ex quo oritur actio negotiorū geſtorū: & dicitur q̄ ſic, l. mater, C. de rei uind.
      - Alterius: & aut negotium
        - Aliquo modo poteſt ad eum pertinere: & ratihabitio noſtra nil operatur, d. l. ſi pupilli, §. ſed ſi ego.
        - Nullo modo poteſt ad eum pertinere: & tunc ratihabitio poteſt aliquid operari, Gloß. in d. l. ſi pupilli, § ſi Titij ſeruum.
    - Errore: & aut fuit
      - In ſubſtantia facti: ut quia erat uenditio, & putabat eſſe locationem, & ſimilia: & non nocet.
      - In qualitate: et tunc aut qualitas eſt
        - Quæ induceret mutationē in ſubſtātia, tunc etiā nō præiudicat.
        - Simplex, & non præiudicat in eo, in quo erratur.
        - In iure, ut putet quis ratihabitionē ſibi non præiudicare, cum præiudicet: & tunc ſubuenitur ſibi ope replicationis. Bartol. in l. Pomponius, nu. 21. ff. de neg. geſtis.

ASCENDENTES AN ET QVANDO REPETANT EXPENSAS à deſcendentibus? XXXIX.

L. Neſennius. nu. 7. ff. de neg. geſtis.

R. Aut loquimur in expēſis factis in
- Rem deſcendentis: & tunc ſine dubio repetitur, l. alimenta. 2. reſponſ. C. de negotijs geſtis.
- Perſonā: et tūc aut fiunt
  - Neceſsitate præciſa: ut quando mater tenetur alere pupillum, quia eſt infra trienniū, uel quia inops, uel in caſib. poſitis in l. 1. & Auth. ibi poſita, C. diuort. facto apud quem pupill. educ. deb. tunc mater non repetit, etiamſi fuerit proteſtata. Notatur per gloſſam in l. Neſennius, ff de neg. geſtis.
  - Neceſsitate cauſatiua, ut in matre quæ tenetur petere tutorem pupillo, ſcilicet ne perdat ſucceßionem. & tunc aut fiunt expenſæ
    - Circa perſonam pupilli: ut cum mater ducit filium in ciuitatem cauſa petendi tutorem, & iſtæ expenſæ repetuntur.
    - Circa perſonam auiæ euntis ad petendum tutorem: & iſtæ non repetuntur. cum enim ijs hoc iniungatur à lege, intelligitur ſuo uictu. l. ſuo uictu. ff. de operis libertorum.
    - In procuratorib. & aduocatis, ſcripturis, & ſimilibus: & iſtæ repetuntur.
  - Mera uoluntate: & aut onus alimentandi
    - Non ſpectat ad ipſum filium, & poteſt repeti, ut d. l. Neſennius.
    - Spectabat ad filiū: et tūc aut mater
      - Gerebat negotia filij, & poteſt imputare, d. l. Neſennius.
      - Nō gerebat negotia filij: & tunc aut
        - Fuit proteſtata, & poteſt repetere, d. l. Neſennius, uerſ. quid enim.
        - Non fuit proteſtata: et tunc non repetet. l. alimenta. iūcta Glo. C. de neg. geſtis.

L. De

AETATEM MAIOREM VEL MINOREM ALLEGANS, cui incumbat onus probandi? XL.

L. De ætate. nu. 12. ff. de minorib.

R. Aut

- Iudex ex *aſpectu perſonæ transfert onus probandi in aliquam partem, & illa debet probare. Gloſſa in l. de ætate. ff. de minorib.*
- Iudex *non transfert: & tunc aut quis allegat*
  - Aetatem minorem *ad fundandam intentionem ſuam, & ipſe debet eam probare.*
  - Aetatem minorem, *ad fundandam intentionem minoris: & idem quod allegat, hoc debet probare. l. ſi minorem. C. de in integ. reſtit.*
  - Aetatem non ut cauſam *intentionis alicuius, utputa ſi nihil aliud intẽdo principaliter, niſi probare ætatem, tunc ei qui dicit ætatem, incumbit onus probabdi. Ita eſt caſus in d. l. de ætate. ff. de minorib.*

SENTENTIA SVPER AETATE LATA AN FACIAT IVS? XLI.

d. l. De ætate. nu. 16.

R. Quòd aut ætas eſt probata

- Per cõfeſsionem *perſonæ, de cuius ætate agitur: & tunc aut talis probatio eſt facta*
  - Simpliciter, *et nihil præiudicat. Ita eſt de mente Bartoli in d. l. de ætate. ff. de minorib.*
  - Cum iuramento *corporaliter præſtito: & tunc talis confeſsio non porrigit effectum ſententiæ ad alias perſonas uel cauſas, quàm ad eas quas inter facta eſt dicta confeſsio. Auth. ſacramenta. C. ſi aduerſus uendit.*
- Per alios modos legi*timos: utputa teſtibus, inſtrumentis natalium, &c. & tunc aut*
  - Aetas eſt *probanda inter duos litigantes, non interueniente eo de cuius ætate agitur: & tunc illa probatio in alia cauſa non præiudicat, per regulam generalem l. cum quæritur. ff. de except. rei iud.*
  - Ille *de cuius ætate agitur, eſt in iudicio: et aut illa pronunciatio eſt facta aduerſario*
    - Contradicente, *& indiſtinctè habetur pro ueritate, quo ad eum, ſiue ſciuerit contrarium eſſe uerum, ſiue ignorauerit. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de min. ſed quo ad alios, non eſt idem.*
    - Non cõtradicente: *& tunc aut interuenit dolus*
      - Eius *de cuius ætate agitur, et indiſtinctè præiudicat quo ad eum, aduerſus quem dolus fuit adhibitus. probatur in l. ſi alteri us. C. ſi minor ſe maior. dix.*
      - Aduerſus alios *diſtinguitur, ut quando dolus interuenit, &c. argumento l. Fulcinius. §. quòd ſi aduerſus. ff. ex quib. ca uſis in poſſ. eatur.*
      - Aduerſarii, *ſcientis uerè uel præſumptiuè, eum eſſe minorem & tunc ſententia & pronunciatio ei non prodeſt. d. l. ſi alterius. in ſecundo reſponſo.*
      - Neutrius, *& aut minor uult uenire contra dictam pronunciationem certans*
        - De damno *uitando, aduerſarius de lucro captando: & minor auditur, tenetur tamen probare contrarium.*
        - De lucro *captando, aduerſarius de damno uitãdo, & minori præiudicat.*
        - De damno *uitando in futurum, & auditur uolens deducere in contrarium, in notitiam cuiuſlibet. Bartol. in d. l. de ætate.*

L. Inter

ABSENTI CONTRA SENTENTIAM QVOMODO ſubueniatur? XLII.

L. Inter minores. nu. 4. de in integr. reſtit.

R. Aut eſt abſens.

- Ex cauſa
  - Neceſſaria & probabili: et aut quis eſt
    - Legitimè defenſus, & reſtituitur ad appellandum.l.inter minores.ff.de in integrum reſtit.
    - Nō legitimè defenſus, uel non defenſus: & tūc aut loquimur in ſententia
      - Definitiua: & tūc aut iudex
        - Ignorabat cauſam abſentiæ, & tunc reſtituitur ad totam cauſam l.quia abſentiæ.C.de procuratorib.
        - Sciebat cauſam abſentiæ, & ſententia eſt ipſo iure nulla: & ideò non eget reſtitutione.l.quæſitum.ff.de re iudic.
      - Interlocutoria de mittendo in poſſeſſionem: & tunc aut
        - Ex primo decreto: & tunc iudex ſiue ſciebat cauſam, ſiue non, ualet ſententia: & ideò habet neceſſè petere reſtitutionem in integrum. Bartol.in d.l.inter minores.
        - Ex ſecundo decreto, uel de uendendo, tunc eſſet ipſo iure nulla, quia cum non latitet contra eum, non poteſt perueniri ad ſecundum decretum. l. Fulcinius.§.1.ff.ex quib.cauſis in poſſ.eatur.
  - Probabili tātū: & tūc aut eſt
    - Legitime defenſus, & ad nihilum reſtituitur.l.nec non.in principio.ex quib.cauſis maiores.
    - Nō legitime, uel nō defenſus: & aut loquimur in
      - Cauſis non incœptis ante abſentiam, & reſtituitur in integrum.d.l.nec non.in princip.
      - Cauſis incœptis: & tūc aut
        - Non potuit dimittere procuratorem, uel dimiſſus mortuus eſt: & reſtituitur.d.l.nec non.
        - Potuit dimittere procuratorem, & non dimiſit: tunc ſecus.l.contumacia.§.1.ff.de re iudicata.
  - Neceſſaria tantum: et tūc aut
    - Potuit dimittere procuratorem, & non dimiſit, & non reſtituitur.l.ſed etſi per prætorem.ff.ex quib.cauſis maiores.
    - Non potuit dimittere procuratorem, aut dimiſſus mortuus eſt: & reſtituitur. d. l. ſed etſi per prætorem.
- Sine cauſa: et tunc aut
  - Abſq; contumacia, ut quia non eſt citatus, uel ſi citatus, tamen non propoſitum peremptorium. & tunc non eget reſtitutione, cum ſententia nulla ſit, & ita per eam non lædatur l.de unoquoq;.ff.de re iudic.
  - Cum cōtumacia: & aut ē cōtumax
    - Verus apparenter, & exiſtenter: & ille non auditur appellans.l.ex conſenſu.in fine.de appellat.
    - Verus apparenter, ſed non exiſtenter: & ille appellans non auditur à iudice à quo, ſed ab eo ad quem.
    - Fictus apparenter, & uerus exiſtenter: & eius appellatio recipitur ab eo à quo, non ab eo ad quem.l.properandum.§.ſin autem.in fine.iuncto §.præcedenti C.de iudic.
    - Fictus apparenter & exiſtenter: & iſte auditur appellans.l.ab eo. C. quomodo & quando iudex.

PLVRES DOLVM COMMITTENTES, AN QVILIBET teneatur de dolo, & quomodo? XLIII.

L.Et eleganter nu. 2. ff. de dolo.

R. Aut negotium ſpectat

- Ad quemlibet principaliter & pariter, & plures dolum committunt: & tunc quilibet de dolo tenetur.l.ſi plures.ff.de dolo malo.
- Ad alterū tantum principaliter: et tunc aut
  - Vnus commiſit dolum, & alius culpam: & prius conuenitur ille qui dolum commiſit. l. cum in plures.§.ueſtimenta.ff.locati.
  - Ambo dolum commiſerunt: et tunc aut fuit dolus
    - Dans cauſam contractui, & prius cōuenitur ille ad quem ſpectat negotium principaliter: in ſubſidium deuenitur ad eum, ad quem ſpectat incidenter.l.& eleganter.§.ſi quadrupes.ff.de dolo malo.
    - Incidens contractui: & tunc, quia iſte purgatur per actionem deſcendentem ex eo contractu, impedit oriri actionem de dolo. Ideò ille ad quem negocium non ſpectat principaliter non poterit conueniri, neque ex contractu, quia non contraxit: neque de dolo, quia alia actio competit. d. l. & eleganter. & ibi Bartol. ff.de dol. malo.

L.Idem

ARBITER AN POSSIT COGI, VT DICAT SENTENTIAM die feriata? XLIIII.

L. Idem Pōponius. aliàs incipit ſi deniq; §. ex cōpromiſſo. de arbitris.

R. Aut loquimur in ferijs

- In honorem dei *inſtitutis,& non poteſt cogi illis diebus ſententiare. l. ſi feriatis. ff. de ferijs. In arbitratore uerò, quod poßit ſententiare die Dominica, cum ſit quædam tranſactio, l. dies, C. de ferijs.*
- Ob neceſſitatem hominū: *& tunc aut arbitro*
  - Liquet *de cauſa: et tunc aut ille*
    - Excuſatur *ex iuſta cauſa, & non poteſt cogi ut dicat ſententiam. l. licet: & l. ſeq. ff. de arbit.*
    - Non excuſatur *ex iuſta cauſa: & tunc ille poteſt cogi ad ſententiandum, l. idem Pomponius, §. ex compromiſſo, ff. de arbit.*
  - Nō liquet *de cauſa, pro quo etiā iurat: & aut hoc cōtingit propter defectum*
    - Partium: *et tunc, ſiquidē ſit ſine iniuria arbitri, aut dies cōpromißi*
      - Non eſt exitura, *& non compellitur. l. item ſi unus. §. 1. de arbit.*
      - Eſt exitura, *& compellitur.*
      - Exiuit, *& non cōpellitur l. ſed etſi compromiſſum. ff. de arbit.*
    - Arbitri: *& tunc aut dies compromißi*
      - Poteſt prorogari: *& tunc prorogatur. l. idem Pomponius. §. ex compromiſſo & d. l. arbitro ff. de arbitris.*
      - Non poteſt prorogari: *& tunc pati debet iterum in ſe compromitti. d. l. arbiter. cum ſimilibus ff. de arbit.*

QVOD ACCIDIT POST LITEM CONTESTATAM, AN & quando ueniat in idem iudicium? XLV.

L. Non poteſt ff. de iudicijs

R. Aut eſt actio propoſita

- Generaliter, *nulla expreſſa cauſa: & tunc uenit etiam illud. l. ult. C. de annali except.*
- Speciali ter: *et tūc aut illud accidens*
  - Acceſſorium *ad primum, & tunc uenit in eodem iudicio l. ædiles. § item ſciendum ff. de æd. edicto.*
  - Aequè principale: *& tūc aut illud accidit defectu iuris ex parte*
    - Conuenti, *& uenit in eo iudicio. l. quæſitum ff. de pecul.*
    - Actoris: *et aut ſuperuenit ius ex cauſa*
      - De præterito, *& uenit in eo iudicio. l. ſi rem. §. fin. ff. de pig. act.*
      - De futuro, *& noua, & non uenit in eo iudicio. l. non poteſt. ff. de iudicijs.*

REGVLA QVI PRIOR APPELLAT, PRIOR AGAT AN & quando procedat? XLVI.

L. Qui prior. ff. de iudic.

R. Aut is qui prior agit, agit

- Criminaliter, *& tunc reconuenitur criminaliter, et tunc diſtinguitur eleganter in. l. is qui reus nu. 1. de pub. iudicijs*
- Ciuiliter, *& reconuenitur criminaliter, uel contrà: & tunc aut actio ciuilis*
  - Eſt præiudicialis, *& tunc illa prius expeditur. l. quoniam Alexandrum. C. ad l. Iul. de adulterijs.*
  - Non eſt præiudicialis, *& criminalis, prius expeditur. l. ult. C. de ordin. iudic.*
- Ciuiliter, *& reconuenitur ciuiliter: & tunc aut actio ciuilis ſuperuenit ciuili*
  - Incidenter, *& tunc ſuper emergenti prius eſt pronunciandum. Gloſſa & Bartol. in l. de qua. ff. de iudicijs.*
  - Principaliter: *& tunc aut*
    - Vna actio *continet petitorium, et altera poſſeſſorium: et tunc prius expediūr poſſeſſorium. l. ſi de ui. & ibi Bartol. ff. de iudicijs.*
    - Vtraq; *continet petitorium: & aut*
      - Vna eſt *præiudicialis ad alterā, & præiudicialis prius expeditur. §. præiudiciales. Inſtit. de actionib.*
      - Neutra eſt *præiudicialis ad alteram, & locum habet regula. Qui prior agit, prior agat. l. q prior. ff. de iudicijs.*

L. Pater

PROXIMIOR IN GRADV QVANDO NON ADMITTITVR, AN HABEATVR perinde ac ſi non eſſet, & utrum impediatur ſequens in gradu uel in ordine?

XLVII.

L. Pater filium. nume. 11. ff de inoff. teſtam.

R. Aut proximior non admittitur: quia

- Ciuiliter *mortuus, ut deportatus: & habetur perinde ac ſi non eſſet, l. 1. §. penultim. ff. de bon. poſſeſ. contra tab.*
- Aliæ ſubſunt *cauſæ: & tunc aut*
  - Speratur *admitti, & interim impedit alios. l. pater filium. de inoff. teſtam.*
  - Nullo modo *ſperatur admitti: et tunc aut quæritur an impediat quo ad modum*
    - Rumpendi *teſtamentum, & tunc impeditur ſequens. Nam præteriti poſſunt dicere nullum, uel petere contra tabulas, ſi quis eos non præcederet: ſed propter præcedentes, quamuis excluſos, poſſunt querelam intentare. l. 3. §. ſi emancipatus. ff. de bon. poſſeſ. contra tab.*
    - Conſequendi *hæreditatis effectum, & tunc indiſtinctè non nocet ſequentibus, l. qui repudiantis, in princip. ff. de inoff. teſtam.*

FRVCTVS QVOTVPLICES SINT? XLVIII.

L. et ex diuerſo, ff. de rei uindic.

R. Aut fructus omnes ſunt

- Percepti *à bonæ fidei poſſeſſore, quoquo modo à terra ſeparati, à fructuario in horreis reconditi. l. ſi uſusfructus meſſem. ff. quib. mod. uſusf. amit.*
- Percipiendi: *de quibus poſt* Gloſſam *uide* Bartolum, *in l. ex diuerſo. num.* 4. *prope finem, ff. de rei uindic.*
- Ciuiles, *ut penſiones domorum, uecturæ nauium: & ſimilia: quæ non ex re, ſed ex prouiſione hominis quærun tur, & percipiuntur propter rem. l ſi nauis. in princ. ff. de rei uind. iſtorum quidam honeſtè percipiuntur, ut de quibus ſupra, quidam inhoneſtè. l. ancillarum. ff. de petit. hæred.*
- Naturales: *& tunc aut*
  - Sunt *induſtriales, in quibus potiſſimum uerſatur hominum induſtria: ut ſegetes, & ſimilia.*
  - Stant *in ſuo nomine, & dicuntur naturales, in quibus modica uel nulla induſtria uerſatur: ut poma, & ſimilia.* Bartolus *in d. l. & ex diuerſo. num. 1, in fine.*
- Tales, *de quibus certa doctrina dari non poteſt: ut in fœno, ſylua, & ſimilibus, quæ quandoque magnam, quandoque modicam requirunt curam, ſecundum diuerſitatem locorum.* Et ideo an ſint induſtriales uel, naturales, *arbitrio iudicis relinquitur: conſiderato eo quod plus præponderat, argumento l. quæritur, ff. de ſtatu hominum.*

L.In

l. In fundo. nu. 4. cum ſeq. ff. de rei uind.

R. Aut fuerunt expēſæ factæ

- Cauſa quærendorum fructuum: et tunc aut loquimur in
  - Bonæ fidei poſſeſſore, & ille eos indiſtinctè deducit. l. fundus. ff famil. hercisc.
  - Malæ fidei poſſeſſore: & tunc aut fructus ſunt
    - Recollecti: & tunc bene deducit expenſas. l. ſi à domino aliàs. l. ſi à patre in fi. ff. de petit. hæred.
    - Non recollecti: & non deducit. d. l. ſi à domino. in fine. cum lege ſeq.
- Ad perpetuam rei utilitatem: et aut loquimur in poſſeſſore
  - Bonæ fidei: & aut loquimur in expenſis
    - Neceſſariis, & eas indiſtinctè deducit §. ex diuerſo. cum §. ſeq. Inſtit. de rer. diuiſ.
    - Vtilibus: & aut accedit aliquid rei per
      - Applumbationem, idest ſeparatā materiam: ut ſi in fundo domus ædificatur, et ſimilia: & aut dominus eas impēſas
        - Erat facturus, & admittitur deductio, quatenus res ex his eſt facta precioſior.
        - Nō erat facturus: & aut erat
          - Venditurus dictam rem, & admittitur deductio, quatenus res ex his eſt facta melior.
          - Nō erat uēditurus & aut dominus
            - Erat diues, qui poterat dictas expenſas expendere ſine eius graui detrimento, et ae ducitur melioratio.
            - Erat pauper, tunc non cogitur dictas impenſas reddere, ſed poſſeſſori permittitur auferre: ita tamen, ne deterior inde fiat res, quàm fuit initio, ſi non fuiſſet ædificatum, l. in fundo. de rei uindicat.
      - Ferruminationem, idest per eandē materiā: ut in ſtercorādo. & aut
        - Poſſeſſor percipit fructus, ad quos reſtituendos tenetur: & tunc indiſtinctè compenſat expenſas cum fructibus, l. cæterum, ff. de rei uindic.
        - Poſſeſſor non percepit: & diſtinguitur, ut in eo qui ſeruum docuit artificium, l. ſin autem. §. ſed ſe puerum ff. de rei uindic.
    - Volūtariis: & tunc aut
      - Erat aliàs facturus uel diſtracturus: & tunc expenſæ uoluntariæ dicuntur expenſæ utiles, & habet locum diſtinctio l. in fundo. ff. de rei uind. ut ſuprà.
      - Non erat aliàs facturus uel diſtracturus: & tunc remanent uoluntariæ & ſola abraſio permittitur. l. pro uoluntariis, & l. quòd ſi ea res. ff. de impenſ. in reb. dotal. factis.
  - Malæ fidei & aut res eſt
    - Perempta, & nullo caſu deducit expenſas. l. planè, ff. de petit. hæred.
    - Nō perempta, & aut loquimur in expenſis
      - Neceſſariis, & eas deducit. l. domum. C. de rei uindic.
      - Vtilibus: et aut facit eas
        - Incipiendo aliquid de nouo, & uidetur donare. §. ex diuerſo. Inſtit. de rer. diuiſ.
        - Super antiquo, & permittitur deductio. l. domum C. de rei uindic.
      - Voluntariis, & non recuperat, nec aufert quod poſuit. Gloſſ. in d. l. in fundo. de rei uindic.
  - Eo qui à principio fuit bonæ fidei poſſeſſor, poſtea malæ fidei, & aut loquimur
    - In expenſis quas fecit, dum eſſet bonæ fidei poſſeſſor: & dicitur ut ſuprà in bonæ fidei poſſeſſore.
    - In expenſis quas fecit dum eſſet in mala fide: & dicitur quòd in illis caſibus, in quib. ſi eſſet bonæ fidei, poſſet expenſas deducere iſto caſu deducet.
  - Eo qui à principio fuit malæ fidei poſſeſſor, ex pòſt facto bonæ fidei, & de hoc loquitur. l. 2. poſt principium, quis ordo in bon. poſ. ſeruetur. Bar. in l. in fundo. ff. de rei uindic. &c.

Ex arbore ſeruitutum in lectura Bartoli.

R. Omnis ſeruitus aut eſt
- Perſonalis, *quæ debetur à perſona perſonæ: & de ea habetur in titulo Inſt. de iure perſonarum, & ff. de ſtatu hominum, & ubicunq; habetur mentio de ſeruis.*
- Mixta: & *tunc debetur aut à*
  - Perſona *rei; de hac loquitur Bartolus in l. 1. in fin. ff. de ſeruitut.*
  - Re perſonæ: *de hac clarum eſt: & ſunt tres ſpecies, uſusfructus, uſus, & habitatio.*
- Realis, *quæ eſt ius quoddam prædio inhærens, & ipſius utilitatem reſpiciẽs. & omnis eſt*
  - Aut
    - Continua, *cuius uſus durat perpetuò actualiter, & potentialiter: ut aquæductus, tigni immittendi, & iſta præſcribitur ſine titulo, longo tempore, decem annorum inter præſentes, & X X inter abſentes, exemplo rerum immobilium. l. finali. C. de præſcrip. longi temp.*
    - Quaſi continua, *cuius uſus durat perpetuò potẽtialiter, ſed nõ actualiter. ut ſeruitus ſtillicidij: & illa præſcribitur ut ſeruitus continua. l. foramen. ff. de ſeruitut. urban. præd.*
    - Diſcontinua, *cuius uſus nec potẽtialiter nec actualiter durat perpetuò: ut iter, uia, actus. & iſtæ nullo tempore præſcribuntur, niſi tanto tempore cuius initij nõ extat memoria.*
  - Aut
    - Vrbana, *quæ eſt aut*
      - Affirmatiua, *quæ uerbis affirmatiuis concipitur: ut altius tollendi ſtillicidiũ admittendi, tigni immittendi, proijciendi, protegendi, proſpectus luminum, itineris, &c.*
      - Negatiua, *negatiuis uerbis concepta: ut altius non tollendi, ſtillicidium non admittendi, &c.*
    - Ruſtica, *quæ eſt aut*
      - Nominata, *quæ nomen habet iuris, à iure impoſitum quæ non denominatur ab actu, ut iter, uia, actus, aquæductus. Bartol. in Rub. C. de uſufructu.*
      - Innominata, *quæ habet nomen ab actu impoſitum, non à iure: ut arenæ fodiendæ, calcis coquendæ, aquæ hauſtus, pecoris ad aquam appulſus, ius paſcendi, &c.*

SERVITVTEM DEBENS AN ET QVANDO REFICERE TENEATVR? L I.

L. Et ſi fortè. §. etiam de ſeruitute. ff. ſi ſer. uindicetur.

R. quòd aut
- Actum eſt *in ſeruitute, quòd ille qui debeat ſeruitutem, reficiat & tunc tenetur reficere. l. 2. §. apud* Alphenum. *ff. de aqua plu. ar.*
- Non eſt a*ctum: & tunc aut*
  - Ille qui *debet ſeruitutem, conſueuit reficere, à tempore cuius non extat memoria: & idem quòd cogatur eam reficere, notatur in d. l. 2. §. apud* Alphenum.
  - Talis *cõſuetudo non apparet, & tũc aut loquimur*
    - In ſeruitute *oneris ferendi, et tũc debet reficere ille qui eam debet l. ſi forte. §. etiã ff. ſi ſeruitus uind.*
    - In aliis *ſeruitutib. & aut*
      - Ex refectione *poteſt conſequi aliquam utilitatem dominus prædij ſeruientis: utputa ex purgatione riui poteſt ſequi utilitas, quòd extrahitur pinguendo terræ ibi collecta: & tunc eſt domini prædij ſeruientis purgare, uel pati ut alius purget. l. 2. §. 1. ff. de aq. plu. ar.*
      - Nulla *utilitas ſequitur, ſed ſolum expenſa: & tunc indiſtinctè pati debet. l. quoties. §. ſeruitutum. ff. de ſeruitut.*

EXAMINATIO TESTIVM AD AETERNAM REI MEMORIAM AN ET quando procedat? LII.

R. Aut hoc fieri petit

- Actor: et tūc aut actor
  - Non poteſt *agere, nec litem conteſtari, niſi dicta teſtium ſibi eſſent nota. & tunc poteſt petere teſtes examinari, & publicari ante litis conteſtationem: ut in hærede, qui non poteſt adire hæreditatem niſi ſit certus de turibus teſtamenti. l. publicati. C. de teſtib.*
  - Poteſt agere *ſine dictis teſtium: et aut poteſt agere*
    - In continenti: *& tunc non poteſt petere teſtes examinari ad perpetuam rei memoriam, niſi dubitetur de morte teſtium, uel abſentia diuturna: & tunc poſſunt examinari, ſed publicatio differtur poſt litem conteſtatam: c. quoniā frequenter extra, ut lite non conteſt.*
    - Non ſtatim, *quia obligatio eſt conditionalis: tunc ſi dubitetur de morte teſtium, uel abſentia diuturna, poteſt peti examinatio. l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aquil.*
- Reus *ad fundandam ſuam defenſionem: & tunc poteſt petere quòd teſtes examinentur, & publicentur, ad æternam rei memoriam, etſi non dubitetur. quia non eſt in poteſtate rei, quando agat. Auth. & ſi quis. C. de teſtib.*
- Aliquis *qui illud poteſt deducere in iudicium, per modum actionis, & per modum defenſionis: tunc ſi uult, poteſt agere uel non agere, l. uti frui. in fine, ff. ſi uſuſ. petatur. tunc poteſt petere, ſicuti reus. cap. ſignificauit, extra, de teſtib.*

AN STANDVN SIT AVTORITATI SCRIPTVRAE? LIII.

L. 1. ff. ſi cert. peta.

R. Aut illa

- Eſt approbata *ab Imperatore uel ſummo Pontifice, & ita probat, & concludit neceſſariò. l. leges. la. 1. C. de legib. & iſtæ ſcripturæ approbatæ ponuntur 16. diſt. per totum.*
- Nec approbata, *nec reprobata: & aut ſunt ſcripturæ*
  - Enunciatiuæ, *aliàs recitatiuæ: ut libri hiſtoriales, Chronica, & ſimilia: & iſtis ſi à noſtris antiquis creditum uidemus, & nos credere debemus, ſicuti alijs antiquis libris uel ſcriptis. ut cap. cum cauſam extra, de probat. & ibi Gloſſa.*
  - Quæ procedunt diſponendo, *& nō enūciando: & tunc aut illo*
    - In ſtudiis *tanquam authedticæ putantur, ut dicta Ariſtotelis, Hippocratis, & ſimiliū: & illis eſt ſtandum. l. ſeptimo menſe ff. de ſtat. hom.*
    - A ſtudiis *non approbantur, niſi probetur per rationem: & iſtæ dicuntur magiſtrales probationes, non tamen neceſſariæ. l. ſi de interpretatione. ff. de legib. iſtis quidem non eſt ſtandum, ſi contrarum uerius uideatur, & niſi quatenus neceſſariò concludunt.*

IDEM, VEL ALIVD, QVANDO REDDITVR, QVOMODO DIGNOSCATVR quis contractus inter partes fuerit celebratus? LIIII.

R. Aut trado rē meā ut

- Eadem reſtituatur: *& tunc aut perdam rem ſeu tradentem dominium*
  - Non transfertur: *& aut datur*
    - Cauſa cuſtodiæ, *& erit depoſitum. l. 1. in princip. ff. depoſiti.*
    - Cauſa uſus, *& aut uſus*
      - Determinati, *& erit commodatum. l. in commodato. §. ſicut ff. commodati.*
      - Indeterminati, *& erit precarium. Gloſſa magna in l. 1. in princip. de precario.*
      - Ita quod *dubitetur, an ad terminatum uel non, & erit contractus innominatus. l. ſi gratuitum. ſecundum unum intellectum Gloſſæ ibi. ff. de præſc. uerbis.*
  - Transfertur, *& erit contractus innominatus, Do ut des. l. ſi tibi areæ. ff. de præſc. uerbis.*

*

Aliud

* In ſpecie aliud, ſed idem in genere: & tunc eſt mutuum, l. mutuum damus. ff. ſi cert. pet.

In genere, ſcilicet ſpecies, pro ſpecie, & eſt contractus permutationis. l. 1. cum Gloſſa, in uerbo habens. ff. de rer. permut.

Genus pro genere, uel genus pro ſpecie: & eſt contractus innominatus, Do ut des. d. l. 1. in Gloſſa, in uerbo habent. ff. de rer. permu.

Aliud reddatur: & tunc aut agitur ut reddatur

Quantitas pro ſpecie, uel cõtra: & tunc aut agitur ut
- Ex utraq; parte detur, & erit contractus innominatus. l. fin. de condict. cauſ. data.
- Ex parte eius qui debet quantitatem detur, & ex parte eius qui debet ſpeciem tradatur, & erit contractus emptionis & uenditionis. l. ex empto. ff. de act. empti.

Quantitas pro genere, uel contrà, & indiſtinctè erit contractus emptionis, l. datio. §. ſi per uenditorem. ff. de actio. empti.

Quantitas & ſpecies pro ſpecie: & aut quantitas precioſior ſpecie, uel contra
- Eſt, & debet attendi precioſius. Bartol. & doctores in l. Ariſto. de donat.
- Non eſt, & eſt contractus emptionis. Bald. in præludijs feudorum. in 6. col.

ALIVD PRO ALIO, INVITO CREDITORE, VTRVM SOLVI POSSIT? L V.

R. Quod aut eſt in obligatione

- Rem dari: & aut datur
  - Genus, & hoc poteſt eſſe tripliciter: aut enim debetur
    - Genus, hoc eſt una ſpecies de genere, & aut debetur certum pondus, uel menſura illius generis: & in his duobus caſibus aut quis uult ſoluere
      - Genus pro genere, et nõ poteſt inuito creditorẽ.
      - Speciẽ pro genere, et idẽ quòd nõ poteſt ſoluere
      - Quantitatem pro genere: & tunc aut illud genus
        - Poteſt reperiri eius bonitatis, cuius debetur: & non poteſt ſolui quantitas pro genere.
        - Non poteſt reperiri, et tũc poteſt ſolui quãtitas pro genere. l. uinum. ſi cert. pet.
    - Quota, ut ſi ego debeo tertiam uel quartam bonorum, uel alicuius rei, & in his poteſt ſolui æſtimatio pro illo genere debito. l. non amplius. §. fin. cum leg. ſeq. de legatis primo.
  - Species, & tunc aut illam ſpeciem debitor reperire
    - Non poteſt, & poteſt pro ea ſolui æſtimatio, nõn alia ſpecies uel genus. l. non dubium. ff. de legatis. 3.
    - Poteſt, & poteſt eam ſoluere: tunc de neceſſitate cogitur eam ſoluere, nec admittitur ad ſoluendnm aliud. d. l. mutuum. §. mutui datio. Fallit in l. ſi domus. §. qui confitetur, de legatis primo.
  - Quãtitas, & aut debitor
    - Non poteſt ſoluere quantitatem, & cogitur creditor accipere rem. Auth. hoc niſi. C. de ſolut.
    - Poteſt ſoluere pecuniam: & tunc aut tenetur ad illam quantitatem
      - Reſpectu certæ ſpeciei, & liberatur ſoluendo ſpeciem illam. l. ſi uerò. §. fin. ff. ſol. mat.
      - Simpliciter: & tunc non poteſt ſoluere ſpeciem pro quantitate creditore inuito. l. eum à quo. C. de ſolu. Fallit in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccleſ.
- Factum: & tunc ſuccedit obligatio ad intereſſe: & ſoluendo intereſſe an reus liberetur plenè, Bartol. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 8. quæſt. de uerbor. obligat.
- Rem reſtitui uel reddi,
- Rem tradi.

De his duob. per Bartol. in d. quæſtione 8. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur.

IN MVTVO VTRVM SEMPER REQVIRATVR, VT EX MEO TVVM FIAT? LVI.

L.Mutuum damus.§.appellata.ſi cert.pet.

R. quodda eſt mutuum

- Merè ciuile, & *in eo non requiritur: & iſtud eſt mutuum quod conciliatur curſu biēnij.l.in contractibus.* C.*de non numerat.pecun.& intelligitur conciliatum, non quòd ex ipſo mutuo naſcatur obligatio: ſed ut ex contractu literarum, propter illud ciuile mutuum obligatio naſcatur.*§.1.*Inſtit.de literar.obligat.*
- Ciuile non merè, *ſed cui natura cooperatur: & illud reconciliatur ſtipulatione, ſiue præcedat, ſiue ſequatur.l. quamuis.*C.*ſi cert.petatur: & intelligitur reconciliatum, non ut ex ipſo mutuo naſcatur obligatio: ſed ut naſcatur ex ſtipulatione propter illud præſumptum mutuum.*
- Naturale: *et tūc aut quæritur, an actio ex mutuo oriatur*
  - Statim: & *in eo mutuo indiſtinctè requiritur, ut ex meo tuum fiat.l.mutuum damus.§.appellata. ff. ſi cert.pet.*
  - Ex pòſt facto, & *non requiritur: & illud aliquando reconciliatur*
    - Conſumptione: & *aut eſt facta*
      - In utilitatem *accipientis, ut quia minutatim expēdit pecuniam, quam recepit: & hoc caſu loquitur l. nam etſi fur. ff. ſi cert. petatur.*
      - Perditione, & *hoc caſu loquitur l.indebiti.§.ſed etſi nummi.ff. de condict.indebiti.*
      - Commixtione, *de qua in l.alieni.ff.de ſolutionibus, & illud in pecunia tantum locum babet.*
    - Vſucapione: *probatur in d.l.indebiti.§.ſed etſi nummi.*
    - Conditionis *euentu.l.proinde.ff.ſi cert.pet.*
    - Propter *ſuperuenientiam dominij ex parte mutuantis, ex cauſa de præterito. d. l. proinde.*
    - Ratihabitione *ſecuta.l.ſi procurator.ff. de condict. indebiti.*

DICTIONES ANTE ET POST QVOMODO ACCIPIANTVR? LVII.

D.l.mutuum.§. creditum.ff.ſi cert.pet.

R. Aut reſpiciūt terminum

- Inſtantaneum, *quia finitur in inſtanti: ut ſi dicatur ante mortē, uel pòſt: quia mors in uno inſtanti eſt, uel non eſt. & tunc intellectus eſt clarus: quia antè ſignificat tempus quòd præcedit, & pòſt ſignificat tempus quòd ſequitur: & ideo ſi plures ſimul decederent, id nullo modo caderet ante uel pòſt.l.quod te pariter.cum l.ſeq.ff.de reb.dubijs.*
- qui habet *tractum, & habet durationem aliquam: & tunc aut ille tractus eſt*
  - Ab inceptione *uſq; ad perfectionē illius actus ſiue termini.ut in hoc exemplo.* Ante Calendas, *uel poſt Calendas.nam dies Calendarum incipit in manè, & perficitur in ſerò: & iſto caſu iſtæ dictiones debent intelligi ante Calendas finitas, & poſt Calendas item finitas.l. ſtipulationes non diuiduntur. de uerbor.obligat.*
  - Habens durationē etiam *poſt eius perfectionem: & tunc aut*
    - Ex eo quòd *aliter hæc ita acciperetur, reſultaret contrarietas: & tunc ante & pòſt reſoluuntur, ut idem tempus ſignificēt.Bartol.in l.mutuum damus.§.creditum.ff. ſi cert.petat.*
    - Hoc de *quo ſupra ceſſaret: ut in hoc exemplo,* Ante nuptias, & *poſt nuptias, nam poſtquam nuptiæ durant, donec alter moriatur uel diuertat: & tunc intelligitur ante nuptias, ſeu poſt nuptias contractas.l.ſancimus.* C.*de nuptijs.*

L.Cum

TACITVM AN ET QVANDO HABEATVR PRO EXPRESSO? LVIII.

l. Cũ quid. num. 9 ff. ſi cert. pet.

R. Quædã ſunt quæ pendent

- Ex uoluntate *unius, ut ultimæ uoluntatis, & in ijs tacitum habetur pro expreſſo. l. inter ueſtem. ff. de auro et arg. leg. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & dem.*
- Ex uoluntate *duorũ: & aut contractus celebrantur*
  - Verbis: *et tũc aut*
    - Omittitur *formale contractus, ut uerba: & tunc uitiatur, & pro omiſſo habetur. l. 1. ff de uerb. oblig. l. quidquid aſtringendæ. ff. eodem. ſecundum primam lecturam.*
    - Forma *ſeruatur, ſed ſubſtantiale quid omittitur: ut locus, uel res. & tunc aut*
      - Illud *agebatur tacitè, & poteſt probari, & habetur pro expreſſo. l. triticum. ff. de uerb. obligat.*
      - Non poteſt *probari illud tacitè actũ, & habetur pro omiſſo. l. 3. §. ſi quis inſulam. ff. de eo quod certo loco.*
    - Non omittitur *aliquid de ſubſtantialibus, ſed accidentalibus, uel naturalibus contractus: & tunc idẽ eſt in contractu qui celebratur uerbis, quod eſt in cõtractu qui celebratur re uel conſenſu.*
  - Rè, uel cõſẽſu: *et tũc aut omiſſũ uenit*
    - Ex natura *contractus, & tunc tacitum habetur pro expreſſo. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.*
    - Non ex *natura contractus: & tunc aut illud tacitum fuit*
      - Intellectum *ab uno, & non habetur pro expreſſo. l. ſi repetendi. C. de condict. ob cauſam. l. ſi maiores. C. de tranſact.*
      - Intellectum *ab utroque, & habetur pro expreſſo. l. ſi ſtipulatus. in fin. ff. de uerb. obligat. intellectum autem ab utroq; probabitur. primò, ſi fuit de natura contractus. ſecundò, ſi de hoc erat conſuetudo. tertiò, ex præfationibus. quartò, ex alijs etiam legitimis coniecturis.*

EX NVMERATIONE CERTI CONDICTIO QVANDO ORIATVR, SI ſtipulatio numerationi ſit appoſita? L I X.

L. Certi cõdictio. §. ſi nummos. num. 4 ff. ſi cert. pet.

R. Quod aut

- Numero *nomine meo, & ſtipulor nomine meo: & aut ſtipulatio eſt*
  - Totaliter *utilis: et aut cõſtat quòd numeratio facta eſt cauſa*
    - Implendæ *ſtipulationis: & tunc non oritur actio ex numeratione, ſed ſtipulatione. l. ſi ita fuero ſtipulatus. §. 1. de nouat.*
    - Non implendæ *ſtipulationis, ſed quia partes uoluerunt, quòd ex utraq; naſcatur actio: & tunc ſtamus certò, & non eſt dubium.*
    - Implendæ *ſtipulationis dubitatur: & aut numeratio eſt facta*
      - In continenti *ante ſtipulationem, uel poſt: & præſumitur facta cauſa implendæ ſtipulationis, ita quòd ex ſtipulatione tantum agitur d. l. ſi ita fuero ſtipulatus. §. 1. &c.*
      - Ex interuallo: *& tũc*
        - Si ſtipulatio *præ eſſit, & ſecuta eſt numeratio ſemper uidetur ſequi cauſa implendæ ſtipulationis. nam cum ſtipulatio præceſſit ſpe futuræ numerationis, ſi non ſequeretur numeratio, obſtaret exceptio. l. cum ultra. C. de non num. pec.*
        - Numeratio *præceſſit: tunc per ſequentem ſtipulationem de iure antiquo fuiſſet facta nouatio. hodie uerò ſecus, niſi ageretur expreſſè. l. fin. C. de nouat.*
  - Totaliter *inutilis: & tunc oritur actio ex numeratione tantum. l certi. §. quoniam. ff. ſi certum petatur.*
  - Non totaliter *inutilis, quia producit naturalem obligationem: & tunc aut ſtipulor*
    - Ab eodem *cui numeraui, & non impeditur actio ex numeratione. l. certi cõdictio. §. quondam. uerſ. idem erit. ſi cert. pet.*
    - Ab alio: *& tunc licet olim fuerit nouatio, hodie non fit niſi expreſſè agatur. l. fin. C. de nouat.*
- *

* Numero nomine meo, & ſtipulor nomine alieno: et tunc aut ſtipulor ei
  - Cui poſſum ſtipulari: ut filius uel ſeruus, patri uel domino: & tunc dicitur, prout ſupra, quando quis ſtipulatur nomine ſuo. l. dominus ſeruo. ff. de uerb. obligat.
  - Cui non poſſum ſtipulari: & ſtipulatio eſt inutilis, & oritur tantum actio ex numeratione. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de uerb. obligat.
- Numero & ſtipulor nomine alieno: & tunc aut
  - Eſt unus, & idem ille, cuius nomine quis numerat & ſtipulatur, & oritur actio ex numeratione, non ex ſtipulatione, niſi eſſet perſona cui quis poſſet ſtipulari. d. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. & hoc eſt uerũ iure antiquo. hodie uerò, ſicuti numeratione alteri per alterum acquiritur, ita & ſtipulatione, ſuper illa numeratione interpoſita. ut l. 2. C. per quas perſon. nob. acquir. In hoc tamẽ eſt differentia, quia numeratione quæritur abſenti & ignoranti: directa ſtipulatione quæritur utilis, ita demum ſi ratum habeat, ut d. l. 2. C. per quas perſon. nob. acquiritur.
  - Sunt diuerſæ perſonæ, quia unius nomine numeratur, alterius nomine ſtipulatur: tunc præualet numeratio, l. 1. §. 2. de ſtipul. ſeruorum.
- Numero nomine alieno, & ſtipulor nomine meo, & tunc aut ille cuius nomine numeraui, erat perſona
  - Per quam mihi quærebatur obligatio, ut filius uel ſeruus: & tunc idem ac ſi nomine meo numeraſſem, d. l. dominus ſeruo, ff. de uerb. obligat.
  - Extranea: & tunc præualet numeratio, nõ enim potui per meam ſtipulationem auferre ſibi ius, ex numeratione quæſitũ, d. l. 1. §. 2. ff. de ſtipulat. ſeruorũ.

NOVATIO CONTRACTVS PRAECEDENTIS QVANDO DICATVR facta per ſtipulationem ſequentem?

L X.

L. Singularia. nu. 1. ff ſi cert. pet.

R. quòd aut
- Cõtractus præcedit, & ſtipulatio ſequitur
  - Ex interuallo, & olim præſumebatur nouatio, hodie uerò non, niſi illud agatur. l. fin. C. de nouat.
  - In cõtinenti: & tũc aut præcedit
    - Contractus uerè & certitudinariè: ut ſi uendidi, & illud quod deductum eſt in uenditione, deducitur in ſtipulationem ſtatim, &c. & nunquam nouatur contractus per ſtipulationem, niſi illud agatur. l. duo ſocietatem. in principio. ff. pro ſocio.
    - Quod poteſt eſſe contractus per ſe, & poteſt non eſſe contractus ſine intentione agẽtis: ut numeratio, uel alterius rei traditio. tunc ſi ſtatim ſequitur ſtipulatio, præſumitur numeratio, uel traditio facta cauſa implendæ ſtipulationis, non cauſa celebrandi alium contractum. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de uerb. oblig.
- Præcedit ſtipulatio, & ſequitur pactũ ſeu contractus de eodem. & aut ſtipulatio præcedens cõtinet
  - Obligationem de contrahendo: & tunc contractus ſequens iure cuiuſdam ſolutionis, tollit contractum ſeu obligationem præcedentem, l. in numerationibus, ff. de ſolut.
  - Ipſum contractum: et aut ille contractus ſequens
    - Eſt omnino certitudinariè contractus, & nunquam per illum tollitur præcedens ſtipulatio, niſi hoc expreſſè agatur, l. item illa, de conſtit. pecun. & hoc caſu poterit agere ex qua cauſa uolet, & ex utraq; dicitur rem habere. l. ſi quis ante. ff. de acquir. poſſeſſ.
    - Poteſt ſe habere ad contractum, uel non contractũ: ut numeratio & traditio, et tũc uidetur fieri cauſa implendæ ſtipulationis præambulæ in quolibet contractu. l. ſi ita ſuero ſtipulatus. §. 1. ff. de nouationibus.
- Contractus & ſtipulatio fiunt ſimul & ſemel, nec alter præcedit alterum. ut ſi dico, Titius dedit & uendidit mihi præſenti & ſtipulanti, &c. tũc idem quod ſupra, quando ſtipulatio in continenti præcedit uel ſequitur, ut actio ex contractu non tollatur per ſtipulationem. idem enim eſt fieri ſtatim uel ſtatimpòſt, uel in ipſo contractu. l. teſtamenta. ff. ſi cert. pet. Barto. hac l. ſingularia. num. 13.

DEBITVM

DEBITVM MIHI AB VNO AN ET QVANDO POSSIT conuerti in aliud debitum, debendum mihi ab alio?

L X I.

L. Singularia, num. 18.

R. Aut debitum de nouo cõtrahendum contrahitur

- Præter contrahentium uoluntatem: tunc ſi requirit contrectationem, de neceſsitate requiritur quòd res ſit in præſentia, l. falſus. §. ſed etſi quis, ff. de furtis.
- Secũdum cõtrahentium uoluntatem: & tunc aut fit per
  - Viam delegationis & ſtipulationis, & eſt non dubium quod poteſt fieri, ut in toto titulo de nouation.
  - Alium contractum: & aut poſt iuſſum debitori meo factum, de alteri ſoluendo.
    - Solutio ſequuta eſt licet etiam ex interuallo: & tunc uigore ipſius ſolutionis nouus contractus eſt celebratus, & noua obligatio. probatur in l. Iulianus. §. 1. ff. de uerb. oblig.
    - Solutio nõ eſt ſequuta: & aut is cui debet fieri ſolutio,
      - Nullam de hoc promiſsionem recipit: & tunc ille nullo modo obligatur. quia hoc eſt mandatum ſimplex, quod poteſt per mandatum reuocari quandocunq;, l. hoc iure, §. ſi quis dederit pecuniam, de donat.
      - De hoc promiſsionem habuit: & aut contractus præcedens
        - Eſt talis contractus qui poteſt impleri in qualibet re: & tunc ſtatim perfectus eſt contractus, l. ſi ſponſalib. §. 1. ff. de iure dotium.
        - Eſt contractus qui non poteſt impleri niſi in certis rebus, ut mutuum, & tunc quia illa obligatio quæ eſt illi quæſita, non conſiſtit in pondere, numero uel menſura, non poteſt dici mutuum eſſe contractum, l. qui negotia, ff. mandati. niſi pecunia eſſet ſolutioni parata.

DEBITVM EX VNO CONTRACTV QVALITER POSSIT conuerti in debitum ex alio?

L X I I.

D. l. Singularia, num. 21.

R. Aut deuolui tur in aliud, ita quòd primũ

- Non tollatur: & aut loquimur in contractu, uel quaſi contractu
  - Vniuerſali, ut mandato adminiſtrationis omnium bonorum, tutela, negotiorum geſtorum ſocietate, & tunc deuolutur in aliud debitum, l. diuortio, ff. de neg. geſtis.
  - Speciali: & tunc regula eſt, qui in aliud debitum ex alia cauſa non conuertitur, ſi primum non tollatur: quia nihil ad me debet peruenire, durante obligatione prima, l. ſi remunerandi. §. apud Iulianum, ff. mandati. Fallit, ſi interponitur ſtipulatio animo non nouandi, l. ſi ſtipulatus. in princip. de uſuris. item in conſtituta pecunia, l. item illa. ff. de conſtituta pecunia.
- Tollatur et trãſfundatur in ſecundum: & tunc aut quæritur an poſsit fieri per
  - Stipulationem: & ſine dubio poteſt fieri, l. 1. ff. de nouat.
  - Aliũ cõtractum, quàm ſtipulationẽ: & aut is contractus
    - Poteſt perfici interuentu cuiuſlibet rei: & tunc poteſt fieri, d. l. ſi ſponſalibus. §. 1. de iure dotium, quia liberatio quæ ex prima cauſa obuenit, cedit in cauſam ſecundi contractus.
    - Requirit certas res, ut conſiſtentes in numero, pondere & menſura: & aut illæ res
      - Extant ſolutioni paratæ, & poſſunt conuerti in aliud debitum, l. ſingularia, ff. ſi cert. petat.
      - Non extant, & non poſſunt conuerti in aliud debitum, l. qui negotia, ff. mandati.

L. Vinum

IN REI AESTIMATIONE QVOD TEMPVS INSPICIATVR? LXIII.

L.Vinum.nu.7.ſi cert.pet.

R. Aut quęritur de tẽpore
- A' quo debeat fieri æſtimatio: & tunc aut æſtimatio debetur
  - Iure actionis, & inſpicitur tempus contractus, nec ultra creſcit. l. fundum Cornelianum. ff. de nouat.
  - Iudicis officio: & tũc aut
    - Mora fuit contracta tempore celebrati contractus, uel promißionis, ſeu obligationis: & inſpicitur tempus contractus, l. datio. §. ſi per uenditorem. ff. de action. empti.
    - Mora, tunc non fuit contracta: & tũc aut
      - Mora præceßit litem conteſtatam, & inſpicitur tempus moræ. l. uinum. ff. ſi cert. pet.
      - Mora non præceßit, & inſpicitur litis conteſtatæ tempus, l. fin. de tritic. & hoc eſt uerum in æſtimatione, quæ fit ſecundum affectionem, per iuramentum in litem inſpicitur tempus ſententiæ. l 3. § in hac. ff. commodati.
- Vſque ad quod creſcat æſtimatio: & aut æſtimatio uenit
  - Iure actionis: & aut inſpicitur tempus contractæ obligationis, nec ultrà progreditur. Bartol. in l. uinum ff. ſi cert. pet. & idem latè de hac materia in l. ſed mihi. ff. commodati.
  - Iudicis officio: & aut res
    - Periit ante ſententiam, & tũc inſpicitur quanti plurimi fiunt uſq; ad diem quo res perijt, ultra non: quia ultrà æſtimatio non poteſt creſcere, notatur in Gloſ. in l. uinum ſecundum unam ſolutionem. ſi cert. petat.
    - Durauit, uel erat quantitas quæ perire non poteſt: tunc creſcit æſtimatio uſq; ad ſententiam l. in hac. ff. de tritic.

ALLEGANS SVAM TVRPITVDINEM, AN ET QVANDO audiatur? LXIIII.

L.Iuſiurandum.§.procurator.nu.5.de iureiur.

R. Aut quis allegat eã
- Contra ſe, & ad ſui turpitudinem & præiudicium: & tunc auditur, l. inde Neratius. §. fin. cum lege ſeq. ff. d. ad. l. Falcidiam, l. ſi confeſſus. de cuſtod. reorum.
- Cõtra aliũ: & aut hoc facit
  - Agendo principaliter, & fundando intentionem ſuam ex ſua turpitudine, & non poteſt. ff. de condic. ob turp. cauſam. per totum.
  - Excipiendo uel replicando, uel alio modo adiuuando intentionem uel exceptionẽ ſuã: et tũc aut allegat contra
    - Eum qui fuit particeps turpitudinis, & aut particeps certat
      - De lucro, allegans de damno uitando, & auditur, l. de tutela. C. de integ. reſtit. min.
      - De damno uitando, allegans de lucro captando, & non auditur, l. uiro atq; uxore. ff. ſolut. matr.
    - Alium, & aut eius turpitudo erat prius ab alio
      - Detecta, & auditur eam allegando, l. iuſiurandum. §. procurator, cum lege ſeq. de iureiur. ibi enim non agit ex ſua turpitudine, ſed ex ſtipulatione de rato ad intereſſe, ad quod probandum adducit ſententiam, per quam docet de ſuo periurio. l. pẽ. ff. de ſuſpec. tut. l. relegatorum. in fin. ff. de interd. releg.
      - Non detecta, & non auditur allegans ſuam turpitudinem, l. tranſactione. C. de tranſact. fallit in caſu c. tertii. ext. de præſumpt. & in Auth. nouo iure. C. de pœn. iud. qui malè iud. & in l. quiſquis. ad fin. C. ad l. Iul. maieſtat. & in quolibet apparet ratio ſpecialitatis.

L. Eum

RES QVAE EST, QVANDO DEBERI POSSIT PROPTER iuramentum? LXV.

L. Eum qui. §. ſi iurauero. ff de iureiur.

- R. Aut res
  - Non extabat tempore iuramenti, & aut hoc reus
    - Sciebat *non extare, & tunc tenetur l. duob. §. fin. & ibi hoc declarat* Bartolus, *de iureiur.*
    - Ignorabat *rem non extare: & tunc aut*
      - Mora *præceßit interitum, & tunc tenetur. l. eum qui. §. ſi iurauero. ff. de iureiurando.*
      - Mora *non præceßit, & tunc non tenetur. l. eum qui, §. ſi iurauero, primo reſponſo.*
  - Poſtea periit: *& tunc aut debitum*
    - Præceſsit *iuramentum, & indiſtinctè reus tenetur, quia iuramentum habet uim conteſtationis. l. nam poſtea. §. ſi is qui. de iureiur. ſed re perempta poſt conteſtationem, periculum pertinet ad reum ſine dubio.*
    - Non præceſsit *iuramentum, ſed per ipſum iuramentum debitum eſt contractum: & tunc iuramentum non inducit moram. inconueniens enim eſt, quòd uno & eodem tempore quis obligetur, & conſtituatur in mora. l. quod dicimus ff. de ſolut.*

AN ET QVANDO FVGA REI FACIAT PROBATIONEM? LXVI.

L. Admonendi. num. 35. ff. de iurerand.

- R. Aut fuga
  - Opponitur *alicui, ut delictum: & tunc ſine dubio facit ſemiplenam probationem. l. quis ſit fugitiuus. infr. de æd. edict. & l. deſertorem. infr. de re mil. & C. de ſer. fugit. per totum.*
  - Adducitur *ad probationem alterius criminis, de quo agitur: & tunc aut ad probationem illius criminis*
    - Sufficit *ſola ſuſpicio: tunc fuga probat ſuſpicionem, & per conſequens plenè, l. impuberibus in fin. de ſuſpectis tut.*
    - Requiritur *plena probatio, tunc regulariter per fugam, nec plenè nec ſemiplenè probatur, ſed tamen aliqua litis præſumptio inducitur, l. lege Cornelia. inf. ad Syllan. l. unica. C. de rapt. uirg.*

SCRIPTVRA PRIVATA AN ET QVANDO PROBET? LXVII.

D. L. Admonendi. nu. 25. ff. de iureiur.

- R. Quædã ſcriptura priuata eſt quæ dicitur
  - Apocha: *et tunc aut pars contra quam producitur,*
    - Confitetur *eam manu ſua ſcriptam, & facit plenam fidem, l. Publia, in fin. ff. depoſiti.*
    - Negat *manu ſua ſcriptã et tũc aut hẽt*
      - Subſcriptionem *partium, & teſtium: & faceret plenam fidem, cum eſſet à partibus approbata, l. ſcripturas, C. qui pot. in pig. hab.*
      - Subſcriptionem *teſtium tantum: uel non habet, ſed teſtes interfuerunt, qui uiderunt eam ſcribi: & tunc aut*
        - Approbatur *per teſtes & comparationem literarum, & facit plenam fidem, auth. at ſi græcus, C. de fide inſtrum.*
        - Approbatur *per teſtes, uel comparationem literarum tantum, & facit ſemiplenam probationem, §. ſi quis igitur, in auth. de inſtrum. caut. & fide, poſſet tamen eſſe tanta fides teſtium, uel comparationis literarum, quòd alteri tantum crederetur, ſecundum* Bartol.
  - *

- Liber rationum: & aut ille liber continet
  - Aliquid contra ſcribentem, & non eſt dubium quòd facit plenam fidem, l. quædam, §. nummularios. ff. de edend.
  - Aliquid pro ſcribente: & aut loquimur in his quæ
    - Pendent à mera eius uoluntate, & facit plenam fidem. l. Neſennius. ff. de neg. geſt.
    - Non pendet à mera eius uoluntate, & nihil probat pro ſcribente, l. exemplo, C. de probat. inducit tamen aliquam præſumptionem pro ſcribente, uel eius hærede, in eo caſu: utpote ſi ſint rationes alicuius defuncti, qui fuit bonus homo. argumento l. qui cum maior, fin. de bon. libert. & hoc uoluit dicere l. rationes, C. de probat.
  - Aliquid quod nec pro, nec contra ſcribenrem: & tunc facit ſemiplenam probationem, ſi iſte liber rationum eſt illorum qui publicè exercent illam artem, argumento illorum quæ notantur in d. l. quædam, §. nummularios. ff. de edendo.
  - Epiſtolam, & dicitur in ea ut in apocha: excepto eo quòd in epiſtola, comparatio literarum facit plenam probationem, de quo per Bartol. in l. nuda ratio. ff. de donat.

CVI IVRAMENTVM SIT DEFERENDVM IN DEFECTVM probationis? LXVIII.

L. Admonendi, in fine.

- R. Quod aut
  - Vterq;, & actor & reus negotium ſuper quo fieri dicitur delatio ignorat, tunc neutri defertur.
  - Alter tantũ ſcit: & tunc aut
    - Veriſsimiliter ſcit: & tunc aut
      - Eſt uilis perſona, ita ut ſi eſſet teſtis, ſine tormentis ei non crederetur: & tunc non defertur, ſiue actor ſit ſiue reus.
      - Non eſt uilis perſona, & defertur ei,
    - Non ſcit ueriſimiliter, & ei defertur.
  - Vterq; ſcit & tunc aut alter
    - Eſt perſona uilis, & ei non defertur.
    - Non eſt uilis perſona, ſed æquæ conditionis et famæ: & tunc aut
      - Actor ſemiplenè probauit: & aut de hoc ſciētiam per ſenſum corporeum
        - Habuit, ſiquidem agebat de mutuo per eum facto: & tunc ſi non eſt uilis perſona, defertur ei iuramentum.
        - Non habuit, quia tamen firmiter credebat, tunc reo defertur iuramentum. Gloſſ. in l. in bonæ fidei. C. de iureiur.
      - Semiplenè probauit exceptionem: & tunc aut exceptio eſt talis quæ opponitur actioni
        - Immediatè, & ueriori defertur. quia una ſemiplena probatio elidit aliam, & in dubio reus abſoluitur.
        - Non immediatè, ſed contradicit, puta ſi agatur ex mutuo, & reus excipiat pactum, factum de non petendo, uel eſſe ſolutum: & tunc reo defertur iuramentum, quia fauorabilior es rei, &c.

L. In

IVRAMENTVM IN LITEM AFFECTIONIS VT LOCVM habeat, quæ requirantur?

LXIX.

L.In actionibus.nu.3.de in litem iurando.

R. Acquiritur ut ſit

- **De natura** *rei quæ petitur, ut ſcilicet ſit talis in quam cadit affectio, ut in ſpecie facti, non in quantitate.l.minus.ff de in litem iurando, niſi fortè obligatio quantitatis ſucceſſit in locum obligationis certæ ſpeciei.* Bartol.l. *in actionib. nu 3.ff.de in litem iurando.*
- **De natura** *actionis, ut ſcilicet ſit aut bonæ fidei directa, in rem arbitraria. Iaſ.in d.l.in actionib.*
- **Dolus** *ab aduerſario commiſſus: & aut loquimur in actione*
  - Stricti iuris, *arbitrarijs tamen: & aut dolus*
    - Fuit commiſſus *tantum ab initio contractæ obligationis, & ex poſt facto non parendo iudici circa rei reſtitutionẽ, & non eſt dubium quod poteſt iurari in litem. Bartol.in l.in actionib.nu.14.de in litem iur.*
    - Committitur *non parendo iudici, uel faciendo quo minus illi pareatur: & idem quod iuratur in litem.l.qui reſtituere.in fine.ff.de rei uindic.*
    - Fuit commiſſus *ab initio, non tamen committitur in non parendo iudici, uel faciendo quo minus illi parẽri poſſit: & tunc non poteſt iurari in litem, ſiue res extat fortè uendita ſine dolo malo, ſiue eſt perempta, l.arbitro in principio. §. 1. & quod ibi notatur. ff de dol. ratio eſt, quid propter quod datur iudici arbitrium in illis actionibus eſt, quia doloſè eius ſententiæ non paretur. Sed hic ceſſat iſte dolus: ergo ceſſauit iudicis officium, ſeu arbitrium, d.l.arbitro.*
  - Bonę fidei, *& aut dolus*
    - Eſt commiſſus *ab initio, & etiam non parendo iudici circa reſtitutionem, ſeu etiam in faciendo quo minus parẽri poſſit: & tunc ſine dubio poteſt iurari in litem.l.ſi cui.§.1.ff.locati.*
    - Eſt commiſſus *ab initio, ut malæ fidei poſſeſſore hæreditatis: ſed ceſſat non parẽdo iudici, quia fortè res mortua ſeu perempta, & tunc non iuratur in litem, l.ſi poſſeſſor. §. finali. de petit. hæred. ſed ſi poneremus, dolum ceſſare in non parendo iudici, quia fortè res eſt uendita, & ſic adhuc extat, tunc in iſtis actionib. bonæ fidei iuratur in litem, d.l.ſi poſſeſſor.§.fin.*
- **Habilitas** *perſonæ iurantis, ſcilicet quòd ſit dominus litis, uel quaſi, l.uulgo, ff.de in litem iurando, item, quod pubes, l.uideamus.inprincip.de in litem iurando requiruntur & alia, de quib. Iaſon in d.l.in actionibus.*

AN ET QVANDO OB DOLVM DEFVNCTI IVRETVR in litem, contra hæredem?

LXX.

D.l.In actionibus. num. 21.

R. Quòd aut reus deceſſit

- Ante litem *conteſtatam, & non iuratur contra hæredem, l.2. & 8. & per totum, C.de in litem iurando.*
- Poſt litem *conteſtatam: & tunc aut loquimur in actionibus*
  - Bonæ fidei, *& aut ille dolus uel culpa in caſu, in quo iuratur, propter culpam fuit commiſſus*
    - Ante litem *conteſtatam: ut ſi reus hominem antè litem conteſtatam occidit, l. penult. C. de in litem iurando. & tunc iuratur contra hæredem.*
    - Poſt litem *conteſtatam: & tunc ex eo non iuratur in litem contra hæredem, l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci.*
  - Stricti iuris *arbitrarijs: & tunc reo defuncto ante ſententiam, non uidetur quòd poſſit iurari ex eius dolo contra hæredem.*

AN ET QVANDO INSTITVTVS SVB CONDITIONE, eam implendo uideatur adire? LXXI.

L.1.nu.2. de condict. cauſa data, &c.

R. Quòd aut conditio cōſiſtit

- In nuda *uoluntatis expreſſione, circa ipſam aditionem: & tunc implendo conditionem uidetur adire. l. iam dubitari. in fine. ff. de hæred. inſtit.*
- Aut circa *aliud: & tunc aut eſt certum quod impleuit conditionem*
  - Animo *adeundi, & habetur pro adeunte: ut hac l. 1.*
  - Non animo *adeundi, & tunc ſiue cōſtet, ſiue dubitetur quo animo fecerit, habetur pro non adeunte, ut hic: ita debet intelligi l. eum qui bonis. ff. de acquir. hæred.*

SERVVS QVI DATVS EST VT MANVMITTATVR, intra certum tempus fit liber? LXXII.

L. Dedi tibi. §. idem erit. num. 1. ff. de condict. cauſa data.

R. Aut do tibi

- Seruum *meum, ut eum manumittas: & tūc aut de certo actu manumittendi fuit*
  - Cogitatum, *& poſt diem non efficitur liber ex conſtitutione, ut l. qui Romæ: & ibi notatur. §. Flauius. ff. de uerb. obligat.*
  - Non actum, *& efficitur liber, ex conſtitutione l. ſi pecuniam. §. 1. in fin. de condict. cauſa data.*
- Pecuniā, *ut tuum manumittas: & tunc aut*
  - Emi *ſeruum tuum, & apud te dimiſi ut manumitteres: & tunc poſt tempus efficitur liber ipſo iure: ex conſtitutione l. ſi is qui. C. ſi mancip. ita fuer. alien.*
  - Non emi, *ſed ſic ſimpliciter dedi pecuniam ut manumitteres: & tunc poſt tempus conſtitutio non facit eum liberum, ut habet l. naturalis. §. at cum de inf. de præſcriptis uerb. & l. non omnis. in princ. ſuprà ſi cert. petatur.*
  - Dubitatur *an emerim, uel non: & tunc*
    - Dedi *pecuniam non numeratam, ſed tanquam ſpeciem in ſacculo, & non fuit emptio ſerui: & hoc caſu loquitur d. l. dedi tibi. §. idem erit. ſecundum unam lecturam.*
    - Dedi pecuniam *numeratā: & tunc aut illa*
      - Correſpondet *uero precio ſerui, & præſumitur emptio. l. ſi is. C. ſi mancip. ita fuer. alien.*
      - Non correſpondet *uero precio, & non eſt emptio, ſed contractus innominatus: & hoc uidetur probari in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur.*
- Pecuniam, *ut manumittas ſeruum alienum: & tunc nullo caſu poſt tempus ſuccedit conſtitutio, ne domino fiat iniuria. Bartol. in l. dedi tibi. §. item erit. nu. 3. de condictio. cauſa data.*

AN ET QVANDO REPETITIO EX CAVSAE DEFECTV COMPETAT? LXXIII.

L. Si pecuniam. num. 14. ff. de condict. cauſa data, &c.

- R. Aut deficit cauſa quæ ab initio fuit
  - Impoſſibilis: & tūc aut ille qui dedit, fecit
    - Scienter, & non repetit.
    - Ignoranter, & tunc locus eſt repetitioni, l. dicta, C. de condict. cauſa data, l. 3. §. ſi liber. ff eodem.
  - Poſſibilis: & aut defecit
    - Caſu fortuito, et tūc aut
      - Ante moram, & non eſt locus condictioni ob cauſam, quaſi cauſa non ſequuta: ſed ex pœnitentia, ſit ut hic.
      - Poſt moram, & eſt locus condictioni. l. 3. §. 1. de condict. cauſa data.
    - Facto eius qui debet implere, & tunc indiſtinctè locus eſt repetitioni, d. l. 3. in princi. ſupra, eodem, l. naturalis quaſi per totum. de præſcriptis uerb.
    - Facto eius, in cuius perſonam debet impleri, & nō eſt locus repetitioni, quaſi cauſa non ſecuta. Gloſſa in l. ultima C. de condict. ob cauſam. ſi tamen pœniteat, poteſt repeti. ut d. l. 3. §. 1.

IN CONTRACTIBVS AN ET QVANDO SIT LOCVS POENITENTIAE? LXXIIII.

L. Si pecuniam, num. 11 de condict. cauſa data.

- R. Aut loquimur in contractibus
  - Nominatis, & non eſt locus pœnitentiæ, in eo in quo obligatio eſt contracta. l. ſicut, C. de action & obliga. & nunquam fallit.
  - Innominatis: et tūc aut eſt contractū ob cauſam
    - Litis finiendæ, uel minuendæ, & non eſt locus pænitentiæ. l. 3. in princip. ff. de condict. cauſa data
    - Aliã: & tunc aut eſt
      - A' nulla parte aliquid impletum, & abſque dubio locus eſt pœnitentiæ, l. ex placito, C. de rer. permut.
      - Ab utraque parte perfectè impletum, & non eſt locus pœnitentiæ, d. l. ex placito, à cōtrario ſenſu.
      - Ab una parte perfectè impletum, ab alio nullo modo: & aut
        - Supereſt facultas implendi, & eſt locus pœnitentiæ. l. 3. §. 1. C. de condi. cauſa data.
        - Nō ſupereſt facultas implendi, ei qui adhuc implere debebat: & aūt illa facultas
          - Nō ſupereſt modò, nec unquam fuit de iure, uel de facto: & aut is qui impleuit, facit
            - Sciēs, & nō eſt locus repetitioni ſeu pœnitentiæ, d. l 3. C. condict. cauſa data.
            - Ignorans, et eſt locus pœnitentiæ, l. 3. §. ſi quis quaſi de condict. cauſa data.
          - Ab initio fuit, ſed poſtea deſijt, & aut loquimur in
            - Implente, & poteſt pœnitere, dum tamen indemnitati aduerſarij cōſulatur, l. ſi pecunia. §. fin. de condi cauſa data.
            - Eo cui eſt inpletum, & non poteſt pœnitere
      - Ab una parte eſt impletum perfectè, ab alia aliquid deeſt: & aut illud quod eſt factum, eſt
        - De præparamentis, & eſt locus pœnitentiæ, dum tamen indemnitati aduerſarij conſulatur, d. l. ſi pecuniam.
        - De eo quod eſt factum, & tunc idē quod eſt locus pœnitentiæ, d. l. ſi pecuniā, § itē ſi quis dederit: ratio eſt, quia faciendo aliquid non impletur contractus, & ſic alius non obligatur, meritò eſt locus pœnitentiæ.
      - A' nulla parte eſt aliquid perfectè factum, & ſine dubio eſt locus pœnitentiæ: quia contractus non eſt perfectus, nec rata obligatio, l. ex placito. C. de rer. permutat.

L.Si donaturus.§.ſi quis indebitum.ff de condict.cauſa data.

R. Aut dos eſt data

- Ab ipſis contrahentibus; uel contrahere debentib. & hoc caſu loquitur l.quod Seruius.ff.de condict.cauſa data, & c.quòd ſcilicet illud datum non repetatur, donec matrimonium ſubeſſe putatur, uel ſpes eſt quod contrahatur.
- Ab extraneo; & aut ſoluit
  - Sua ſponte, non iuſſu uel rogatu mulieris, & ſequutis nuptijs repetet mulier: non ſequutis, ille condicet. l.ſi donaturus. 2. reſponſo.ff.de condictione cauſa data.
  - Iuſſu mulieris: & aut dedit
    - Animo donãdi, quia non putabat ſe debitorem: & tunc aut matrimonium eſt
      - Sequutum: & non eſt dubium quòd conuertitur in dotem. Bart. in l.ſi donaturus.§.ſi quis indebitum.de condict.cauſa data.
      - Non ſequutum: & tunc ſi ſoluit ipſa mulier, repetet à marito pecuniam. d.l.ſi donaturus in principio. ſi uerò non ſoluit, idem quod repetit, uel ut cedatur actio ſi promiſit duntaxat. l.qui ſe debere, & ibi Gloſſa ſuper uerbis actionem de condict.cauſa data.
    - Quia putabatur debitor: & aut in ueritate debitor
      - Erat, & aut matrimonium ſecutum
        - Eſt, & non dubium eſt quòd ſoluta in dotem conuertuntur. l. promittendo, §.ſi à debitore.ff.de iure dot.
        - Non eſt, et aut
          - Soluit tantum iuſſu mulieris, nulla præcedente promiſſione & ipſe eſt liberatus, l.ſolutam.ff.de ſolut. & mulier ipſa repetit. l.ſi procurator. de condict. indebiti.
          - Promiſit, & poſtea ſoluit: & aut ſoluit
            - Nomine mulieris, & idem quod liberatur, d.l.ſolutum.
            - Pro obligatione ſua: & tunc aut habet mandatum
              - quod ſolũ promittat, nõ quod ſoluat. & tunc ſi ſoluit ante matrimoniũ contractũ, imputet ſibi. l.ſi tibi mandauero in princip.ff.mandati. ideò ſi competit cõdictio matrimonio nõ ſecuto, & ipſi mulieri tenebitur. d.l. q ſe debere. uerſi. ſin autem.de condict. cauſa data.
              - Quod promittat et ſoluat: et tunc ipſi cõpetit cõdictio nõ ſecutis nuptijs, quam cedendo mulieri ab ea liberabitur. d. l. qui ſe debere. uerſic. ſin autem.
      - Non erat: et aut ſoluit
        - Scienter, & condictio competit mulieri, ſi matrimoniũ non ſequitur: & ſibi prodeſt, ſi ſequeretur. d.l. qui ſe debere uerſic. ſed ſi cum ſciret.
        - Ignorãter & aut ꝑ talẽ errorẽ repetitio
          - Impediebatur, & condictio competit mulieri, d. l. qui ſe debere. uerſ. Neruæ.
          - Nõ impediebatur: & aut
            - Matrimoniũ eſt ſecutũ, et durat: et tũc nullo modo ſe poteſt tueri contra uirũ cui promiſit, ſed ei ſubuenitur contra mulierem. d.l.ſi donaturus.
            - Matrimoniũ non eſt ſecutum: & tunc aut
              - Soluit tãtũ iuſſu mulieris, nõ præcedẽte promiſſione, et mulieri cõpetit cõdictio, & ipſe repetet à muliere. d.l.ſi procurator. de cõdic. indeb.
              - Promiſit, & ſoluit iuſſu mulieris: et tũc aut
                - Soluit nomine mulieris, & idem quia illa condicit, per d.l.ſi procurator.
                - Soluit pro obligatione ſua, & ſibi competit cõdictio, d.l.qui ſe debere. §. Nerua.
            - Matimonium fuit cõtractũ, & non durabat: & tunc in omnib. caſib. in quib. ſupra dictũ eſt eũ poſſe repetere matrimonio non contracto, tũc poterit repetere matrimonio contracto, & diſſoluto: niſi quatenus res quæ data eſt, ad mulierme reuerti debet.

L.Si

SOLVTIO QVANDO EST FACTA PROCVRATORI FALSO, AN PARIAT liberationem an transferatur dominium in eum, & quæ competant contra eum remedia?

LXXVI.

L. Si procuratori. nu. 11. de condic. cauſa data, &c.

- R. Aut ſoluit falſo procuratori
  - In rem ſuã & aut ſoluitur
    - Indebitũ: & aut ſoluitur
      - Scienter, & non repetitur.
      - Ignorãter: et aut ſoluitur indebitum
        - Omnino, uel debitũ aliquo iure, ſed fortè obſtabat exceptio: uel erat tale debitum, quod ſolutum poterat repeti: & non quæritur an ſoluens liberetur, ſed dicitur illud repeti condictione indebiti ab ipſo procuratore, l. creditoris, C. de condic. indeb.
        - quod ſolutũ repeti non poterat: et aut ſolutio eſt facta contemplatione
          - Directæ actionis, quæ erat apud dominum: & tũc ſecuta ratihabitione dominus poteſt ſolutum à tali procuratore repetere. Bart. in d. l. ſi procuratori. nu. 11. ff. de condic. cauſa data.
          - Vtilis actionis, & dominus nõ poteſt repetere. l. debitor. in fine. ff. ad Trebell ſed ſoluens illud repetitur à procuratore: quoniam eius reſpectu eſt omnino indebitum, facit l. procurator, ff. ad exhib. §. 1.
    - Debitum: & tunc in eum transfertur dominiũ, & aliàs diſtinguitur per omnia, ut infrà in falſo ſimplici procuratore, eo ſaluo quòd quando ratihabitio non ſequitur ab ipſo qui putabatur procurator in rem ſuam repetitur condic. indeb. nam fuit ſolutum tanquam ſibi debitum, & in ueritate non eſt. l. cum fundus. §. ſeruum tuum, ff ſi cert. pet.
  - Transferendo in eum dominium, hoc acto ut ſoluentem faciat liberari, & aut eſt ſolutum
    - Debitum: & tunc non ſecuta liberatione, habet locum condictio ob cauſam, quaſi cauſa non ſecuta. l. falſus. §. 1. ff. de furt.
    - Indebitum: & habet locum condictio ſine cauſa, fuit enim datum ob cauſam nullam ſcilicet ut facias me liberari ab ea obligatione quæ non erat, ergo, & c. l. 1. ff. de condic. ſine cauſa.
  - Vt nuncio & aut ut nuncio
    - Mei ſoluentis: & conſtat quòd in eum non transfertur dominium, l. falſus, §. 1. ff. de furtis. Item non liberatur quis, l. qui hominem, §. ſi nullo, ff. de ſolut. niſi in debitore ſpeciei, ſi res taliter data, ſua culpa non pereat. l. argentum, ff. commodati. Quæ autem contra talem competant remedia, dicitur quòd aut taliter res data pertinebat ad
      - Debitorem: & tunc competit debitori actio furti, & condictio furtiua: creditori actio neg. geſt. l. ſi is cui. C. de furt.
      - Creditorem, ut res depoſita uel commodata, & competit creditori actio furti. l. falſus, C. de furtis.
  - Simplici, in quẽ non transfertur dominiũ, ſed contrectãdo furtum facit, ideo nec illi ſoluens liberatur: et tũc aut
    - Nunquã habuit mãdatum, & aut ſoluit
      - Debitũ: & aut ſoluit
        - Scienter, & non liberatur, nec repetitur, l. ſi non ſortem, §. qui filio, ff. de condic. indeb.
        - Ignoranter, & tunc etiã non liberatur cedendo actionem creditori, l. cum fundus, §. ſeruum tuum, ff. ſi cert. pet. ſed cum quæritur quomodo ſubueniatur contra eum, dicitur quòd aut ratihabitio
          - Eſt ſecuta, & ſoluens liberatur, l. ſi quis offerenti, ff. de ſolut.
          - Non eſt ſecuta: et tunc aut accepit animo
            - Malo, & tenetur furti, condictione furtiua, & condictione ob cauſam, l. ſi procuratori, de condic. cauſa data, &c.
            - Bono, & tenetur ſolum condictione ob cauſam, l. ſi procuratori, uerſ. non enim, de condict. cauſa data.
      - Indebitum, & dicitur ut per Bartol. in l. ſi procuratori, nu. 18. de condict. cauſa data.
    - Habuit mãdatũ, ſed fuit reuocatũ: & aut ſolutũ eſt
      - Indebitum: & per omnia dicitur ut per Bartol. in l. ſi procuratori, de condict. cauſa data, in falſo procuratore, qui nunquam habuit mandatum.
      - Debitum, & dicitur ut in l. cum quis. §. 1. de ſolut. ſcilicet qui liberatur cedendo creditori actionem contra procuratorem.

CONDICTIO OB CAVSAM AN ET QVANDO LOCVM HABEAT? LXXVII.

L.finali.num.13.de condic.cauſa data.

R. quod aut loquimur quando contractus

- Eſt innominatus *merè & ſimpliciter, & tunc habet locum condictio ob cauſam, tam ex pœnitentia quàm ex cauſa ceſſante. l.finali, & l.ſi pecuniam, de condict. cauſa data.*
- Eſt nominatus *merè & ſimpliciter, & tunc nullo modo eſt locus condictioni ob cauſam, nec ex pœnitentia, nec ex cauſa ceſſante. l.fi.de condict.cauſa data.ibi, à contrario ſenſu. & l.1.C.de rer.permut.*
- Eſt permiſtus *innominatus cum nominato: & tunc aut loquimur in condictione ob cauſam quæ oritur ex*
  - Cauſa ceſſante: *et aut illud quod deuenit in pacto,*
    - Informat *actionē deſcendentem ex cōtractu nominato, & tunc aut illud quod deuenit in pacto,*
      - Fuit *cauſa finalis, ob quam cauſam deuentum eſt ad contractum, & ea ceſſante, poteſt agi condictione ob cauſam, l.cum te, C.de pactis inter empt. & uend.*
      - Non fuit *cauſa finalis, & non poteſt agi, l.ea, C.de reſcind.uendit.*
    - Non informat *actionem deſcendentem ex contractu nominato: et tunc poteſt agi condictione ob cauſam, cauſa ceſſante, l.1.C.de donat. quæ ſub mod.*
  - Pœnitentia: *et tūc per pœnitentiam quis uellet recedere ab eo quod uenit*
    - In contractu *nominato, & non poteſt, l.Ariſto.de donat.*
    - In pacto *intrinſeco: et aut illud pactum fuit appoſitū*
      - Gratia *pœnitentis tantum, & licet ſibi pœnitere, Bartol.in l.fi.de condic.cauſ.data.*
      - Gratia *ipſius & alterius, & non licet ſibi pœnitere, l.2.& ibi notatur, l.3.& l.quæſitum, ff.de ſer.export.d.l.Ariſto.de donat.*

INDEBITE SOLVTVM AN ET QVANDO REPETATVR? LXXVIII.

L.1.num.2.& quaſi per tot.tit.de condic.indeb.

R. quoddã eſt indebitum

- Ciuiliter *et naturaliter: et aut illud eſt debitum*
  - Naturaliter tantū, *ita q nunquam habuit concomitantiam cū ciuili: & tūc aut eſt ſolutū per errorē*
    - Facti, *ſcilicet probabilem, & tunc poteſt repeti. l.error. C.ad l.Falcid.*
    - Iuris, *& non poteſt repeti, d.l.error.in fine. C.ad l.Falcid.*
  - Naturale, *ita quòd ab initio fuit nullum cum ciuili: & tūc aut ciuilis obligatio eſt ſublata facto*
    - Hominis *et aut hominis*
      - Priuati: *& tunc quocunque errore ſolutum non repetitur. l.ſi pœnæ, ff.de condict.indeb.*
      - Publici, *ſcilicet iudicis: & tunc idem ac ſi eſſet ſublata à lege, ut infra.*
    - Legis: *& tunc aut ſoluitur per errorem*
      - Facti, *& repetitur, l.ſi quis poſtquam.de fideiuſ.*
      - Iuris, *& non repetitur. l.fin.ff.rem rat.hab.*
- Naturaliter, *ſed debitum ciuiliter: & aut ibi eſt*
  - Naturalis *præſumpta, ita quòd nulla obſtet exceptio. & tunc ſolutum non poteſt repeti, utpote ſolutum autoritate rei iudicatæ, uel in obligatione literarum poſt biennium, l.1.C.de condict.indeb.*
  - Exceptio *quæ obſtat: & tunc quantumcunque errore ſolutum poteſt repeti. l.ſi non ſortem.§.indebitum, de condict.indeb. fallit, ſi ex cauſa tranſactionis ſoluitur. l.in ſumma de condict.indeb.*
- Vtroque iure, *& quocunque errore ſolutum poteſt repeti. l.ſed & ſi me putem.in princip.de condic.indeb. fallit, ſi ſoluatur autoritate rei iudicatæ, l.1.C.de condic.indeb. uel ex cauſa tranſactionis, l.2.C.de condic.indebiti, item fallit in cauſis quæ creſcunt per inficiationem.*

* Ope exceptionis, actus utroque iure debitu: & tunc aut illa exceptio eſt

- Dilatoria, & tunc quocunque errore ſolutum non repetitur. l. in die. de condict. indeb.
- Perpetua & fauorabilis, & tunc ſolutum quocunque errore poteſt repeti. l. qui exceptionem, de cõdict. indebiti.
- Perpetua & odioſa: & aut ſolutio facta eſt per errorem
  - Iuris, & non poteſt repeti, d. l. qui exceptionem.
  - Facti, & poteſt repeti. l. ultima. ad Macedon.
- Dubia, & illa habetur pro perpetua. l. ſufficit. de condict. indebiti.
- Inducta ad errorem iuris conſeruandum, & tunc ſolutum quocunque errore non repetitur. l. Iulianus. de condict. indeb.

CONDICTIO INCERTI AN ET QVANDO LOCUM HABEAT? LXXIX.

L. Sed etſi me putem. §. cum inter. nu. 6. de condict. indeb.

R. Aut petitur

- Incertum, quod uenit certificandum per ſententiam: ut eſt in intereſſe, tunc non habet locum condictio incerti, ſed certi condictio. Gloſſa in l. certi condictio. ſuper uerb. ex contractu, ſi cert. pet.
- Incertũ omnino, & durat incertum: & tunc aut
  - Ad id eſt aliqua actio prodita, quia cadit obligatio in ſpeciem alicuius contractus: uel debetur ex teſtamento, & tunc agetur illa actione ordinaria, & non competit condictio incerti. l. promiſiſti. ff. de præſcriptis uerbis.
  - Non cadit in ſpeciem alicuius contractus: & aut illud quod eſt geſtum inter partes, eſt tale
    - Quod conſueuit parere condictionem, & tunc recurremus ad illam condictionem incerti. l. ſed etſi me putem. §. cum inter. de condict. indeb.
    - Ex quo non conſueuerunt oriri aliquæ condictiones, ſed æquum eſt actionem dari: & tunc competeret actio in factum. l. quoties. ff. de præſcr. uerbis.

AN ET QVANDO PVPILVS, PRODIGVS, FVRIOSVS, REPETANT indebitum abſque reſtitutione in integrum? LXXX.

L. Interdum. de condic. indeb.

R. Aut ſoluitur

- Indebitum omni iure, & tunc indiſtinctè locus eſt repetitioni. ratio, quia donare nõ poteſt, & ſic propter ſciẽtiam donatio non præſumitur, maior tamen ſi curatorem non habuit, reſtitutionem petere debet. l. ſi curatorem habens, C. de in integ. reſtit.
- Indebitum naturaliter tantũ, ſed ciuiliter debitũ: et tunc aut ſoluitur debitum
  - Sine effectu exactionis, ut in chirographo ante biennium, & eſt locus reſtitutioni indiſtinctè. l. 1. de condic. indeb.
  - Cum effectu exactionis, ut res iudicata, uel debitum ex teſtamento ſolenni: tunc idem quod indebito, ueroq; iure.
- Indebitũ ciuiliter, ſed debitum naturaliter: tunc indiſtinctè locus eſt repetitioni, non diſtinguendo de errore ignorãter uel ſcienter. l. illud. ff. de minorib.
- Aliquid quod eſt utroque iure debitum, ſed ope exceptionis indebitum: & tunc indiſtinctè ſine reſtitutione locus eſt repetitioni, ſiue exceptio ſit fauorabilis, ſiue odioſa.
- Indebitum quod à maiore non repeteretur, ut in eo quod creſcit per inficiationem, & in alijs. notatur in l. eleganter. §. finali de condict. indeb. & eſt locus repetitioni.

QVANDO FILIVSFAMILIAS MVTVAT PECVNIAM ALTERI, nomine patris, utrum contrahatur mutuum, ita quód patri quæratur actio. LXXXI.

L. Frater à fratre num. 13. de condic. indeb.

R. Aut mutuat pecuniam

- Suam caſtrenſem, *uel quaſi, nomine patris: & tunc patri non quæritur actio niſi ratihabitione ſecuta. l. ſi abſentis, C. ſi cert. petatur.*
- Ipſius patris: *et tunc non contrahitur mutuũ, niſi patris uoluntas interuenerit, uel ſequatur conſumptio, quia dominiũ transferri non potuit.*
- Sui peculii *aduenticij: & tunc in caſibus, in quibus patri non acquiritur uſufructus, & idem dicendum eſt quod ſuprà in caſtrenſi, uel quaſi: dicendum eſt, quód requiratur ratihabitio patris, &c.*

QVANDO FILIVSFAMILIAS MVTVAT PECVNIAM NOMINE, VTRVM contrahatur mutuum, ita ut locum habeat hæc lex? LXXXII.

D. l. Frater à fratre. num. 14.

R. quod aut mutuat pecuniam

- Caſtrenſem, *uel quaſi: & non habet locum hæc lex. mutuum tamen contrahitur, ut filio ciuilis & naturalis obligatio quæratur. l. 2. ff. ad SC. Macedonianum.*
- Patris: *& tunc contrahitur mutuum conſumptione ſecuta, & patri naturalis quæritur obligatio. Bartol. d. l. frater à fratre.*
- Profecticiam: *& incontinenti contrahitur mutuum, quia habuit poteſtatem transferrendi dominium. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. petatur. & habet locum hæc lex.*
- Aduenticiam *& tunc hodie idem eſt quod in caſtrenſis ſupra dictum eſt.*

AN ET QVANDO CIRCVITVS INVTILES EVITARI DEBEANT? LXXXIII.

L. Dominus. in fine. de condic. indeb.

R. Aut euitari debet

- A legum conditoribus: *& dicendum eſt quód ſit, in quantum poſſunt l. 1. C. communia. de legatis.*
- Circa cedendas *actiones, ut uidelicet ceſſionarius, ante ceſſionẽ directò experiri poſſit: & tunc aut*
  - Competit *utilis ſine ceſſione, ut in caſibus l. ex legato nominis. C. de legatis. 1. C. de action. & obligat. l. 1. & ſine dubio utilis intentari poteſt.*
  - Non competit *utilis: & aut ille qui cedere debet,*
    - Non reperitur, *& tunc directò intentari poteſt. d. l. 1. C. de actionib. & obligat. l. 1. §. fin. de iuſtit. l. damni. §. final. de damno infecto.*
    - Poteſt reperiri, *& tunc tribus concurrentibus directò agi poteſt. Primò, quód ille contra quem agitur, ſactus ſit locupletior ex re agentis. l. ſi & me & Titium. & l. ſi cum ſeruum, ff. ſi cert. pet. Secundò, q. alter contra quẽ competit actio, liberatur cedendo, ut hic, & l. cum fundus, §. ſeruum tuum imprudens, ff. ſi cert. pet. Tertiò dic, ut declarat Bartol. in d. l. cum fundus.*

L. Iulianus

SOLVENS POST SENTENTIAM ABSOLVTORIAM, AN ſolutum condictione indebiti repetere poſsit? LXXXIIII.

L. Iulianus. nu. 6. ff. de condict. indeb.

Partes ſunt *in concordia, quòd debitum præceſſerit: ſed agens condictione indebiti dicit indebitum propter ſententiã: & non auditur, quocunque modo fuerit pronunciatum, l. Iulianus, ff. de condict. indebiti.*

R. Aut

- Omnino *negatur debitum præceſſiſſe: & tunc aut reus fuit abſolutus:*
  - Quia *non probatum, & poteſt agi condictione indebiti, ad repetendum illud quod erat ſolutum indebitè: tamen ſi conuentus probabit debitum, actor ſuccumbet: & pro tanto dicitur hic, quod non poteſt repetere.* Bartol. *in l. Iulianus, nu. 6. de condict. indebiti.*
  - Quia non *debitum: & tunc aut fuit pronunciatũ*
    - Super facto, *ut quia non contractum: & tunc poterit repeti, & per ſententiam probabitur indebitum l. ſi duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur.*
    - Non debitum: *& aut dicebatur*
      - Nullum, *uel nullo modo debitum: & tunc ſententia probat indebitum.*
      - Non debitum: *& intelligitur non debitum, ſcilicet ciuiliter: & ſic poſſet probari per conuentum debitum naturaliter, niſi ex actis aliud appareret, &c.*
  - Simpliciter, *& præſumitur abſolutus, quia non probatum probatur in l. ſi inter me, ff. de exception. rei iudicatæ, & ſic poterit repeti, etiam ſi à conuento debitum probetur, niſi ex actis aliud appareret: quia ſententia ſemper refertur ad caſum qui colligitur ex actis, l. ſi quis ad exhibendum, ff de except. rei. iudicatæ.*

AN ET QVANDO SOLVENS PENDENTE IVDICIO, poſtea ſententia ſecuta poſsit repetere? LXXXV.

D. l. Iulianus. num. 11.

R. Aut ſequitur ſẽtentia

- Abſolutoria *ab obſeruatione iudicij, quia ſolutum: & non eſt locus repetitioni, §. fin. Inſtit. de perpet. & temporal act.*
- Abſolutoria *ſimpliciter: & tunc an poſſit repeti, dic ut in præcedenti diſtinctione.*
- Condemnatoria: *& tunc aut ex ea exactio*
  - Non eſt facta, *& non repetitur, quia ſententia declarauit debitum fuiſſe.*
  - Facta eſt: *& tunc aut uolo repetere condictione*
    - Indebiti, *& non poſſum: quia cum ſolui, ſolui debitum.*
    - Sine cauſa, *& poſſum: quia prima cauſa per ſecundam redit ad non cauſam, l. fullo, ff. de condict. ſine cauſa, l. in commodato in fine, ff. commodati.*

SENTENTIA ABSOLVTORIA QVAM OBLIGATIONEM tollat, & quos effectus producat?

LXXXVI.

D.l.Iulianus. nu.29.30.31.

R. Aut abſoluitur reus,

- Quando *hoc principaliter poſtulat, & alium ad hoc in iudiciū prouocat: & aut abſoluitur remedio iuris*
  - Prætorii propoſito, *ut quia reſtituitur in integrum, petit ſe liberari ab aliqua obligatione tunc reſtitutio non tollit actionem, uel obligationem naturalem ſaltem, ſed producit exceptionem, l. 3. §. ſed utrum, ff. de min quia prætor obligationes iuris ciuilis non poteſt tollere, ſeu totaliter extinguere, ſed in effectu ſunt, §. quos autem. Inſt. de bon. poſſeſſ.*
  - ciuilis propoſito, *& aut obligatio præcedens erat*
    - Pars potentiæ *cum ſententia puta quia per ſolam ſententiam erat obligatus: tunc prior obligatio in totum tollitur, l. 1. & 2. C. de ſentent. paſſis, l. illicitas, §. fin. ſuprà, de offic. præſidis.*
    - Induſtria *à principijs potentioribus, quia obligatus ex conſenſu, uel quia factus locupletior: tunc talis abſolutoria tollit actionem, & obligationem ciuilem, naturali remanente, l. ſi pœnæ cauſa in princip. ff. de condictione indeb. & ibi Gloſſa.*
- Ab actore *in iudicium prouocatus: et tunc aut*
  - Actor *probauit, & tunc obligatio ciuilis remanente naturali tollitur: ut hac l. Iulianus, actio tamen non tollitur, l. cum à te, ſuprà, de dol.*
  - Quia nō de*bitum, & aut pronunciatur ſuper*
    - Facto, *ut quia non contractum: & tunc ciuilis tantum tollitur, & naturalis remanet, inualida tamen, quia non poteſt probare, ne contra ſententiam ueniatur, niſi propter dolum actoris hoc contingeret, d. l. cum à te ſuprà. de dolo.*
    - Iure, *quia nō debitum: & tunc quia*
      - Nullo modo *debitum, & ciuilis tollitur, & remanet naturalis, actio tamen non tollitur, d. l. cum à te. ſuprà, de dolo.*
      - Simpliciter *non debitum, & tunc præſumitur abſolutus, quia non probatum: & tunc ciuilis remanente naturali tollitur, d. l. cum à te.*
  - Quia exceptione *aliqua tutus, & tunc aut exceptio eſt oppoſita, quæ uerè*
    - Competebat, *& ſuper ea obtentum: & tunc actio ipſo iure perimitur, l. ſi plures, in princip ff. de fideiuſſ.*
    - Non competebat, *ſed erat falſa, tunc licet ſuper ea fuerit obtentū, actio tamē ipſo iure non tollitur, d. l. cum à te ſuprà. de dolo.*
  - Simpliciter, *tunc abſolutio intelligitur facta ex ea cauſa, quæ ex actis colligitur: & indubio uidetur abſolutus, quia non probatum, ideò ciuilis permanente naturali tollitur, ut ſuprà dictum eſt.*
  - Abſoluitur *ab obſeruatione iudicij, & aut uigore alicuius exceptionis*
    - Peremptoriæ, *puta quia opponit exceptionem rei iudicatæ, trāſactionis, iuriſiurandi: tunc per hanc abſolutionem liberatur ipſo iure, per ea quæ ſuprà de exceptione dicta ſunt.*
    - Dilatoriæ, *ut quia libellus non bene formatus, & ſimilia. tūc nec actio, nec obligatio perimitur, l. 1. §. 1. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixerit.*

D.l.Iulianus

QVANDO ALIQVID DEBETVR EX OBLIGATIONE diuiſa in plures conditiones, an & quando poſsit repeti? LXXXVII.

D.l. Iulianus, num. 37.

R. Aut debetur

- Vna obligatione, *diuiſa in plures condictiones: & tunc ſi certum eſt debitum iri ſolutum, non repetit. ut d.l. Iulianus, uerſ.pen.*
- Idē pluribus *obligationibus ſuſpēſis in diuerſas condictiones: & tunc aut debetur*
  - A' diuerſis, *& ſolutum poteſt repeti: ut hac l. Iulianus. uerſ. idemq́;.*
  - Ab uno *et aut obligationes, licet duæ fuerunt,*
    - Simul & ſemel *contractæ, & habentur pro una, & ſolutum non repetitur.*
    - Diuerſis temporibus *contractæ, & aut obligationes ſic habent quòd*
      - Vna *in aliam imprimit, & circa illam diſponit, & ſolutum non repetitur: ut hac l. Iulianus. iuncta fine huius l.*
      - Sunt *prorſus ſeparatæ: & tunc ſi ſoluitur ex una propter aliam, non impeditur exceptio, argumento l. quod in diem in princ. de conſtit. pec.*

ACTIO FVRTIVA AN ET QVANDO COMPETAT EI qui rem furtiuam non poſsidet? LXXXVIII.

L. Sed nec legatarius, num. 5. de condict. furt.

R. Aut ille dominus rei

- Rem non poſsidebat *tempore furti facti, ſed antè poſſederat: & tunc ei competit actio furti, l. falſus, § ſi ratum, ff. de furt.*
- Rem nunquam *poſſederat: et tunc aut*
  - Facto furis *impeditus fuit, quo minus poſſeßionem adipiſcatur, & competit actio furti, d.l. falſus, §. ratum.*
  - Non fuit *impeditus facto furis, ſed aliàs caſu, utpote quia iacente hæreditate rem ſurripuit, uel poſt adita hæreditatem, et poſſeßionem apprehenſam, uel alio quo libet caſu: & aut iſta res*
    - A' nemine *poßidebatur, contemplatione ſeu reſpectu domini, & ei non competit actio furti, l. hæreditate, ff. de furtis.*
    - Poſsidebatur *ab aliquo contēplatione domini, & cō petit actio furti, l. ſi homo, ff. de uſucap. & ex hoc poteſt intelligi ratio, quare dominus contrectando rem pignoratam quam creditor nunquam poſſedit, committit furtū, & tenetur furti, ratio eſt, quia licet non poßideat creditor, poßidet tamen ipſe debitor pro creditore, recognoſcēs rē illam obligatam, l. in actione, in fin. ff. de furtis.*

L. 1. nu. 3.

EX DISPOSITIONE LEGIS AN ORIATVR IVS AGENDI? LXXXIX.

L. 1. nu. 3. cum ſeq. ff. de condict. ex lege.

- R. Aut lex procedit
  - Imperando, *ſeu præcipiendo: & tunc aut præcipit aliquid quod reſpicit commodum*
    - Eius tantum *cui præcipitur, & tunc non oritur actio, niſi ſicuti infrà dicitur in caſu legis permittentis. Magis enim eſt permiſſio & conſilium, quàm præceptum, l. ſæpe, ff. de off. præſidis.*
    - Alterius *quàm eius cui præcipitur: & tunc oritur ius agendi, hoc probatur in omnibus interdictis reſtitutorijs, l. quicunque, C. de ſeruis fugit.*
  - Permittendo: *& aut permittitur aliquid faciendum uel explicandum*
    - In re: *et tunc aut in re*
      - Sua, *& non oritur ius agendi, ſed efficitur ut ille actus ſit ualidus & impunitus, l. in re mandata, C. mandati.*
      - Aliena, *& tunc oritur ius agendi, l. uenditor, §. ſi conſtat. com. prædiorum.*
    - Quod non *fit in loco, ſed ut loco cohæreat: & aut uenit explicandum intra perſonam*
      - Facientis, *& non oritur ius agendi.* Exemplum *in omnibus ll. quæ deferunt hæreditatem uel ex* teſtamento, *uel ab inteſtato, nam non competit mihi ius agēdi ad hoc ut habeam hæreditatem, quoniam in me ipſo poſſum hoc expedire ſola uoluntate, tamen hæreditate adita poſſum agere petitione hæreditatis.*
      - Alterius: *et tunc aut uenit*
        - Principaliter *propter ſe: & competit ius agendi, puta in caſibus in quibus filius poteſt agere contra patrem, ut eum emancipet, l. ſi lenones, C. de epiſc. audientia.*
        - Propter aliud: *& tunc ius agendi non competit, ſed ſufficit quòd ille qui debet facere, impleat pro parte ſua quantum poteſt, probatur per omnes ll. quæ dicunt de oblatione & conſignatione, l. acceptam, C. de uſuris.*
  - Vetando: *& tunc aut lex*
    - Expreſsè *prohibet ius agendi, utputa ne actio petitione detur, & tunc eſt indubitabile, quòd ſolum paratur exceptio, l. 2. §. 1. ad* Velleianum.
    - Prohibet *factum: & aut uetat aliquid ad commodum*
      - Eius, *uel hæredis eius cui uetatur: & oritur ius non agendi, ſed excipiendi, l. 1. in princip. ff. ad l.* Falcid. *& licet ſolutione facta per errorem competeret condictio indebiti, tamen illa non oritur ex illa lege uetante, uel inducente exceptionem ſed oritur ex quaſi contractu qui celebratur ſolutione, l. ſi in area, ff. de condict. indeb.*
      - Alterius *quàm cui uetatur: & tunc ſine dubio oritur ius agendi.* Hoc probatur *in omnibus interdictis prohibitorijs, l. 1. & 2. C. ne lic. potent.*
    - Puniendo. *& tunc ſine dubio competit ius agendi: ut patet in omnibus legibus punientibus maleficia,* Bartol. *in l. 1. nu. 3. de condict. ex lege.*

d.l.1.nu.6.

IVS AGENDI QVANDO EX LEGE COMPETIT, AN SIT ACTIO uel officium iudicis? X C.

d.l.1.nu.6.

R. Aut uerba legis diſponentis
- Referuntur ad partes, & ſemper oritur actio l.2 ff ad l. Aquil. & hoc apparet in omnibus interdictis reſtitutorijs prætorijs, dicit enim, Reſtituas: ut unde ui, per totum.
- Referuntur ad iudicē directò, & aut uerba legis diſponunt
  - Directò circa ius agendi, & ſine dubio producunt actionem: & hoc apparet in omnib. interdictis, quæ dicunt, Iudicium dabo. licet enim uerba referantur ad iudicem, tamen quia directò circa ius agendi diſponunt, producunt actionem, l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omnium iud.
  - Circa factū: & aut uerba referuntur ad iudicem
    - Affirmatiuè, & ſemper competit iudicis officium, l. 1. iuncta l. quòd ſi minor, ff. de minor.
    - Negatiuè: & tunc non producit officium iudicis. non enim committitur aliquid iudici directò, ſed magis parit ei actionem, ad cuius utilitatem uerba fuerunt prolata, l. 1. ff. quod met. cauſa. ubi prætor dicit, quod metus cauſa geſtum erit, ratum non habeo: licet uerba referantur ad iudicem, tamen quia referuntur priuatiuè, non pariunt officium iudicis, ſed actionem parti, ad cuius commodum priuatio illa inducitur.
- Simpliciter & perſonaliter proferuntur: & tunc competit ius agendi, ſiue in terminis noſtræ quæſtionis actio, ut in Auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus uendit.

ACTIO QVO CASV ORITVR EX DISPOSITIONE LEGIS; an ſit condictio ex lege, an alia actio? XCI.

d.l. 1. nu. 7.

R. Aut
- Eſt cautum, quo nomine actionis agatur, & eo agitur: & hoc non habet ullum dubium, ita dicit Bartol. in l. 1. nu. 7. de condict. ex lege.
- Nō cautū et aut lex procedit
  - Inducēdo obligationem: & aut illam inducit
    - Immediatè: & aut lex eſt
      - Prætoria; & habet locum actio in factum, l. fin. in principio, ff. de eo per quem factum erit, Inſt. de interd. § fin.
      - Ciuilis, & habet locum condictio ex lege. l. 1. de condict. ex lege.
    - Mediante aliquo contractu, uel ſimili: & tunc oritur actio quæ dicitur Actio ex emphyteuſi. item in ſimili actio ex literis, uel ex literarum obſignatione: item actio ex ſponſalitia largitate: item actio feudi, uel ex feudo.
  - Declarādo obligationem inductam: & aut declarat eam inductam ex æquitate
    - Alicuius certæ legis, & agitur actione in factum, uel actione utili deſcendente ex illa lege, cuius æquitatem reſpicit, exemplum in actione in factum, & utili Aquiliana, l. item ſi obſtetrix, ff. ad l. Aquil.
    - In genere, & aut agitur
      - Ex delicto & aut ex delicto
        - Nominato, & agitur actione in factum, l. qui nomine ff. de falſis.
        - Innominato, et aut delictum habet
          - Dolum, & habet locum actio de dolo. l. 2. C. de dolo.
          - Culpam, & agitur actione in factū. l. exhibitionis, C. ad exhibendum.
      - Aliter quàm ex delicto: & aut eſt obligatio ad
        - Reddendum quod quis accepit. & tunc agetur condictione ſine cauſa, l. ſi me & Titium ff. ſi cert. petatur.
        - Dadū: & aut obligatio oritur ex aliquo geſto
          - Verbis; & oritur actio præſcriptis uerbis, quæ largo modo poteſt dici in factū, de præſcriptis uerb. per totum.
          - Facto, & tunc habet locum actio in factum, cuius tenor eſt receptus in uarijs iuris articulis, l. ſancimus, C. de ſacroſ. eccleſijs.
  - Cōfirmando obligationem inductam: & tūc aut confirmat eam
    - Directò diſponendo in eam, & oritur actio ex ipſa obligatione, uel contractū, l. legitima, ff. de pactis.
    - Diſponendo non directò in eam, ſed ob ipſam, uel propter ipſam: & habet locum condictio ex lege, l. ſi quis argentum, C. de donat.

L.Si

FIDEIVSSORIS SIMPLICITER ACCEPTI OBLIGATIO, an & quando augeatur ex mora rei? XCII.

L. Si poſt morã. num. 1. de eo quod certo loco.

R. Aut loquimur in

- Vſuris *debitis per ſtipulationem: & tunc aut ſtipulatio uſurarum*
  - Præceſsit *obligationem fideiuſſoris: & tunc tenetur, ita quod augeatur obligatio, l. centũ Capuæ, ff. de eo quod certo loco.*
  - Sequuta eſt *obligationem fideiuſſoriam, & tunc dicitur quòd non augeatur argumento l. fin. ff. de pactis.*
- Vſuris *debitis per officium iudicis: & tunc aut mora*
  - Præceſsit *obligationem fideiuſſoris, & ſic uſuræ officio iudicis iam debentur, & fideiuſſor ſine dubio tenetur, l. quæro in princip. ff. locati.*
  - Secuta eſt *obligationem fideiuſſoris, & etiam eius obligatio augetur: quia tales uſuræ ueniunt ſecundum naturam actionis ex officio iudicis, l. ſi poſtea, ff. rem pupilli ſal. fore.*
- Intereſſe, *& aut intereſſe*
  - Quod ſuccedit *in obligatione propter moram, ut in obligationibus facti, & tunc augetur obligatio fideiuſſoris, l. eum filius, §. primo, ff. de uerb. obligat.*
  - Quod *uenit officio iudicis ratione rei, & tunc pariter augetur obligatio fideiuſſoris, l. mora, ff. de uerb. obligat.*
  - Ratione *loci: & aut fideiuſſor promiſit*
    - Iudicatum *ſolui, & augetur eius obligatio ex mora rei, l. ſi poſt morã, ff. de eo quod certo loco.*
    - Simpliciter: *& aut*
      - Ante moram *rei, & non augetur eius obligatio, l. centum Capuæ, ff. de eo quod certo loco.*
      - Poſt morã *rei: & aut interceſsit*
        - Ante litem *conteſtatam, & non augetur obligatio, d. l. ſi poſt moram, ſecundum lecturam Ioan.*
        - Poſt litem *conteſtatam, & tunc ex tali præcedente mora augetur obligatio fideiuſſoris, d. l. ſi poſt moram, ſecundum lecturam Azonis.*

DEBITOR AD SOLVENDVM AN IRE DEBEAT AD domum creditoris, an uerò creditor ad domum debitoris? XCIII.

L. Item illa. nu. 8. de cõſtit. pe.

R. Aut in obligatione

- Non eſt dies *tacita, nec expreſſa: & tunc reus non conſtituitur in mora, niſi per interpellationem, l. ſi ex legati cauſa, ff. de uerb. obligat. & iſta interpellatio debet fieri per creditorem ipſi debitori, uel ad domum eius, ſi non reperiatur alibi, l. dies cautioni. §. ſed domum, ff. de damno infecto.*
- Eſt dies *tacita, uel expreſſa: & aut ſolutio debet fieri*
  - Reſpectu *alicuius rei, et pro aliqua re: & tunc aut creditor*
    - Eſt eiuſdem *fori in quo res illa eſt ſituata, & debet ire reus ad domum actoris, l. 2. C. de iure emphyt.*
    - Non eſt eiuſdem *fori, & non tenetur debitor ire extra locum ſui domicilij. d. l. 2. C. de iure emphyt. iuncta l. item illa. de conſtit. pec. & ideo ſufficit, quod in die in qua debet ſoluere, ipſe in domo ſua dicat: Ego ſum paratus ſoluere canonem, ſi eſſet qui reciperet. & hoc faciat ſcribi: debet enim creditor ire ad eum, non ipſe ad creditorem alterius fori, niſi aliàs ſe haberet conſuetudo.*
  - Non reſpectu *rei, & pro aliqua re: & aut ſolutio reſpicit commodum*
    - Perſonæ tantum, *& debet ire debitor ad domum creditoris, l. quod niſi, ff. de oper. libert.*
    - Burſale, *& patrimoniale: & aut ex ſolutione uolo*
      - Aliquem mihi *obligare, uel aliquid mihi acquirere: & debeo ire ad domum creditoris, l. cum quidam, C. de condit. inſertis.*
      - Me exonerare, *ne incidam in moram uel pœnam: & aut creditor*
        - Eſt eiuſdem *fori mecum, & debeo ire ad eius domum.*
        - Eſt diuerſi *fori, & tunc creditor debet uenire ad me. Bartol in d. l. item illa. nu. 9. in fine, ff. de conſtit. pec.*

AESTIMATA RE TRADITA, AD QVEM SPECTET PERICVLVM? X C IIII.

L. Si ut certo. §. nunc uidendum. num. 4 ff. commod.

- 1. Aut res illa traditur æſtimata
  - Hoc acto quòd reddatur æſtimatio, *non res: & tunc eſt emptio, & ſine dubio ad accipientem ſpectat periculũ, l. neceſſario, in princip. de pericul. & com. rei uend.*
  - Hoc acto quòd reddatur res, *& non æſtimatio: & tunc non tranſit periculum, ſed de eius effectu dic ut in l. ſi inter utrum, C. de iure dot.*
  - Hoc acto quòd reddatur res *uel æſtimatio: & tunc aut hoc fit in contractu de cuius natura*
    - Eſt ut transferatur *dominium, uel uſucapiendi conditio in re tradita: & tunc non trãſit periculum deteriorationis, ſed peremptionis, ſic l. plerunque, in fin. ff. de iure dot. & hoc operatur natura alternatiuæ: quia re exiſtente, licet deteriorata ipſa poteſt reddi, ſed re perempta non poteſt reddi ipſa: ideo neceſſariò deuenitur ad æſtimationem.*
    - Non eſt ut transferatur *dominium, & tunc dicitur prout proximè infrà, quando traditur res æſtimata ſimpliciter.*
  - Simpliciter, *uel agendo de re, uel æſtimatione reddenda, & aut hoc agitur in contractu de cuius natura*
    - Eſt ut transferatur *dominiũ, uel uſucapiendi conditio, et tũc aut natura illius contractus*
      - Repugnat, *quòd illa æſtimatio faciat emptionem: & non inducitur emptio, nec transfertur periculum, l. ſeruos, ff fam. erciſ.*
      - Non repugnat *quòd æſtimatio faciat emptionem, & inducitur emptio, & tranſit periculum, l. plerunque, in princip. ff. de iure dotium.*
    - Eſt ut *pro parte transferatur dominiũ, pro parte uerò non: ut in ſocietate; & tũc pro ea parte, pro qua transfertur dominium, tranſit periculum in accipientem. l. cum duobus, §. damna, & §. in coeunda, ff. pro ſoc. pro alia non, niſi ſecundum diſtinctionem poſitam infra proximè, in caſu quo de natura contractus non transfertur dominium.*
    - Non eſt ut *transferatur dominium: & aut loquimur in*
      - Cõtractib. omnibus, *in quib. de natura cõtractus dominium non transfertur; et aut de natura contractus*
        - Veniebat *culpa leuiſſima, & tunc æſtimatio facit uenire caſum fortuitum, text. Cum Gloſſa, in l. ſi ut certo. §. nunc uidendum ff. commodati.*
        - Veniebat *culpa leuis, & æſtimatio facit uenire leuiſſimam, l. cum duobus, §. damna, ff. pro ſoc.*
      - Contractu innominato, *quo res æſtimata uendẽda traditur: & aut loquimur in caſu quo*
        - Aeſtimatio refertur *ad ipſam rem traditam prout tradita eſt, uel prout reddenda eſt: & tunc æſtimatio facit trãſire periculũ in accipientem, l. 1. in fin. ff. de æſtimat. act. adhibita tamen illa diſtinctione, de qua ſuprà, quando ex natura contractus ueniat leuis aut ueniat leuiſſima.*
        - Aeſtimatio refertur *ad rem prout uendenda eſt, & iſto caſu æſtimatio nihil operatur, quantum ad trãslationem periculi: ſed eſt aduertendum cuius gratia celebretur contractus, l. ſi gratuitã. §. 1. ff. de præſc. uerbis.*
        - Dubitatur qualiter *æſtimatio fuerit facta: & in dubio reſpicit rem prout eſt uendenda, non prout eſt reſtituenda, d. l. ſi gratuitam. §. 1.*

DE CASV AN ET QVANDO QVIS TENEATVR, QVANDO culpa præceſſit caſum?
X C V.

D.l.Si ut certò.§.ſed interdum,num. 7.

- R. Aut illa culpa
  - Cadit in moram: & *tunc quis tenetur de caſu fortuito,l.quod te.ff.ſi cer.pet.l.ſi ex legati cauſa.ff.de uerb.obligat.*
  - Non cadit in moram: *& aut illa culpa*
    - Non eſt ordinata *ad caſum,quia ex illa culpa nullo modo poteſt caſus iſte contingere, & tunc nõ tenetur de caſu,l.non omne.ff.de ſtatu lib.*
    - Eſt ordinata *ad caſum: & aut caſus*
      - Eſt ſecutus *propter illam culpam, & tunc tenetur de caſu.l.ſi ut certo.§.interdũ. ff.commodati*
      - Nihilominus *contigiſſet etſi culpa non intereceſſiſſet: & aut culpa fuit cõmiſſa*
        - In non faciendo, *& non tenetur quis de caſu,l.& in totum.ff. de impenſ.in reb.dotal.factis.*
        - In faciendo: *& tũc aut factum*
          - Non cadebat *in delictum, & tunc non tenetur de caſu.l.fin §. 1 ff.ad l.Rhod.de iactu.*
          - Cadebat in *delictum : & aut committitur delictũ circa*
            - Rem ipſam, *& tenetur de caſu fortuito poſtea eueniente. l.ita uulneratus,ad l. Aquil.*
            - Vſum rei, *& non tenetur de caſu poſtea eueniente. l. qui furtum ff.de condict.furt.*

IN OBLIGATIONIBVS QVAE CONTRAHVNTVR AD REDDENDAM certam ſpeciem, qualiter plures teneantur?
X C V I.

D.l.Si ut certò.§.ſi duobus uehiculum, nu. 9.

- R. Aut loquimur in
  - Pluribus principalibus, *& aut loquimur in obligatione*
    - Primitiua *ad rem reſtituendam: & tunc quilibet pro parte tenetur,niſi ſit actum quod in ſolidum teneantur.l.ſi ut certo.§.ſi duobus.ff.commodati, & licet teneatur pro parte ſoluta. tamen pro parte non contingit liberatio.l.ſi duo.ff.depoſiti.*
    - Secũdaria: *& aut eſt actum quòd*
      - Quilibet *teneatur in ſolidum, & eſt certum quod quilibet tenetur in ſolidum.l. eandem.§. 1.de duob.reis.*
      - Quilibet *teneatur pro parte, & tenebitur pro parte.l.rem mihi. §.in exercitu.ff. commodati.*
      - Nihil eſt di*ctum, & aut*
        - Ambo delinquunt, *& quilibet tenetur in ſolidum quaſi duo rei,d.§.ſi duobus.uerſic.ſed eſſe uerius.*
        - Deliquit *alter tantum, & ille ſolus tenetur.l. 1. §.ſi apud duos & ibi Bartol.ff.depoſiti.*
  - Pluribus hæredibus *unius principalis: et aut loquimur in obligatione*
    - Primitiua: *& tunc aut defunctus tenebatur actione*
      - Bonæfidei, *& tunc hæres tenetur etiam ultra hæreditariam portionem. l.3 §. hæres ff.commodati.*
      - Stricti iuris: *& tunc hæres tenetur etiam ultra hæreditariam portionem. l.ſi tibi homo.§.ſi fundus.ff.de legatis 1.*
    - Secũdaria, *et aut hæredes ſunt in delicto*
      - Communiter, *& quilibet tenetur in ſolidum. l. 1. §. ſi apud duos, ff. depoſiti.*
      - Separatim, *& quilibet tenetur pro parte. l. ſi duo hæredes ff.depoſiti.*

TRADENS REM VITIOSAM AN ET QVANDO DE RE uitioſa tradita tenebitur?

X C VII.

L. In rebus. §. item. ff. commodati.

R. Aut res illa traditur ex cõtractu

- Quo transfertur dominiũ, & uſucapiendi conditio: & tunc aut quis tradit rem uitioſam
  - Scienter: & tunc tenetur ad intereſſe etiam extra rem.
  - Ignoranter: & tunc tenetur ad interſſe, uel quanto minoris. l. Iulianus. ff. de actionib. empti.
- Quo non trãsfertur dominiũ, nec uſucapiendi cõditio: & aut contractus eſt celebratus gratia
  - Dantis tantum, & aut loquimur in
    - Deponente: & ille de omni intereſſe tenetur. l. ſi ſeruus communis, §. quod uerò. ff. de furtis.
    - Mandante: & aut mandatario imputari
      - Poteſt aliqua culpa, & in nullo tenetur dominus.
      - Nõ poteſt aliqua culpa: & aut habens mandatum
        - Potuit eum certiorare, & pariter dominus tenetur in totum.
        - Non potuit eum certiorare, & non tenetur dominus, niſi ut rem pro noxa relinquat, ſed eſt res quæ poßit noxam cõmittere. l. inter eos. §. ſed cum ſeruus. ff. mandati.
  - Accipientis tantũ: & tũc aut dominus fuit
    - Sciens, & tenetur in totum, l. in rebus. §. item qui ſciens. ff. commoda.
    - Ignorans, & non tenetur, niſi ut rem pro noxa dimittat, ſed poteſt noxam committere illa res.
  - Vtriuſque, & dicitur ut in l. ſed addes. ff. locati.

MATERIAE IN MATERIATVM TRANSITVS, AN ET QVANDO faciat aliud in effectu eſſe materiatum?

X C VIII.

L. Si conuenerit. §. ſi quis cauerit. ff. de pig. act.

R. Aut loquimur in caſu in quo in effectu agitur

- De dominio: & aut de dominio
  - Translato, uel iam quæſito: & tunc ſi res tranſit in aliam formam, ſiue ſit reducibilis ad primam formam, ſiue non, dominium non extinguitur. l. ſi ſeruus. §. boue. ff. de condict. furtiua.
  - Quærendo: & aut materiatum
    - Eſt reducibile ad aliam formam, & tunc nihil impeditur. l. quæſitum. §. illud fortaßis. ac legatis 3.
    - Non eſt reducibile ad aliam formam, & tunc impeditur acquiſitio dominij. Bartol. in l. ſi conuenerit. §. ſi quis cauerit. ff. de pig. act.
- Non domino: & tunc aut loquimur in
  - Vſufructu, & tunc ſiue res ſit reducibilis ad primam materiam, ſiue non, extinguitur uſusfructus. l. qui uſumfructum. in princip. ff. de uſufructu.
  - Pignore: & aut materiatum
    - Eſt reducibile ad primam materiam, & non extinguitur.
    - Non eſt reducibile, & tunc extinguitur. l. ſi conuenerit. §. ſi quis cauerit. & ibi Bartol. ff. de pig. act.

ADMINISTRATIO PLVRIBVS SIMPLICITER CONCESSA, AN ET quando intelligatur in ſolidum. XCIX.

L.1.§.Si plures.ff.de exercit.act.

R. Quod aut eſt adminiſtratio ſeu officium

- Publicum *auctoritate et utilitate: & tunc aut eſt adminiſtratio ſeu iuriſdictio*
  - Ordinaria, *& tunc competit cuilibet in ſolidum.l.1.ff.de off.proconſ.*
  - Delegata, *& non cuilibet in ſolidum competit.l.duo ex tribus. ff. de re iudic.niſi fortè talis eſſet delegatus, qui pro ordinario haberetur. l. Pomponius ſcribit. §. ſi uni.ff.de re iudic.*
- Publicum *autoritate, ſed priuatum utilitate: & tunc aut adminiſtratio eſt*
  - Principalis *& ordinaria, & tunc cuilibet in ſolidum competit, ut in pluribus tutoribus uel curatoribus.l.fin.C.de auct. præſtanda.*
  - Acceſſoria, *& quodammodo delegata, ut plures actores unius tutoris: & non intelligitur in ſolidum, niſi ſit dictum.Bartol.in l.1.§.ſi plures.ubi latius circa hoc.ff. de exercit.act.*
- Priuatum *auctoritate et utilitate: & tunc aut illi plures præponuntur á*
  - Pluribus *inuicem litigantibus, & non intelliguntur in ſolidum, niſi dicatur.argumento l.parui, aliàs Pedius.ff.de recept.arbitr.*
  - Pluribus *non litigantibus, & tunc aut tales ſunt præpoſiti adminiſtrationi*
    - Certæ *& uniuerſali, ita quòd omnibus adminiſtratio ordinaria uideatur conceſſa, ut in inſtitore & magiſtro, & tunc quilibet intelligitur in ſolidum.d.l.1.§.ſi plures.*
    - Non certæ *& uniuerſali, & non poteſt unus ſine alio, nec intelligitur in ſolidum l.pluribus.ff.de procurato.*

ADMINISTRATOR AN POSSIT EXPEDIRE ADMINISRATIONEM altero ei adiecto? C.

D.l.1.§.eodem. num.2.

R. Aut adiicitur alius ut

- Collega eiuſdem officii: *& diſtinguitur ut ſuprà in proxima diſtinctione.*
- Qui auctoritatem *præſtet, & non poteſt ſine alterius conſilio, nec ſine alterius auctoritate.l.ſi pupillorum.ibi, in fine.ff.de reb.eorum.*
- Conſultor *& aut talis cõſultor*
  - Qui nec eſt, *nec eſſe poteſt particeps officij: & tunc ex urbanitate poteſt eius conſilium requiri, de neceſſitate non cogitur.l.quidam decedens.§.Papinianus, de adminiſtra.tutor.*
  - Poteſt eſſe particeps *officij: & tunc aut*
    - Eſt particeps *officij, & conſultor, & tunc debet requiri.l. Titium & Meuium. ff.de adminiſt.tutorum.*
    - Nõ eſt particeps *& aut adijcitur habẽti adminiſtrationẽ à*
      - Lège, *& tunc debet requiri.§.quod autem.in auth. de non alienando*
      - Homine, *& non debet requiri de neceſſitate.d.l.Titium et Mæuium:in princip.ff.de adminiſt.totorum.*

L.Lucius

SI NON VALET QVOD AGITVR, AN ET QVANDO VALEAT quod ſimulatè concipitur?

C I.

L. Lucius Titius. ff. depoſiti.

R. quod aut

- Aliquid *agi ſimulatur, & in ueritate nihil agitur: & tunc ſine dubio non ualet quod agitur nec quod ſimulatè. l. plus ualere quod agitur, per totam.*
- Vnum agitur, *aliud ſimulatur: & aut illud quod agitur in ueritate*
  - Eſt de iure *ualidum: & tunc aut illud quod agi ſimulatur, ualet, quia unus contractus transfertur in alium. l. Lucius Titius. ff. depoſiti.*
  - Nullo modo *eſt ualidum: & tunc illud non ualet, quòd ſimulatè concipitur. l. 1. C. de condict. ob cauſam.*
  - Eſt inualidum *eo mõ quo agitur, ſed ualidum certo modo: et tunc ualet quod ſimulatè concipitur. l. Lucius Titius. ff. depoſiti.*

ERROR IVRIS AN ET QVANDO SIT LATA CVLPA?

C II.

L. quod Nerua. nu. 19. ff. depoſit.

R. quòd aut loquimur in iure

- Communi: *& tunc aut illud ius eſt*
  - Certum *& limitatum, quia de hoc eſt caſus legis: & talis ignorantia eſt lata culpa. l. regula. §. pen. ff. de iuris & facti ignor.*
  - Dubium, *quia ſunt opiniones Doctorum, uel quia de hoc non habemus legem expreſſam, ſed argumenta uериſimilia: & tunc talis ignorantia non eſt ſimpliciter lata culpa, ſed debet iudicari lata culpa, leuis, & leuiſſima, ſicuti de ignorantia facti. l. 2. ff de iur. & facti ignor.*
- Municipali: *et aut loquimur in*
  - Hominibus eiuſdem *municipij, & tunc eſt lata culpa, eadem ratione ut ſuprà, ſi tamen ſint eiuſdem conditionis, & ſint præſentes. l. fin ff. de decretis ab ordin. fac.*
  - Hominibus alterius *municipij, & tunc idem quod in errore facti. c. 1. de conſtit. in 6. non obſtat, quòd omnes non ſunt eiuſdem profeſſionis: quia non omnes homines ſunt iuriſtæ. quia illa ſcientia quæ eſt in Iuriſperitis, uidetur eſſe in quolibet uulgari, quia peritos poſſunt conſulere, & iſtud faciunt communiter omnes, l. in bonorum. ff. de bon. poſſ. ff.*
- Speciali: *& tunc rationibus de quibus ſupra, illa ignorantia non eſt lata culpa. Bartol. in l. quod Nerua. ff. depoſiti.*

LATA CVLPA AN ET QVANDO AEQVIPARETVR DOLO?

C III.

L. quòd Nerua. num. 20. in fine.

R. Aut loquimur in actionib. deſcendẽtibus

- Ex contractu, *uel quaſi, & lata culpa æquiparatur dolo. notatur in l. in actionibus. ff. de in litem iurando.*
- Ex delicto *et tũc aut quæritur an æquiparetur quò ad*
  - Pœnam corporalem: *& tunc dicitur quòd lata culpa æquiparatur dolo, l. 3. §. 1. ad l. Cornel. de ſicarijs.*
  - Pœnã pecuniariã: *& tunc aut lex, aut ſtatutum*
    - Expreſsè requirit *dolum: & hoc caſu lata culpa non æquiparatur dolo. l. 1. §. ſi quis. Neuis fiat ei, &c.*
    - Loquitur *ſimpliciter: & hoc caſu lata culpa æquiparatur dolo. l. 1. §. non autem, Si quis teſtam. liber eſſe iuſſu fuerit.*

CVLPAE QVALITER VENIANT IN CONTRACTIBVS ET VLTIMIS uoluntatibus? CIIII.

D.l.quod Nerua.ff. depoſiti.

quod aut loquimur in actione deſcendente ex

- Vltima uoluntate: & ſic ex teſtamēto, & aut hæres percipit ex teſtamēto
  - Modicam utilitatem, *legatarij autem ſeu fideicommiſſarij magnam: & tunc ſolus dolus & lata culpa uenit, l.mulier, §.ſed enim, ff.ad* Trebell.
  - Magnam utilitatem *legatarij, & fideicommiſſarij paruam: & tunc uenit leuisſima culpa.l.cum res, §.culpa, de legatis primo.*
  - Aequalem utilitatem *cum legatarijs ſeu fideicommiſſarijs: & tunc uenit leuis culpa, l.cum ſeruus.§.cùm quid.de legatis primo, iuncta l.ſi ut certo.§ nunc uidendum, ff.commodati.*
- Contractu: & *aut ex contractu*
  - Nominato, & *aut loquimur in*
    - Depoſito: *& aut depoſitum eſt factū gratia*
      - Deponentis *tantum, prout regulariter.et aut loquimur ī actione depoſiti*
        - Contraria: *& in ea uenit culpa leuisſima l.ſi ſeruus. §.idq; euidentius, ff.de furtis.*
        - Directa: *et aut depoſitarius*
          - Se obtulit, *& tenetur de leuisſima. l 1.§ ſæpe.ff.depoſiti.*
          - Non obtulit, *& tenetur de leui culpa, ſeu latiori.l.quòd* Nerua. *ff.depoſiti.*
      - Depoſitarii *tantū: & aut loquimur in actione depoſiti*
        - Directa, *& uenit culpa leuisſima. l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert.pet.*
        - Contraria, *& uenit ſolùm lata culpa.l.ſi ut certo,§.nunc uidendum,ff.commodati.*
      - Vtriuſque: *& tunc uterque tenetur de leui culpa.l.i § ſæpe.ff.depoſiti.*
    - Mandato, *quod fit gratia mandantis tantum: & tunc aut loquimur in*
      - Contraria, *& in ea uenit culpa leuisſima, l.ſi ſeruus.§.quod uero,ff de furtis.*
      - Directa: *et tunc in iſto mādato uenit id quod requirit*
        - Modicam *& quaſi nullam induſtriam, et tūc uenit ſolus dolus & lata culpa. l.ſi fideiuſſor. in princip.ff. mandati.*
        - Non magnam *induſtriam, ſed aliquā diligentiam: & tunc uenit dolus, lata culpa, et leuis. l.in re mādata. C.mandati.*
        - Exactisſimam *induſtriam et diligentiam: & uenit culpa leuisſima. l.à procuratore. C.mandati.*
    - Tutela, *& uenit dolus, lata culpa, & leuis. l.quicquid. C.arbit.tutelæ.*
    - Actione negociorū *geſtorū, & uenit lata culpa et leuis, l.3.§ interdū.ff de neg.geſt.*
    - Cōmodato: *& aut fit gratia*
      - Recipientis *tantū: & aut loquimur in actio commodati*
        - Contraria, *& in ea uenit dolus, & lata culpa tantum, l. pen.ff.commodati.*
        - Directa: *& aut cōmodans*
          - Vltro ſe obtulit *ad commodandum, & cōmodatarius tenetur de dolo, & lata culpa, l ſi ut certo.§.interdum. in fin.ff.commodati.*
          - Non obtulit ſe, *& uenit culpa leuisſima. d.l.ſi ut certo.§.nunc uidendum.*
      - Commodantis *tantū, & uenit ſola lata culpa.d.l.ſi ut certo.§.interdum.*
      - Vtriuſque, *& uenit etiam leuis culpa, d.§.nunc uidendum.*
    - Percario: *et aut loqmur*
      - Ante moram, *& uenit dolus & lata culpa tantum.l.quæſitum §. illud. ff.de precario.*
      - Poſt moram, *& uenit culpa leuis, d.l.quæſitum. §. ex hoc.*
  - Innominato: *& illi iudicantur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus aſſimilantur: quod eſt notabile.probatur in l.cum qui.§.ſi rem inſpectori,ff.commodati.*

L. Si

CONDVCTOR, RE CONDVCTA QVANDO VTI NON poteſt, an & quando fiat remiſsio mercedis?

C V.

L. Si uno, §. cum quidam, num. 2. ff. locati.

R. Illud quod eare ampli' uti non poſſit, aut eſt factum

- Facto locatoris & aut eius factū eſt
  - Iuſtū: et aut iuſticia illa cō tingit
    - Ex culpa conductoris: et aut loquimur in
      - Eccleſia, & tunc petet mercedem totius temporis, auth. quibuſcunque, iunctis duab. ſeq. C. de ſacroſ. eccleſ.
      - Priuato, & conſequetur mercedem pro rata totius temporis, l. colonus, ff. locati.
    - Abſq; culpa conductoris: tunc merces debetur pro rata temporis, ita habetur in l. qui inſulam, ff. locati.
  - Iniuſtum: & tenetur conductori ad totale intereſſe, l. ex conducto, in princip. ff. locati.
- Conductori: & tunc debetur integra penſio, l. ſi in lege, §. ſi domus, ff. locati.
- Facto tertij & tunc aut eius' factū eſt
  - Iuſtum: & aut locator circa hoc
    - Potuit prouidere, & non fecit, & ſic conductorem decepit: tunc tenetur ad totale intereſſe, l. ſi merces, ff. locati.
    - Non potuit prouidere, & tunc fit remiſſio mercedis pro rata, l. ſi fundus, ff. locati.
  - Iniuſtum: et aut conductor
    - Poteſt reſiſtere, & tenetur, l. item quæritur, §. exercitu, ff. locati.
    - Non poteſt reſiſtere, & fit remiſſio mercedis pro rata, l. ſed addes, §. 1. ff. locati, niſi hoc fiat propter inimicitias locatoris uel conductoris, quia tunc illius facto & culpa uideretur factum, l. ſi merces, § culpæ, ff. locati.
- Caſū fortuito: et tūc aut caſus ille contingit ex parte
  - Locatoris, ſeu rei locatæ, & tunc fiat mercedis remiſſio pro rata, l. quis domum, in princ. ff. locati.
  - Conductoris: & tunc tenetur ad integram mercedem, l. ſi uehenda, in princip. ad l. Rhod. de iactu.

MEDICVS AN ET QVANDO DEBEAT HABERE SALARIVM, etiam ſi ſanatus reincinderit in morbum?

C V I.

L. Martius, ff. locati.

R. Quòd aut propter curā adhibitam à medico

- Infirmitas & eius cauſa ceſſauit, & poſtea ex noua cauſa ſuperuenit infirmitas, tunc medicus debet habere ſalarium: quia de præſenti infirmitate uidetur cogitaſſe, de qua eſt ſanatus. ita dicit Gloſſa in l. Martius, ff. locati, in ultimo ſuo argumento.
- Infirmitas, ſeu eius cauſa non fuit curata, ſed uiſa eſt aliqualiter ceſſare: & tunc non curauit eum, & ideò non debet habere ſalarium, & ita loquitur argumentum factum in prima parte Gloſſæ, in d. l. Martius.
- Dubium eſt an infirmitas & eius cauſa ceſſauerit: & tunc aut infirmitas
  - Eſt reuerſa & uidetur ex prima cauſa, & non debet de proximo habere ſalarium.
  - Eſt reuerſa ex interuallo, & tunc uidetur de nouo, & noua cauſa: & tunc debet habere ſalarium.

L. Conuentio,

OBLIGATIO REI ALIENAE AN ET QVANDO VALEAT? CVII.

L. Conuentio, §. in ſpecie di pignoribus.

R. Quòd aut res illa aliena

- Erat, *debita ipſi obliganti: & tunc tenet obligatio, l.3.§.cum ex cauſa, qui pot. in pig. hab. innuitur in textu in l. 1. §. in ſpecie, de pign. quod intelligendum dicit ibi, quòd ante illius rei dominium ſit quæſitum debitori, creditor habet obligatum illud ius quod debitor habet pro re, poſt rem autem debitori quæſitam, erit obligata ipſa res.*
- Non erat debita: *& aut obligans*
  - Habet ius *in re ſimpliciter, & tenet obligatio, l. grege, §. 2. & 3. ff. de pigno. quod intelligendum in eo iure quòd habet debitor, ſed ſi poſtea obliganti quæreretur perfectum dominium: & tunc aut ſibi quærebatur*
    - Ex cauſa *dicti iuris, quod habebat in re: ut quia habet publicianam, & uſu capiebat, & compleuit uſucapionem, &c. & tunc ipſa res erit obligata, l. cum in fundo, §. ſi fundus, de iure dotium*
    - Ex alia cauſa *prorſus ſeparata ab illa: tunc non poteſt uideri, quare debeat illa res in obligationem incidere: ſed erit idem, ſicut quando ſimpliciter obligatur res aliena.*
  - Nõ habet ius *in re: & aut obligauit illam rem*
    - Sub conditione, *Si mea erit: & non eſt dubium quòd tenet obligatio, exiſtente conditione, l. ſi fundus, § ſi aliena, ff. de pignoribus.*
    - Simpliciter: *et aut rei dominus*
      - Ratum habuit, *& obligatio confirmatur, l. ſi fundus, §. 1. ff. de pignor.*
      - Non ratũ *habuit: et aut creditor rem alienam eſſe*
        - Sciebat, *& non confirmabatur obligatio, etiam dominio poſtea quæſito, l. 1. §. in ſpecie, de pignorib. ſed creditor poteſt eam retinere, ſi poſſidet, d. §. in ſpecie.*
        - Ignorabat, *& confirmatur quo ad utilem hypothecariam, l. rem alienam, de pig. act.*

MVTVANS PECVNIAM AD REM EMENDAM, AN ET QVANDO habeat tacitam hypothecam ſuper ea? CVIII.

L. Interdum, num. 5. qui pot. in pig. hab.

R. Quòd aut quis mutuat

- Simpliciter, *non exprimendo ad rem emendam, cum ex ea res emitur: & tunc non habet priuilegium, neque in perſonali, neque in hypothecaria, l. procurator, §. planè, ff. de tributor.*
- Ad rem emendam, *non expreſſo quòd illa res ſit ei obligata: & tunc habet priuilegium in perſonali, non in hypothecaria, l. quod quis, ff. de priuileg. credit.*
- Ad rem emendam *pacto expreſſo, quòd illa ſit ſibi obligata: & tunc aut quæritur an habeat tale priuilegium contra*
  - Mulierem, *et illa præcedit in pignore ex cauſa dotis taliter mutuanti, §. his conſequens, auth. de æqual. dotis.*
  - Alios: *& tunc habet priuilegium in perſonali, & habet tacitam hypothecam, & prioribus præfertur, l. licet, C. qui pot. in pig. habeant.*

VINCENTEM TE QVANDO VINCO, AN ET QVANDO procedat, quòd multo magis te uinco; &c. CIX.

L. Claudius, num. 2. ff. qui pot. in pig. hab.

R. Quod quædã eſt uictoria

- Impropriè, *quia nulla eſt, ſed magis caſus: ut puta ſi caſu puer faceret cadere potentem hominem, tunc non procedit regula, quòd quando uinco uincentem te fortius uinco te, auth. licet, C. de natur. lib.*
- Propriè: *& aut loquimur in*
  - Diuerſis caſibus, *& non ſequitur, ſi uinco uincentem te, uinco te, exemplum: ſi uinco te ad calculos, non ſequitur ergo, uinco uincentem te ad brachia, & ita poteſt intelligi, §. his conſequens, auth. de æqual. dotis, & ſecundum hoc etiam intelligitur, quod dicitur, Vaſalli mei uaſallus non eſt meus uaſallus, id enim debet intelligi, quando reſpectu diuerſarum rerum conſtituitur feudum, notatur in l. de acceßionibus, de diuerſ. & temp. præſcript.*
  - Eodem, *& aut loquimur in eo qui uincit te*
    - Propter me, *& meam utilitatem: aut propter alium, & alterius utilitatem, ſcilicet eius qui uincit eum, & tunc non procedit regula, Si uinco uincentem te, uinco te, l. æquißimum, §. 1. ad Trebell.*
    - Non ad cõ modũ *alterius: & tunc aut*
      - Non habent *cauſam dependentem ad inuicem: & tunc licet ſit circa idem, non ſequitur ſi uinco uincentem te, ut in l. Claudius, qui pot. in pig. hab.*
      - Habent cauſam *dependentem ad inuicem, & tunc procedit regula, l. de acceßionibus, ff. de diuerſis & temp. præſcript.*

DEBITOR VENDITIONEM PIGNORIS QVOMOdo poſsit impedire? CX.

L. penult. ff. de diſtinct. pig.

R. Aut debitum eſt

- Liquidum: *& tunc quandoq; debitor*
  - Offert debitum, *& deponit, & conſignat: & tunc non eſt dubium, quòd uenditio pignoris impeditur, & debitor debito liberatur, l. obſignatione, C. de ſolut.*
  - offert tãtũ *debitũ: et aut hoc fit*
    - In iudicio, *& tunc ſine dubio ſufficit ad impediendam pignoris uenditionem, l. ſi reſiduum, C. de diſtract. pignor.*
    - Extra iudicium: *& tunc licet non ſufficiat ad inducendam pignoratitiam actionem, tamen ſufficit ad hoc ut mora debitoris purgetur, l. ſi ſeruum, §. ſequitur, de uerb. obligat. & ſic conſequenter meritò impeditur uenditio, quæ non poteſt fieri niſi propter moram.*
  - Neq; offert, *neque conſignat debitum, ſed ſimpliciter dicit, Ego ſum paratus ſoluere: tunc uenditio non impeditur ipſo iure, ſed interim ualet, ſed poſtea eo ſoluente, uenditio infrigeretur, l. fundus, ff. de reſcind. uendit.*
- Non liquidum, *ſed obſcurũ, pp fortè implicationem rationis, inter debitorem & creditorem: tunc poteſt debitor coram iudice interpellare creditorem, ut ponatur aliquis mercator ad calculandam rationem inter ipſos, quod ſi facere creditor ſuperſederet, impeditur uenditio, l. ſi reſiduum, C. de diſtract. pign.*

L. Sicut

VENDITIONE PIGNORIS FACTA AN ET QVANDO præiudicetur creditori? CXI.

L.Sicut, §.non uidetur, quib. mod. pig. uel hypoth. ſol.

R. Aut debitor alienat rem pignoratam, creditore

- Ignorante, *& tunc creditori non præiudicat, l.debitorem, C. de pign.*
- Præſēte, *& tacente: et aut illa alienatio fit*
  - Manumittendo, *& ipſi præiudicat l. 1. C.de remiß.pig.*
  - Alio modo. *& aut creditor erat*
    - Fiſcus, *& præiudicat creditori, l.ſi hypothecas, C.de remiß.pign.*
    - Priuatus, *& tunc creditori non præiudicat, l. ſicut, §. non uidetur, quib. mod. pig. uel hypoth.ſol.niſi tacuerit animo decipiendi, l.ſi ſine, C.ad* Velleian. *uel niſi iudex miſit,* Proclama *per ciuitatem, quod quicunque contradicere uelit, compareat, l. ſi eo tempore, C.de remiß.pign.*
- Præſente, *& conſentiente: & aut quòd res bona debitoris*
  - Exiuerit *conſtat, & tunc diſtinguitur, prout per* Bartol. *in l.ſicut, §. illud.quib.mod.pign.uel hypoth.ſol ſcilicet utrum conſenſerit ſimpliciter, uel ſub modo, aut conditione: ut ibi per eum, & hoc procedit, quando res non eſt reuerſa in bonis debitoris, ſed ſi eſſet reuerſa tunc diſtingue, aut ex eadem cauſa aut ex alia: ut in l. uoluntate, quib. mod. pig. uel hypoth. ſol.*
  - Non exiuerit *conſtat, & tunc dicitur ut in l. ſicut, § ſi debitor, ff. quib. mod. pig. &c. item quòd aut debitor tenetur, tradere aut non.*
  - Exiuerit, *uel non, dubitatur: & tunc dicitur, ut in d. l. ſicut, §. ſuperuacuum.*
- Non conſentiente *alienationi, & dicitur ut in l. creditor, § fi. ff. qui pot. in pig. hab.*

TITVLVS INVALIDVS AN ET QVANDO PER ſequentem præſtationem confirmetur? CXII.

L.Cum de in rem uerſo, num. 1. ff. de uſuris.

R. Quòd aut titulus eſt inualidus

- Fauore pręſtantis: *& aut præſtans eſt talis*
  - Qui poſsit *renunciare fauori ſuo: & tunc titulus inualidus confirmatur per ſequentem præſtationem, ut in auth.ſed cum teſtator, C.ad l. Falcid.*
  - Qui non poteſt *renunciare fauori ſuo, & non confirmatur titulus inualidus, l.doli mali exceptio, ff. de nouat.*
- Odio eius *cui præſtatur: et aut præſtās eſt talis*
  - Qui poſsit *ſibi præiudicare & tunc etiam titulus inhabilis confirmatur per ſequentem præſtationem, l.cum fidem, C.de non num. pec.*
  - Qui non poſsit *ſibi præiudicare, & non confirmatur, l.ſed* Iulianus, *§.fin. ff. ad* Macedon.
- Auctoritate *iuris publici: & aut loquimur de inducenda*
  - Obligatione: *& tunc aut in ea uerſatur*
    - Fauor ultimæ *uoluntatis, uel alimentorum, uel ſimilium: & tunc per præſtationem trium annorum confirmatur, l. 1. C.de fideicommiſ.*
    - Nullus talis *fauor: & tunc nulla præſtatione confirmatur, l.ſi certis annis, C. de pactis.*
  - Liberatione: *& aut illa liberatio ſolo temporis curſu*
    - Poterat induci, *& tunc per ſequentem præſtationem, ſeu patientiam per curſum illius medij temporis præcedens titulus inhabilis confirmatur. probatur in l. poſt, de adop. iuncta l. 1. & quod ibi notatur, C.de pat. poteſt.*
    - Non poterat induci: *& tunc aut titulus habilis præcedit*
      - Ab eo *qui contra ius commune poterat diſpenſare, & confirmatur per ſequentem patientiam, ſeu præſtationem patientiæ* 40. *annorum. l. ult. C.de fund.patrim.lib.*11.
      - Ab alio, *& nunquam confirmatur, l.competit, C. de præſcript.* 30. *ann.*

D.l.Cum

EX SOLA PRAESTATIONE LONGI TEMPORIS, QVANDO poſsit agi, ut ſibi in futurum præſtetur? CXIII.

D.l.Cum de in rem uerſo, num. 2.

R. Quod aut loquimur i tempore

- Eo, cuius *contrarij memoria non exiſtit, & ſufficit poſſe allegare tale tempus, l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqu. quotid. & æſt.*
- Minori, & *tunc aut loquimur in inducenda*
  - Obligatione, *& nunquam inducitur obligatio, l. creditor, C. de uſur. l. operis, de oper. libert.*
  - Liberatione, *& aut ius commune*
    - Reſiſtit, *& nunquam inducitur liberatio, l. competit, C. de præſcrip. 30. annorum.*
    - Non reſiſtit, *& tunc ex ſolo curſu temporis inducitur liberatio, ſecundum naturas diuerſas actionum: quia quædam tolluntur maiori, quædam minori tempore, l. ſicut, & l. omnes, C. de præſcript. 30. ann.*

TITVLVS VERVS ALLEGATVS EX PRAESTATIONE ſeu patientia diuturna, utrum præſumatur? CXIIII.

D.l.Cum, de in rem uerſo, nu. 3. de uſur.

R. Aut ius cōe præſtationi

- Reſiſtit, *& non præſumitur titulus, l. competit, C. de præſcript. 30. ann.*
- Nōreſiſtit: *et aut quæritur an præſumatur contra*
  - Facientem, *utputa contra ſoluentem: & tunc præſumitur titulus, l. cum de in rem uerſo, ff. de uſur.*
  - Patiētem: *& aut loquimur de præſumendo titulo in patientis*
    - Commodum *& fauorem, & præſumitur titulus, l. ſi filius, C. de petit. hæred.*
    - Incommodum, *& aut loquimur de præiudicio*
      - Modico, *& præſumitur titulus, l. qui in alieno, uerſ. ſed ſi non, ff. de acquir. hæred.*
      - Magno, & *aut loquimur de præſumendo titulo*
        - Obligatorio, *& non præſumitur titulus, l. Celſus, de uſucap.*
        - Liberatorio: *& aut loquimur de liberatione lucri*
          - Odioſi, *& præſumitur titulus, l. cum quidam, §. diuus, ff. de uſur.*
          - Non odioſi: *& tunc ex ſola patientia longi temporis non præſumitur, l. libertis, §. 1. ff. de alim. & cib. leg. & omnes ll. quæ dicunt actionib. perſonalib. non præſcribi minori ſpacio 30. annorum, ſecus, ſi cum patientia longi temporis alia interuenerunt, ut in caſu l. Procula. ff. de probat.*

DISTIN-

DISTINCTIONES BARTOLI SVPER INFORTIATO.

PVBLICA VTILITAS PRIVATAE AN ET QVANDO præferatur? CXV.

L.1.num.25.26.ff.ſol.mat.

R. Quòd quædã utilitas eſt publica

1. Quæ ſuam utilitatem adfert in communi, & in quolibet particulari: quæ conſiſtit in ſacris ſacerdotibus, & magiſtratibus: & illa præfertur omnibus alijs utilitatibus. l. ſancimus. la 2. C. de ſacroſ eccleſ.
2. Quæ ſuam utilitatem affert in communi, & non in particulari: ut quod habet camera fiſcalis. & tunc aut quæritur an præferatur
   - Vtilitati quæ eſt priuata principaliter, quæ tamen dicitur publica ſecundariò, quia reſpectu uniuerſi eſt utilis: & eſt apta in eo afferre utilitatem, ut quòd mulieres ſint dotatæ. & tali utilitati non præfertur, quia paribus paſſibus ambulant, l. 2. C. de priuileg. fiſci.
   - Vtilitati quę propriè dicitur priuata: & aut loquimur in præferendo
     - Iuri iam quæſito, & tunc publica utilitas illi præfertur, l. penul. ff. de priuileg. cred.
     - Iuri de nouo per principem condendo. & tunc quandoq; princeps præfert utilitatem priuatã, ne uideatur auarus, l. 1. in fi. C. de cad. toll.
3. Secundariò, ſed priuata principaliter: & eſt publica quia reſpectu uniuerſi utilis eſt, quia affert utilitatem reſpectu uniuerſi: & eſt apta afferre in quolibet actu particulari, ut quòd mulieres ſint dotatæ, & illa præfertur priuatæ utilitati. l. 1. ff. ſolut. mat. auth. res quæ. C. com. de legatis.
4. Quæ principaliter eſt priuata: ſed ideò dicitur publica, quia affert utilitatem reſpectu uniuerſi, ſed in particulari cuilibet per ſe ita quod, uni non alteri nec eſt apta afferre in quolibet particulari uniuerſaliter, ut quòd homines ſint diuites, quia hoc reipu. intereſt. §. fin Inſtit. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris.

QVOD MIHI NON NOCET, ET ALTERI PRODEST, quando teneor facere? CXVI.

L. 2. in princip. num. 13. ff. ſol. mat.

R. Quòd aut

- Præceſsit contractus, de cuius natura erat ut talè quid faciam, & tunc illud cogor facere, l. in creditore, ff. de euict.
- Non præceſsit talis contractus, & tunc aut alius ex facto meo
  - Aliquid lucratur, uel aliquid commodi ſentit: & tunc aut loquimur in
    - Teſtamento uel dote, & tunc eorum fauore quis cogi poteſt, l. quia poterat, ff. ad Trebell. l. 2. §. 1. ff. ſolut. matr.
    - Aliis caſibus, & non poteſt cogi quis ad faciendum, l. fin. ff. de uſu & habitat.
  - Aliquod damnũ euitat: & tunc aut petit à me
    - Vt poſsit reformare quod antea erat, & cogor, l. chirographis, cum ſua Gloſſa, ff. de adminiſt. tutor.
    - Vt aliquid de nouo faciam: & aut loquimur in
      - Cauſis piis, & quis cogitur, l. ſi quis ſepulchrum, ff de relig. & ſumptibus funer.
      - Cauſis aliis, & non cogor: utputa uult quòd uendam ſibi uiam ad fundum, cum aliò ire non poſsit, l. binas, ff. de ſeru. urban. præd.

PETERE, ET SOLVTIONEM RECIPERE, AN PROCEDANT ex eiſdem regulis? CXVII.

L. Non ſolum, num. 1. ff eod.

R. Aut quis petit nomine
- Alieno, & tunc procedunt ex eiſdem regulis: uel non ſine uoluntate eius, cuius nomine petit, nam ſi mandat utrũque ſcilicet quòd petat, & ſolutionem recipiat, poteſt facere utrunque. Si mandat alterum tantum, illud ſolum facere poteſt, exemplum in procuratore litis, qui poteſt facere petitionem, cum ſibi mandatum ſit: non autem ſolutionem recipere, quia hoc non eſt ſibi mandatum, l. hoc iure, ff. de ſolut.
- Suo, & ad ſuam utilitatem: & aut ille petere
  - Nõ poteſt: & aut nõ poteſt
    - Propter defectum iuris, quod habet: & non poteſt ſolutionem recipere, ſicut nec etiam petere poteſt, l. non ſolum, ff. de ſolut. mat.
    - Propter defectum qualitatis perſonæ, quia nõ poteſt ſtare iudicio: & tunc aut talis defectus
      - Eſt ita potens, quòd eodem modo, impedit petitionem, impedit & ſolutionem: ſicut in pupillo & furioſo: & tunc non poteſt ſolutionem recipere, l. non omnis, § fin. ff. ſi cert. pet.
      - Reſpicit petitionem tantum, propter ſolennitatem iudiciorum, non propter ſolutionem. Exemplum in filiofamilias & ſeruo: & tunc qui non poteſt petere, poteſt ſolutionem recipere, l. ſi unus, in princip. ff. de pactis.
  - Poteſt, & tunc procedunt illa duo ex eiſdem regulis: ita per totam diſtinctionem præſupponit Bartol. in l. non ſolum. ff. ſolut. matri.

MARITVS A' QVO TEMPORE FRVCTVS DOTIS INCIPIAT FACERE SVOS? CXVIII.

L. De diuiſione, num. 4. ff. eod.

R. Quod aut res dotalis eſt tradita
- Ante nuptias: & tunc inſpicitur tempus nuptiarum. l. ſi ante nuptias. ff. ſolut. mat.
- Poſt nuptias, et aut mulierem dotauit
  - Extraneus: & tunc fructus facit ſuos à tempore traditionis, niſi mora præceſſerit per interpellationem, uel curſum bienij, l. fin. § fin. C. de iure dot.
  - Illa ſeipsã, et tũc aut maritus onera matrimonij poſt nuptias
    - Non ſuſtinuit, & tunc lucratur fructus à tempore traditionis rei dotalis. l. in inſulam, §. uſuras. ff. ſol. mat.
    - Suſtinuit: & aut quominus rem dotalem acciperet
      - Stetit per eum, cum fortè fuerit interpellatus ab uxore, & lucratur fructus à tempore traditionis, l. de diuiſione: ſecũdum unam ſolutionem. Gloſſ. ff. ſol. mat.
      - Nõ ſtetit p eũ: & aut uxor
        - Non percepit fructus rei dotalis, & tunc idem quòd lucratur fructus à tempore traditionis. Gloſſa in l. de diuiſione. ff. ſolut. mat.
        - Percepit fructu rei dotalis: & tunc lucratur fructus à tempore quo incœpit ſuſtinere onera matrimonij: quia mulier eſt in mora re ipſa, nam cum iſte contractus ſit ultro citroq; obligatorius, ſtatim cum maritus implet contractum ex parte ſua, ſuſtinendo onera matrimonij, uxor dicitur in mora re ipſa. Bartol. in l. de diuiſione. ff. ſolut. mat.

HABENS CAVSAM A' ME, AN MIHI POSSIT REFERRE QVAESTIONEM dominii? CXIX.

L. Si alienam, num. 2. ff. ſolut. mat.

1. Aut quis conuenitur actione
   - Reali: & aut conuenitur poſſeſſor
     - Violentus, et ille non poteſt referre quæſtionem dominij, l. ſi quis emptionis. §. ſed hoc ſuper, C. de præſcript. 30. annorum.
     - Non uiolentus, & poteſt referre quæſtionem dominij. l. fin. C. de rei uindic.
   - Perſonali: & aut actione q̃ deſcendit
     - Directò ex contractu: & tūc aut de natura illius contractus eſt quòd
       - Requiratur quòd agens fuerit dominus, ut in contractu mutui, & poteſt referre quæſtionem dominij: ille tamen qui obijcit debet probare agentem non fuiſſe dominum, cum hoc præſumatur. Bartol. in l. ſi alienam. ff. ſolut. mat.
       - Non requiratur quòd actor contrahens fuerit dominus, ſed quòd conuentus non ſit dominus: & aut obijcit quaſi dominij
         - Alieni, & non auditur, l. ita ut ſi fur ff. commodati ratio, quia per talem exceptionem non perimitur ius agentis.
         - Proprii, & hoc quis facere poteſt. l. qui rem. ff. depoſiti, & hoc ſecundum diſtinctionem poſitam in l. ſi rem aliquam. ff. de acquir. poſſeſſ.
       - Non requiritur quòd agens ſit dominus, nec q̃ ille qui recipit ſit non dominus, ut in quibus caſibus ualeret emptio & locatio, & cæteri contractus ſuper re propria: & tunc non poteſt obijci exceptio dominij proprij nel alieni, l. ſi aliquam rem, ff. de acquirend. poſſeſſ.
     - Ex quodam quaſi contractu celebrato extra id quod agitur: & non poteſt quis referre quæſtionem dominij, & ſi agatur condictione indebiti ob cauſam, uel ex lege, uel triticaria, l. 2. ff. de condict. tritic. l. indebiti, §. ſed etſi nummi ff. ſi cert. pet.

MARITVS AN ET QVANDO HABEAT BENEFICIVM, VT MVLIERI ſolum in id quod facere poteſt condemnetur? CXX.

L. Maritum, ff. ſol. mat.

1. quia aut conuenitur actione
   - In rem: & non habet tale priuilegium, l. Neſennius, §. fundum. ff. de re iudic. quia quando conuenitur actione in rem, conuenitur ut quilibet poſſeſſor, non ut uir: & ideo meritò non habet tale beneficium.
   - Perſonali: et tunc aut actio illa deſcēdit ex
     - Maleficio, & non habet locum tale beneficium, l. ſi rerum. ff. de re iudic.
     - Cōtractu: uel quaſi: & tunc aut ex cōtractu
       - Dotis, & habet locum beneficium. l. maritum, ff. ſol. mat.
       - Alio: & tūc aut illa actio
         - Succedit in locū actionis de dote: et aut ſuccedit in eius locum
           - Propter negligentiam ſeu culpam uiri: & perdit tale beneficium, l. diuortio, ff. de neg. geſt.
           - Sine negligentia ſeu culpa uiri: & non perdit tale beneficium, l. 3. ff. de conſtit. pecun.
         - Eſt prorſus ſeparata ab actione de dote & tunc maritus habet tale priuilegium indiſtinctè. Gloſſa in uerbo facere, in fine, l. maritum. & ibi Bartol. ff. ſol. mat.

L. Quia

PRIVILEGIVM PERSONALE AD HAEREDES AN ET QVANDO tranſeat? CXXI.

L. Quia tale, ff. eod.

R. quia aut loquimur in rebus & caſibus in quibus de functo

- Non incœpit competere *tale priuilegium, & non tranſit priuilegium ad hæredes: non enim eſt dubium, quòd hæres minoris uel mulieris, in contractibus celebratis à ſe non habet beneficium minoris uel mulieris cuius eſt hæres. Bartol. in l. quia tale. ff. ſolut. mat.*
- Incœpit cōpetere *priuilegiū: & aut eſt datum priuilegium à*
  - Principe, *& non tranſit ad hæredes. l. 1. ff. de conſtit. pecun.*
  - Lege: *& aut illud priuilegiū induxit*
    - Exceptionem *ſeu defenſionem: & aut eſt exceptio*
      - Peremptoria, *& tranſit ad hæredem, poſtquam cœpit competere defuncto, l. 3. §. qui autem, ff. quod quiſque iuris.*
      - Dilatoria *in tempus, uel infra tēpus uitæ eius cui conceditur, & non tranſit ad hæredem, l. quia tale, ff ſolut. mat. nam iſtud beneficium, quòd maritus non conueniatur niſi in quantum facere poteſt, conceditur in tēpus, uſque quò uenerit ad pinguiorem fortunam, uel quoad uixerit, meritò ad hæredes non tranſit.*
    - Conceſsionem *alicuius rei uel actionis: & tunc quatenus facta eſt executio, uiuo eo cui conceditur, tranſit ad hæredes: & non plus, exemplum in uſufructu: nam fructus percepti uiuo uſufructuario, tranſeunt ad hæredes, & non ultra. l. defuncta, ff. de uſufr.*

FILIA AN ET QVANDO DICATVR CONSENTIRE VEL CONTRADICERE patri agenti de dote? CXXII.

L. Si cum dotem, §. eo autem tempore, num. 4 ff ſol. mat.

R. Aut filiā ſcire, quòd pater de dote agat,

- Dubitatur: *& tunc eſt locus cautioni de rato, quòd filia illud ſit ratum habitura, l. 2. §. uoluntatem, in fine ff. ſol. mat.*
- Eſt certū, *& tūc aut illa*
  - Scit, & tacet: *et aut illa eſt*
    - præſens: *& tūc aut*
      - Habet *cauſam contradicendi, & per officium iudicis ſuppletur, & habetur pro contradicente, l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, uerſ. ne tali, ff. ſol. mat.*
      - Non habet *cauſam contradicendi, & habetur pro confidente, l. 2. §. uoluntatem ff ſolut. mat.*
    - Abſens, *uel*
      - Quia *uerecundatur contradicere patri in præſentia, & tunc pro contradicente habetur: ideo examinatur cauſa contradictionis, an ſit iuſta uel iniuſta, d. l. ſi cum dotem, § eo autem tempore. uerſ ſed ſi latuer.*
      - Ob aliud: *et aut filia iuſtā contradicendi cauſam*
        - Non habet, *& habetur pro confitente, l. 2. §. uoluntatē, in fin. ff. eodem.*
        - Habet, *& ſi tunc illa cauſa iudici apparet, debet filiæ ſubuenire, d. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore, uerſ. nec non, ff ſolut. mat.*
  - Sit, & contradicit: *& tunc ſiue præſens, ſiue abſens, debet iudex cauſam contradictionis examinare, d. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore, ultimo reſponſo, ff. ſol. mat.*
  - Sit & conſentit: *& tunc non eſt dubium, quòd patri detur actio, niſi filia reuocet ante litem conteſtatam, d. l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore, in princip.*

PATER AN ET QVANDO TENEATVR DE DOTE FILII, quem habet in poteſtate?

CXXIII.

L. Ea. §. tranſgrediamur, num. 2. ff. ſol. mat.

R. quòd aut dotem recepit
- Pater: *et aut recepit*
  - Solus *nomine ſuo: & tunc ſolus tenetur, non filius, niſi ſit hæres patris, l. ſi cum dotem. § tranſgrediamur. ff ſolu. mat.*
  - Nominè filii, *hoc tamen acto, ut ipſe non teneatur: & tunc ſolus filius tenetur, ſi habet ratum, ſicut ſi ſolus recepiſſet: recepit enim per alium, d. §. tranſgrediamur.*
  - Nomine ſuo, *& filij ratum habentis: & tunc uterque tenetur de dote, l. finali, C. de dote cauta non numerata.*
- Filius: *et tūc aut hoc*
  - Sine patris *iuſſu: & tunc ſolus tenetur, non pater, niſi de peculio, uel de in rem uerſo, d. §. tranſgrediamur, uerſ. ſufficit*
  - Cū patris *iuſſu: & quem uoluerit obligari*
    - Dubitatio ēſt: *et habetur pro eo ac ſi eſſet obligatus uterque argumento l. in ambiguis, ff. de iure dotium.*
    - Eſt certum: *& tunc aut habuit animum obligandi*
      - Alterum tantum, *& ille tenetur de dote, l. ſi pupilli. §. 1. ff. de neg. geſt.*
      - Vtrumque: *& tenetur uterque, d. l. ſi pupilli, §. 1. ff. de neg. geſtis.*

LEX AN ET QVANDO EXTENDATVR AD CASVM ſimilem rationem habentem?

CXXIIII.

L. Si conſtante. num. 43. ff. ſol. mat.

R. quòd aut lex
- Eſt prolata *ſimpliciter: & tunc aut per extenſionem*
  - Induceretur *legum correctio: & tunc extenſio fieri non poteſt. auth. quas actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. l. præcipimus. C. de appell.*
  - Induceretur *legum declaratio ſeu diſtinctio: & tunc extenſio fieri poteſt, l. ſi conſtante. §. 1. ff. ſol. mat. c. quæ propter neceſſitudinem. de reg. iur. in 6.*
- Habet *uerba taxatiua: et tunc aut*
  - Per aliam *legem apparet de extenſione, & tunc fit extenſio, l. ob æs alienum, & ibi de hoc Gloſſa, C. de præd. minorum.*
  - Per aliā *legem non apparet de extenſione: & aut lex eſt prolata in caſu*
    - Fauorabili, *& procedit extenſio. l. illud, ubi de hoc apertè, C. de ſacroſanctis eccleſiis*
    - Odioſo, *& tunc non procedit extenſio, l. 2. de patrib. qui fil. diſtraxerunt, et quod not. Dynus in c. in argumentum, de reg. iur. lib. 6.*

SVCCESSOR AN ET QVANDO TENEATVR STARE COLONO? CXXV.

L Si filiofamilias, §.ſi uir,ff.ſol.mat.

R. Aut loquimur in ſucceſſore

- Vniuerſali: *& tunc dubium non eſt, quòd tenetur, & cogitur ſtare colono ſicuti defunctus, l.hæredem, ff.de reg.iur*
- Singulari: *& aut conductori ius in re*
  - Eſt conſtitutum, *& quilibet ſucceſſor cogitur ſtare colono, l.1.& 2, ff.ſi agere uectig.uel emphyteut.pet.*
  - Nō eſt cōſtitutum: *et aut ſucceßor ſucceßit*
    - Non in plenum *ius, ut miſſus in poſſeßionem cauſa rei ſeruandæ, & cogitur ſtare colono, l.in uenditione, §.1.ff.de bon.aut.iud.poßid.*
    - In plenum *ius: & aut ſucceßit*
      - Ex uoluntate: *& non cogitur ſtare colono, l. emptorem,* C. *locati.*
      - Ex neceſsitate: *& ille qui locauit, aut plenam adminiſtrationem*
        - Non habet, *ut fructuarius reſpectu iuris dominij: & ſucceſſor non tenetur ſtare colono, l.ſi quis domum, §.1.ff.locati.*
        - Habet reſpectu *alterius, cui reſtituitur poſtea: & ſucceſſor tenetur ſtare colono, l.ſi tutelæ, ff.de adminiſt.tutor.*
        - Habebat *nomine ſuo: & tunc ſimiliter ſucceſſor in quem transfetur, ex neceßitate tenetur ſtare colono, l.ſi uir, ff.ſolut.mat.*

CONSENTIENS VENDITIONI REI SVAE, AN ET QVANDO VIDEATVR conſentire animo donandi? CXXVI.

L. quæ dotis, num. 14. ff. ſol. mat.

R. Quòd aut loquimur in re

- Ab eo qui *eam uendidit antea mihi donata: & præſumitur donatio, l.ſi uerò non, §.Papinianus, ff.mandati.*
- Nō donata *ab eo, ſed ab autore ſuo uel ab eo qui eſt hæres: & tūc aut qui uendidit,*
  - Erat patronus *meus, uel hæres patroni: & præſumitur donatio, niſi aliud appareat. l.codicilli.§.1.ff.de legatis 2.*
  - Non erat *patronus: & tunc aut res*
    - Erat mea *re ipſa: & tunc præſumitur animo donandi conſentire, l.ſi fundum per fideicommiſſum, ff.de legatis primo.*
    - Erat mea *ſpe: et aut iſte actus cui conſentio*
      - Erat talis *actus, ex quo res ad me peruenire debet: & præſumitur animus donandi, l. cum pater, §. libertis, ff. de legatis 2.*
      - Non erat talis *actus: quia erat in re mihi legata ſub aliqua conditione, iſto caſu conſentiendo non uidear remittere fideicommiſſum, l.fundo.ff.ad l.Falcid.*
- Non erat donata *nec ab eo, nec ab autore ſuo, nec ab eo cuius eſt hæres: & tunc indiſtinctè conſenſus non inducit donationem, l.mater, l.cum à matre, C.de rei uendic.*

PRO CONSENTIENTE QVANDO HABETVR, QVI tamen uerè non conſentit?

C X X V I I.

L. Ea, num. 16. cum ſeq.

R. Quòd aut loquimur in

- Abſente: et tunc aut
  - Ignorante, & ille nunquam præſumitur conſentire, ita notatur in l. in eo. §. fi. ff. de ritu nupt.
  - Sciente: & aut loquimur in caſu, in quo
    - Cogitur conſentire, & præſumitur conſentire, l. 2. §. uoluntatem, ff ſol. mat.
    - Non cogitur conſentire, & non præſumitur conſentire, l. in delictis, in princip. ff. de noxal.
- Præſente, ſciente & tacente: & tūc aut loquimur in caſu in quo
  - Non requiritur nec conſenſus, nec diſſenſus: & tunc nulli applicabitur, ita quod nec conſentire nec diſſentire dicatur, l. 1. §. ſcientiam. ff. de tribut.
  - Requiritur uel cōſenſus, uel diſſenſus: & tūc aut quis tacet
    - Per contumaciam: & tunc præſumitur conſentire, uel negare in damnū ſui, l. de ætate, §. qui tacuit, ff. de interrog. act.
    - Nō per cōtumaciā: et aut loquimur in actu
      - Vniformi: et aut ille actus reſpicit
        - Meum fauorem, & uideor conſentire, l. qui patitur, ff. mandati.
        - Meum præiudicium: & aut circa
          - Ius reale: & aut circa id quod habet in re
            - Tertii: et tūc dic ut per Bartol. in l. fin. C. de remiſſ. pign.
            - Mea: & tunc aut eſt actus quem contradicēdo
              - Nō poſſū impedire, et non præſumitur conſenſus, l. Gaius, ff. de pig. act. fallit ratione conuictionis.
              - Poſſum impedire, & præſumitur conſenſus, l. fideiuſſor, §. pater, ff. de pignor. act. & ibi Gloſſa.
          - Ius perſonale: & in dubio tacēs, nō uidetur conſentire, l. filius, §. inuitus, ff. de procurat.
          - Ius tertii, cuius bona ſpectant ad me cura et ſollicitudine: & non præſumor conſentire.
      - Difformi, ut cum intras in poſſeſſionē meam, & taceo: & tunc aut contractus, de cuius natura illud tenebatur pati
        - Præceſſit, et præſumor conſentire, l. 2. & ibi notatur, C. de acquir. poſſeſſ.
        - Nō præceſſit: & aut tractatur de præiudicio
          - Magno, & uideor diſſentire, l. penult. ff. de furtis.
          - Modico, & præſumor conſentire, l. quā Tuberonis. §. ſunt quidam, ff. de pecul.

L. Poſt

VOLVNTAS AN ET QVANDO INDVCAT MANDATVM? CXXVIII.

L. Poſt dotem, num. 13. ff. eod.

R. Quòd aut loquimur in uoluntate
- Limitata: & tunc aut eſt facta limitatio
  - Ad certum & determinatum contractum: tunc illa uoluntas inducit mandatum, l. 1. ff. quòd iuſſu.
  - Non ad certum contractum: ut quando uoluntas patris eſt limitata, quod filius contrahat in peculio, quòd ſibi ſeparatim conceſſerat: & tunc illa uoluntas non inducit mandatum, l. pecuniam, ff. ſi cert. pet.
- Non limitata: & tūc aut negotium
  - Spectat principaliter ad eum, cuius uoluntate geritur: & tunc aut
    - Interuenit alia neceſſaria cauſa ad inducendum mandatum, l. qui patitur & quod ibi notatur, ff de mandati.
    - Non interueniunt ulla neceſſaria: & tunc uoluntas non inducit mādatum, notatur in l. conſenſu, ff. de act. & obligat.
  - Spectat principaliter ad gerentem: & tunc uoluntas non inducit mandatum, l. 2. §. fin. ff. mādati.
  - Spectare poteſt pariter ad utrunque: & tunc aut
    - Voluntas eſt cauſa negotij, ut quia præcedit uoluntas mea, propter quam tu aliquid facis: & tunc uoluntas inducit mandatum, ut l. prima ibi, dum dicitur, ſiue uolo. ff. mandati.
    - Negotium eſt cauſa uoluntatis, ut te faciente aliquid ex tuo motu, ego uolui & cōſenſi: & non inducitur mandatum, l. aliud eſt uendere, ff. de reg. iur. parit tamen aliquod præiudicium, ſecundum ea quæ tradit Bart. in l. 2. §. uoluntatem, ff. ſolut. mat. inducit etiam ratihabitionem, ſi eius nomine gererent.

VARIATIO AN ET QVANDO PERMITTITVR? CXXIX.

L. De rebus, ff. de rer. amot.

R. Quòd aut uariatio inducit
- Contrarietatē: & tunc non admittitur uariatio, l. ſi ita ſtipulatus. in fin. ff. de oper. libert. l. nam abſurdum, ff. de bon. libert. & ad hoc faciunt omnes leges, quæ dicunt quòd allegans contraria, non audiatur.
- Simplicē diuerſitatem: et aut uariatio eſt in hoc
  - Quòd plures res ad inuicem ſeparantur, & eo caſu licita eſt uariatio, l. cum hi, § qui tranſigit. ff. de tranſact.
  - Quòd uoluntas mutatur: & tunc aut proprietas rei ſeu uocabuli ſe habet ad
    - Varietatem impediendam: & hoc caſu uarietas non admittitur, impediente aut natura rei, aut uocabuli: ut in electione rerum legatarum, cum ſtatim rei acceptatæ acquiratur dominium, l. apud Aufidium, ff. de optione legata.
    - Varietatem inducendam: & hoc caſu admittitur uariatio, ſiue rei proprietas ſuadeat: ut in electione legati, l. eum qui, § certarū, in fine, ff. de uerb. obligat. ſiue hoc inducat natura uocabuli: ut ſi ſtipuler illum uel illum, quem uolam. ut l. ſi quis ſtipulatus ſit. in 2. reſponſo, ff. de uerb. obligat.
    - Nec ad impediendam, nec inducendam uarietatem: & tunc dicitur, ut per Dynū in c. mutare conſilium, & c. quod ſemel. de reg. iur. lib. 6.

L. Si

CONTRA MVLIERE M AN ET QVANDO DETVR ACTIO rerum amotarum, & quando utilis? CXXX.

L. Si mulier, ff. eodem.

R. Quòd poſt quam mulier res amouit aut diuortium

- Non eſt ſecutum: *& non datur directa, ſed utilis, uel in factum actio, l. 2. C. de rer. amot. ff. eodem.*
- Eſt ſecutū *et tunc aut ex qua cauſa mulier res dotales amouerit*
  - Dubitabatur: *& tunc aut mulier illas res poſt diuortium*
    - Celat, *& præſumitur gratia diuortij amouiſſe tales res: & ideò datur actio rerum amotarum directa, l. ſi concubina, §. res amotas, ff. rei. amot.*
    - Non celat, *& illas non ſtatim præſumitur amouiſſe cauſa diuortij: & ſic datur quandoque etiam tunc utilis, ita præſupponit* Bartol. *in l. ſi mulier, ff. rer. amot.*
  - Eſt certū: *& tunc aut amouit*
    - Non cauſa *diuortij: & tunc ſiue poſt diuortium res amotas celet, ſiue non, non datur directa, ſed utilis, l. ſi mulier, ff. de rer. amot.*
    - Cauſa diuortii: *& tunc datur directa, l. ſi concubina, §. res amotas, l. rerum amotarum, ff. eodem.*

CONCVRRENTE CAVSA NATVRALI, ET CAVSA accidentali quæ præualeat? CXXXI.

L. Qui habet, ff. de tutelis.

R. Quòd aut cauſæ naturales & accidentales

- Sunt inuicem *repugnantes: & tunc præualet accidentalis, cum natura alteretur, l. 1. §. beſtias, ff. de poſtul.*
- Non ſunt inuicem *repugnantes, ſed repugnant effectus earum: & tunc præualet cauſa naturalis, l. qui habet, ff. de tutel. ubi pupillo furioſo non datur curator ut furioſo, ſed datur tutor ut pupillo: & ſic ibi non repugnat cauſa naturalis & accidentalis: quia poteſt eſſe pupillus & furioſus.*
- Poſsint ſimul *concurrere, & etiam effectus earum ſe compatiuntur: & tunc una non præualet alteri, ita loquitur l. cum pater, ff. de iure dotium.*

SPES TESTAMENTARIAE TVTELAE QVANDO FACIAT ceſſare legitimum? CXXXII.

L. Si quis ſub conditione, nu. 1. ff. de teſtam. tutel.

R. Quòd aut tutor teſtamentarius

- Nunquam fuit, *ſed eſt ſpes quod fiat: & eſt locus datiuo, l. ſi quis ſub conditione, ff. de teſtamen. tutel. Inſtit. de Atil. tut. in princip.*
- Fuit, *ſed eſſe deſiit: & aut deſiit*
  - Iudice *hoc principaliter agente: & eſt locus tutori datiuo, d. l. ſi quis ſub conditione, 2. reſponſo, ff. de teſtamen. tutel.*
  - Ex cauſa naturali *uel ciuili, iudice hoc principaliter non agente: & tūc aut*
    - Deſiit unus, *alijs remanentibus: & eſt locus datiuo, l. ſi quis ſub conditione, in fin. ff. de teſtam. tutel.*
    - Deſierunt omnes: *& tunc aut ſpes quòd tutelam reaſſumant,*
      - Non ſupereſt, *quia fortè ſunt mortui: & tunc ſuccedit legitimus, d. l. ſi quis ſub conditione, uerſ. quòd ſi tutor, ff. de teſtam. tutel.*
      - Supereſt: *et tunc aut illa ſpes eſt*
        - De iure communi, *ut in capto ab hoſtibus: & eſt locus tutori datiuo, l. 1. §. ſi apud hoſtes, ff. de legit. tutor.*
        - De iure ſpeciali, *ut in deportato per reſtitutionem: & ſuccedit legitimus, ceſſante datiuo, quia illa ſpes non attenditur, l. 3. §. non tantum, ff. de legit. tutor.*

D. l. ſi

TVTOR LEGITIMVS SI NON EST QVI DEBET, AN ſuccedat alius legitimus, an uerò datiuus? CXXXIII.

D.l.Si quis ſub conditione,nu.12.

R. Quòd aut tutor legitimus
- Non fuit, *ſed eius ſpes ſupereſt, ſcilicet primi legitimi qui alios præcedit: & tunc non eſt locus ſequenti legitimo, ſed datiuo, l.non ſolum,§. ſi libertus, & ibi not.ff.de excuſat.tut.*
- Fuit, *ſed deſijt: & tunc aut deſijt*
  - Facto iudicis *principaliter hoc agentis, & non eſt locus legitimo ſequenti, ſed datiuo, l.1.§. quæri poteſt, ff.de legit.tutorib.*
  - Cauſa naturali *uel ciuili, iudice hoc non agente: & tunc aut*
    - Supereſt *aliquis legitimus eiuſdem gradus: & non eſt locus ſequenti legitimo.*
    - Omnes *legitimi eiuſdē gradus deſierūt: & tūc ſpes quòd reaſſumat*
      - Non ſupereſt, *& ſuccedit ſequens legitimus, l.3.uerſ.ſed ſi omnes, ff. de legit.tutor.*
      - Supereſt. *et aut ſupereſt*
        - De iure communi, *ut in capto ab hoſtibus: & tunc non ſuccedit legitimus, ſed datiuus, l.3.§.ſi apud hoſtes, ff.de legitimis tutor.*
        - De iure naturali, *ut in deportato: nec eſt locus datiuo, l.3.§. pen.ff.de teſtam.tutel.*

PLVRES TVTORES TESTAMENTARII QVANDO SVNT, an & quando offerens ſatiſdationem permittatur ſolus adminiſtrare? CXXXIIII.

L.Teſtamento datos,ff.de teſtam. tutel.

R. Quòd aut ſatiſdationem
- Offerunt plures: *& tūc aut ordo prouocantiū*
  - Apparet: *& tunc ſecundus, cum primus ſua prouocatione ſecundo facultatem hanc dederit, §.1. Inſt.de ſatiſdat.tut.*
  - Non apparet: *& tunc eligitur qui iudici de hoc cognoſcenti uidebitur idoneus magis, l. quod ſi plures, ff.de teſtam.tutel.*
- Offert unus: *& tunc aut oblationem tutores uel*
  - Acceptant, *quòd ille ſolus gerat adminiſtrationem: & hoc habita cauſæ cognitione, de qua in l.in teſtamento, in fine, ff.de teſtam.tutel. & tunc ſolus adminiſtrabit. & de hoc bene in d.l. in teſtamento, in princip.*
  - Non acceptant: *et tūc aut uolunt adminiſtrare*
    - Simul *cum offerente ſatiſdationem, & offerendo ſatiſdationem illi contutores audiuntur, & omnes gerent, d.l.teſtamento, in uerſ.ſed rectè.*
    - Soli contutores, *illo qui ſatiſdationem offerebat non admiſſo: & tunc pariter audiuntur, d.§.1.Inſtit.de ſatiſdat.tutorum.*
- Offert nullus, *ſed petunt quòd uni adminiſtratio decernatur, uel diuidatur: & tunc gerit adminiſtrationem ille quem maior pars tutorum elegerit, uel iudex elegerit, uel poſſunt eam diuidere, l.3.§.finali, ff.de adminiſt.tutor.*

TVTOR A' PATRE IN TESTAMENTO DATVS, AN debeat confirmari? CXXXV.

L. Naturali. §. ſi quæratur, num. 2. ff. de confi. tut.

R. Aut pater dat tutorem filio

- Legitimo *et naturali in poteſtate: & tunc aut in uoluntate*
  - Solenni, *& non eget confirmatione, l. 1. in princip. ff. de confirma. tutor.*
  - Minus ſolenni: *et tūc aut in minus ſolenni ex cauſa*
    - Præteritionis, *uel exhæredationis: & tunc tutor datus non eget confirmatione,* Bartol. *in l. naturali, §. ſi quæratur, ff. de confirm. tutor.*
    - Defectus ſolēnitatis *& tunc aut eſt datus tutor*
      - Vnus ex liberis *& non eget confirmatione, l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto, C. de teſtam.*
      - Extraneus: *& tunc ſi pater deceſſit*
        - Incontinenti *poſt teſtamentum, ſine inquiſitione confirmatur.*
        - Ex interuallo *adhibetur inquiſitio quædam, de qua dicitur in l. in confirmando, eum ſeq. de confirm. tutor.*
- Legitimo tantū: *et aut ille filius legitimus*
  - Eſt in poteſtate *patris: & tunc diſtinguitur ut in filio naturali & legitimo,* Bartol. *in d §. ſi quæratur, &c.*
  - Non eſt in poteſtate *patris, & tunc confirmatur etiam cum inquiſitione, ita uidetur uelle* Bartol. *in d. §. ſi quæratur. allegat ad hoc l. eum in adoptiuis, C. de adopt.*
- Naturali tātū, *et tunc aut filio*
  - Naturali *& legitimo, qui tamen eſt emancipatus, in quo propter emancipationem uinculum ciuile eſt ſublatum, tunc datus confirmatur ſine inquiſitione, l. 1. ff de confir. tut.*
  - Nato ex cōcubina, *& tunc aut eum*
    - Inſtituit, *& non confirmatur ſine inquiſitione l. naturali, in princip. ff. de confir. tut.*
    - Inſtituit: *et tunc aut alia bona*
      - Non habet, *& confirmatur ſine inquiſitione, l. ſi patronus, ff. de confirm. tut.*
      - Habet, *& confirmatur: & quidem in bonis alijs, cum inquiſitione ſibi adminiſtratio decernitur, l. fin. C. de confirm. tut.*

TVTELAE DIVISIONE FACTA, AN VNVS POSSIT SE intromittere de his quæ pertinet ad adminiſtrationem alterius? CXXXVI

L. Inter tutores, nu. 3. de adminiſt. tutor.

R. Aut quis uult ſe intromittere

- Adminiſtrando, *& non poteſt ſe intromittere: quia diuiſio inter eos habet effectum, l. inter tutores, ff. de adminiſt. tutor.*
- Agēdo cōtra alium: *& tunc aut illud*
  - Nullo modo ſpectat *ad adminiſtrationem, nec ratione rei, nec perſonæ: & tunc repellitur exceptione, l. uel in partes, ff. de adminiſt. tutor.*
  - Pertinet *ad eius adminiſtrationem, ratione perſonæ coniunctæ; & tunc poteſt agere, l. tutores, § hæres, ff. de adminiſt. tutor.*
- Defendendo, *et tūc aut defēdendo*
  - Volūtariè *& tunc aut uult aliū defendere*
    - Vt tutor, *& non poteſt ſponte uenire ad defendendum, eadem ratione: quia non poteſt agere, l. uel in partes, ff. de adminiſt. tutor.*
    - Vt quilibet *extraneus, & non eſt dubium quòd poſſit,* Bartol. *l. inter tutores, ff. de adminiſt. tut.*
  - Neceſſariò, *ut ſi conuenitur principaliter ex perſona alterius: & tunc aut conuenitur*
    - Actione reali, *& non poteſt ſe intromittere, l. ſi duo, ff. de adminiſt. tutorum*
    - Actione *perſonali: & tunc aut*
      - Conuenitur *in foro adminiſtrationis ſuæ, & poteſt conueniri, l. inter tutores, ff. de adminiſt. tutor.*
      - Quis *uult eum trahere ad aliam prouinciam, & non poteſt conueniri, l. 2. C. ſi ex plurib. tutor.*

L. Titia

TVTOR SI NEGOCIATVR, AN AD PVPILLVM PERTINEAT pars lucri, an uerò petat ſimpliciter intereſſe? CXXXVII.

L.Titia,§.altero,ff.de adminiſt.tutorum.

R. Aut tutor negociatur

- Nomine communi: *& non eſt dubium quòd compendium ſeu lucrum ſit commune, l.qui negociationem, §.1.ff. de adminiſt tutor.*
- Nomine proprio: *et aut de pecunia*
  - Communi *cum pupillo: & tunc quia res empta efficitur communis, communicabitur compendium, l.actione, § ſi in rem, & ibi notatur, ff.pro ſocio.*
  - Sua propria, *& redacta ex rebus pupilli: non enim pecunia illa efficitur pupilli, l.qui uas, §.fin. ff. de furtis, quia pecunia facilè conſumitur conſumptione & immixtione: & ideò uoluit lex tutorem teneri in genere: & tunc compendium eſt tutoris proprium, ſed pupillo tenetur ad uſuras uel intereſſe, l. Titium, § altero, ff.de adminiſt.tutor.*
  - Dubitatur *de qua pecunia ille negocietur, & in dubio præſumitur negociari de propria, l.ſi defunctus, C.arbit.tutel.nec in dubio recurrendum ad coniecturas, quas tangit Gloſſa in l.cum oportet, in princip. C.de bon.quæ liber.*
- Ita quod dubitetur, *an proprio uel communi nomine fuerit mercatus: & tunc in dubio præſumitur, quòd ſuo proprio nomine d.l.& magis, ff de ſolutionib.ne perſona ſubintelligatur extrinſecus, l.ſi ita ſtipulatus, la 6.§.Chryſogonus, ff.de uerb.obligat.*

PVPILLVS AN ET QVANDO POSSIT OBLIGARI SINE tutoris autoritate? CXXXVIII.

L Obligari, num.2.ff de autor.tutor.

R. Quòd aut

- Obligatur *pupillus tantum: & non poteſt ſine tutoris autoritate, ut l.obligari.in princip.ff de autor.tutor.*
- Pupillus tantum *ſibi acquirit, & in nullo obligatur, nec de ſuo diminuit, & alium ipſe ſibi obligat: & tunc hoc poteſt ſine tutoris autoritate, l.obligari, in ſecundo reſponſo, ff.de aut.tutorum.*
- Pupillus celebrat *contractum, uel quaſi contractum, in quo ſe obligat, uel de ſuo diminuit, & alium ſibi obligat, uel ſibi acquirit: & tunc aut celebrat actum*
  - Per ſe ſolum, *& non ualet, nec ipſe obligatur, d.l.obligari, §.pupillus hæreditatem, ff.de autor.tutor.*
  - Cum alio: *& tunc aut diminutio patrimonij pupilli*
    - Eſt cauſa immediata, *& proxima obligationis alterius: & pupillus ſibi non acquirit, ut in mutuo & ſolutione, d.l.obligari, uerſic. ſed credendo.*
    - Non eſt cauſa *proxima & immediata obligationis alterius: & pupillus non obligatur, ſed alterum ſibi obligat, l.pupillus, §.pupillus, ff. de autor.tutor.*

L.pupil-

TVTOR AN ET QVANDO POSSIT REM PVPILLI EMERE?

CXXXIX.

L.pupillus §. itē ipſe tutor, nu. 4.ff.de auth. tutor.

R. Quòd aut tutor adminiſtrationem
- Habebat: *& tunc aut*
  - Per ſe, *& tunc aut*
    - Autoritate *cōtutoris; & aut emit*
      - Bona fide, *& ualet emptio, l.pupillus, §.item ipſe tutor, ff.de autor.tut.*
      - Mala fide, *utputa precio uiliori: & tunc non ualet emptio, d. §. item ipſe tutor. ff. de autor.tutor.*
    - Autoritate ſua, *& aut emit rem*
      - Iam alii *legitimè uenditam, cum ipſe precium nollet ſoluere: & tunc ualet emptio, l.tutor reum, ff.de adminiſt.tutor.*
      - Nulli antè *uenditam, & tunc aut emit*
        - Palàm & bona fide, *& ualet emptio, arg. l. non exiſtimo, ff.de adminiſt.tutor.*
        - Clam & tacitè, *& non ualet emptio, d. §. itē ipſe tutor. ff. de autor.tutorum.*
    - Vendentè creditore, *& ualet emptio, ſi bona fide fiat: aliàs ſecus, l.pupillus, §.item ipſe tutor. uerſ. ſed etſi creditor, de auto.tutor. quia mala fides præſumitur ex modicitate precij, uel ex interpoſitione perſonæ.*
  - Per alium: *& aut ſuo iuri*
    - Subiectum, *& non ualet emptio, perinde ac ſi ipſemet emeret, d. §.item ſi tutor. in fine, ff.de autor.tutor.*
    - Nō ſubiectum: *et tunc aut quod ipſe tutor emit,*
      - Apparebat, *licet nomē alterius faceret in inſtrumento a ſcribi, & ualet emptio, d.§.item ipſe tutor. uerſ. ſanè.*
      - Nō apparebat, *& non ualet emptio, eo enim ipſo quòd per interpoſitam perſonam emit, fraus præſumitur, d. § item ipſe tutor. uerſ. ſed ſi per interpoſitam.*
- Non habebat: *& tunc tutor poteſt emere ſicut quilibet alius extraneus hoc poteſt, l.tutores, ff.de autor. tutor.*

TVTOR IN RE PVPILLI CONTRAHENS, AN DICATVR contrahere tutorio, an uerò proprio nomine?

CXL.

L.poſt mortem, §. tutor, nu. 2. & 3. ff. quād. ex fact. tutor.

R. Quòd aut eſt
- Certum, *qualiter ſe uoluerit obligare tutor, quod ex actis in contrahendo illud colligatur: & tunc meritò ſtamus certo, Bartol. in l.poſt mortem, §.tutor, nu.2. & 3. ff.quando ex fact.tutor.*
- Dubiū, qa *promiſit ſimpliciter, non dicendo pro ſe, ſuiſq; hæredib. & tunc aut contraxit in re*
  - Quæ euidēter *pertinet ad pupillum: & tunc aut contraxit promittendo*
    - Animo nouandi, *& tunc ex hoc uidetur proprio nomine promittere, l. 4. §. in eum, ff.de adminiſt. rer. ad ciuit. pertinentium*
    - Nō animo *nouandi, & aut tutor*
      - Sciebat *pupillum ex hoc conueniri non poſſe, & ille qui cum eo contrahebat: & tunc propter dolum ipſemet tutor proprio nomine tenetur, l.cum poſt, §. 1. uerſic. præterea, ff.de adminiſt.tutor.*
      - Non eſt *in dolo, & tunc uidetur promittere tutorio nomine, d. l. poſt mortem, §. tutor, & habes de hoc in l.finali, ff.quando ex facto tutor.*
  - quæ æquè *pertinere poteſt ad eum ſicuti ad pupillū: et tunc aut*
    - Fuit expreſſum, *hoc fieri in cauſa pertinente ad pupillum: & uidetur contrahere tutorio nomine, d.l.poſt mortem, §.tutor, expreſſio enim cauſæ perinde eſt, ac ſi diceret, ſe tutorio nomine hoc facere.*
    - Non fuit *expreſſa cauſa: & tunc uidetur ſe proprio nomine obligare, d. l. poſt mortem, §. tutor. Quæ intelligenda ſunt, quantum ad actionem dandam creditori, contra eum, ſed ſibi tutori hoc caſu, ſicuti in omnibus quibus ſuprà dictum eſt tutorem proprio nomine teneri, quia illud conuertit in utilitatem pupilli, datur actio contra pupillum, niſi conſtet quòd fecerit animo donandi, Bartol. in l.poſt mortem, §.tutor ff.quando ex facto tutor.*

ORDO AN ET QVANDO ATTENDENDVS? CXLI.

L Si duos, num. 2.ff.de excuſa.tut.

R. quod aut loquimur de ordine

- Quo ad ſe ipſum: *& tunc ſpectamus ordinem, quia inordinatum nihil, in Auth. de hæred. & Falcid.*
- Habito reſpectu *ad aliud: et tūc aut quæritur aut*
  - Ordo uitiet rē *de qua agitur: & tūc aut eſt*
    - Ordo neceſſitatis: *& tunc ordo omiſſus uitiat rem, l. 2. §. prius ff. de uulg. et pupil.*
    - Simplex inſtitutio *ordinandæ uoluntatis: & tunc ordo omiſſus non uitiat actum, l. quidam, ff. de pecul. legato.*
    - Dubium *an ſit ordo neceßitatis, an uerò non: & tunc idem quod talis ordo omiſſus nō uitiat actum, quia cenſetur tanquam ſimplex inſtitutio. l. ambiguitates, C. de Teſtam.*
  - Ex ordine *reſultet ius: & tunc aut diſpoſitio legis, uel hominis uoluntas*
    - Eſt certa: *& ex eo ordine ius non reſultat: neq; curamus de ordine, cum diſpoſitio ſit certa, l. nec enim, ff. de ſolut.*
    - Eſt incerta, *& tunc ſequimur ordinem, l. generaliter, §. quid ergo, ff. de fideicom. libert.*

CLERICVS QVIS FACTVS, POST CONTRACTVM VEL DELICTVM coram quo iudice conueniendus? CXLII.

L. Non ſolum. §. ſunt & alii ff. de excuſa. tut.

R. quòd aut actio ſeu accuſatio ex contractu reſultans

- Eſt in rem *eius qui factus eſt clericus: & tunc debet agi coram iudice ſeculari. Iohan. And. in. c. 1. extra, de obl. ad. ration. ordin.*
- Eſt in perſonam *eius qui eſt factus clericus: & tum: aut eſt*
  - Certum quòd propter *obligationem, & ſic ad euitandum forum eſt factus clericus: & tunc idē quod conuenitur coram iudice ſeculari, l. hos accuſare, in princip. ff. de accuſat.*
  - Certum quòd non eſt *factus clericus ad euitandum forum: & tunc conueniretur coram iudice Eccleſiaſtico. l. prætor. ibi, uel qui ſacerdotium ff. de uacat, & excuſat. mun. l. hos accuſare. §. hoc beneficio. ff. de accuſat.*
  - Dubiū, *an propter contractum ſit factus clericus: & aut eſt factus clericus*
    - Poſtquam inceptum eſt *inquiri contra eum per inquiſitionem ſeu accuſationem: & tunc præſumitur feciſſe in fraudem, ſcilicet ad euitandum forum, & finitur proceſſus coram iudice ſeculari. l. fin. ff. de bon. eorum qui ante ſentent.*
    - Antequam ageretur *contra eum ſiue actione, ſiue accuſatione: & non præſumitur eum hoc feciſſe in fraudem, ad euitandum forum, d. l. finali de bon. eorum, qui, &c.*

AN STATVTVM POSSIT DISPENSARE, VT QVI ALIAS teſtari prohibetur, poſſit teſtari? CXLV.

L. Si quæramus. num. 5. ff. de Teſtamen.

R. Aut quis prohibetur teſtari propter

- Defectum *ſuæ poteſtatis & quis non eſt ſui iuris, de iure*
  - Canonico: *& tunc ſine dubio ſtatutum non poteſt diſpenſare. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. ext. de conſtit.*
  - Gentium, *ut obſides, ſerui, & ſimiles. & tunc idem quod non poteſt diſpenſare, quia iura naturalia non poſſunt immutari per ſtatuta. d. §. ſed naturalia. Inſtit. de iure naturali.*
  - Ciuili, *ut filius familiâs: & tunc poteſt diſpenſari circa hoc per ſtatutum, & hoc per regulam uniuerſalem. l. omnes populi. ff de iuſt. & iure. item, quod per ſtatutum poteſt dari iuriſdictio alicui, quod poſſit interponere autoritatem ſuper emancipatione, & ſic poteſt diſpenſare circa patriam poteſtatem.*
- Mentis defectum: *& tunc aut loquimur in defectu*
  - Vero, *ut in furioſo & mente capto: & tunc ſtatutum non poteſt circa hoc diſponere, cum in eo non cadat illud quod eſt ſubſtantiale, ſcilicet iudicium & ſententia uoluntatis ſuæ. l. 1. ff. de teſtam.*
  - Præſumptiuo *ut in impubere & prodigo, cui eſt interdictum bonis: tunc quia eſt præſumptio de iure ciuili ſtatutum, poteſt diſpenſare poteſt enim tollere ea quæ ſunt iuris ciuilis.*
- Defectum ſenſualitatis: *& tunc aut loquimur in*
  - Cæco: *& poteſt ſtatutum diſpenſare, cum ſit teſtabilis, licet cum maiori ſolennitate, l. hac conſultiſſima, C. qui teſtam. fac. poſſ.*
  - Aliis, *ut muto & ſurdo, & ſtatutum non poteſt diſpenſare quia imperator hoc uidetur expreſſè reſeruaſſe, l. diſcretis, C. qui teſtam. fac. poſſ.*
- Pœnalitatem: *ut damnati ad mortem, deportati, banniti, excommunicati & infames, de hoc uide Bartol. in l. ſi quæramus, in fine, ff. de teſtam.*

PATER ET FILIVS QVANDO PRO SE INVICEM TESTES eſſe poſſint? CXLVI.

L. Qui teſtamento. §. quæcunque, ff. de Teſtame.

R. Aut loquimur in cauſis, in quibus

- Debet filius *eſſe teſtis in cauſa patris: & aut loquimur an poſſit eſſe teſtis in*
  - Teſtamento patris: *& indiſtinctè dicitur, quòd non, l. qui teſtamento. §. quæcunque, ff. de teſtam.*
  - Aliis cauſis *patris: & tunc illa negocia*
    - Pertinent *ad patrem: & indiſtinctè non poteſt eſſe teſtis filius, ſiue ex eo negocio patri uel filio aliquid quæratur, ſiue non l. parentes, C de teſtib.*
    - Non pertinent *ad patrem, ut quia agit nomine procuratorio alterius: & tunc aut ex negocio*
      - Patri aliquid *quæritur: & tunc filius non poteſt eſſe teſtis. l. qui teſtamento. § quæcunq; ff. de teſtam.*
      - Patri nihil *quæritur: & tunc filius bene poteſt eſſe teſtis. Gloſſ. in d. l. qui teſtamento, §. quæcunque.*
- Pater debet eſſe *teſtis in cauſa filij: & tunc aut ex facto filij*
  - Patri aliquid *quæritur: & tunc non poteſt eſſe teſtis in negocio filij, argumento, l. quæſitum, ff. de in ius uoc.*
  - Patri nihil *quæritur, ut ſi filius eſſet procurator in cauſa: & tunc pater poteſt eſſe teſtis, argumento l. ad teſtium, in princip. ff. de teſtam.*

PROVISIO FACTA IN VNVM CASVM, AN ET QVANDO porrigatur ad alium? CXLVII.

L.Gallus, §.& ſi quid tantum, ff.de lib.& poſth.

R. Aut prouiſio facta ſit per modum
- Diſpoſitionis: & tunc aut ex uirtute expreßi caſus omiſſus
  - Poteſt intelligi: & tunc prouiſio extenditur ad illum caſum ita omiſſum, §.illud.Inſt.pro ſocio.
  - Nō poteſt intelligi: & aut ex uoluntate diſponentis caſus omiſſus
    - Poteſt intelligi: & tunc ad illum extenditur prouiſio, cum dicatur diſponentem uoluiſſe, ut prouiſio ita extendatur, l. Titius, §. 1. ff. de lib. & poſthum.
    - Nō poteſt intelligi: & aut
      - Ille caſus eſt penitus omißus: tunc ſi caſus omiſſus ſimilis eſt expreſſo, & habet eundem effectum, extenditur prouiſio, aliàs non.
      - Fuerūt expreßi duo caſus, qui obuenerant coniunctim: & tunc aut ſumus in materia in qua ſit
        - Interpretatio lata et plena, ut in teſtamentis: & tunc prouiſio extenditur ad caſum omiſſum, l. ſi ita, in princip. ff. de lib. & poſth.
        - Interpretatio non ita lata ſeu plena, ut in materia non fauorabili: & tunc prouiſio non extenditur, ut in l.um paſſam, §. præſcriptione, ff. de adulter.
- Conditionis: & tunc aut caſus omiſſus eſt expreſſo
  - Diſſimilis; & ad illum prouiſio non extenditur, l. ſi cum dotem, in princip. ff. ſolut. mat. l. commodiſſimè, ff. de lib. & poſthumis.
  - Similis: & aut loquimur in conditione
    - Neceſſaria ex parte actus, uel ex parte effectus: & tunc ad caſum omiſſum prouiſio porrigitur, nec refert quid ex æquipollentibus fiat, l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthu.
    - Volūtaria: & tunc illa debet impleri in forma ſpecifica, nec porrigitur ad alium caſum non expreſſum, l. qui hæredi. ff. de condit. & dem.

NEPOS EX FILIO SPVRIO, AN ET QVANDO INSTITVI POSSIT? CXLVIII.

L. Gallus, §. quid ſi is, ff. de lib. & poſth.

R. quòd aut
- Certum eſt nepotem inſtitui
  - Propter ipſum, & non contemplatione filij: & ualet inſtitutio ſine dubio, nam defectus patris ita demum nocet filio, ſi ſit in his quæ ex perſona patris deſcendunt: item in his quæ filius aliunde haberet. Sed hic nepos ſuccedit auo ex perſona ſua, ex inſtitutione facta de ſe non ex perſona patris ſui, &c.
  - Contemplatione filij ſpurij, ut ſibi acquirat: & eo caſu indubitati iuris eſt, quòd non ualet per text. in l. 1. C. de natur. libr.
- Dubitatur, utrum nepos ex ſpurio contemplatione ſui, an uerò patris inſtituatur: & intelligitur nepos inſtitutus nomine ſuo, non patris, ita firmat Bartol. per duo fundamenta in l. Gallus, §. quid ſi is. prope finem, ff. de lib. & poſthum.

¶Nepotem ex filio ſpurio poſſe ab auo inſtitui, deficiente legitima ſobole, Alex. dicit in d. l. Gallus, §. quid ſi is. de lib. & poſth. Et ad addit, eam eſſe communem opinionem.

CONCESSIO FACTA SIBI SVIS'QVE HAEREDIBVS, DE quibus hæredibus intelligatur? CXLIX.

L. Gallus, §. etiamſi parente, nu. 4 ff de lib. & poſthum.

R. quòd aut uerba illa ſuis hæredibus referũtur ad tempus

- Vitæ eius *de quo loquimur: & tunc ſemper intelligitur de liberis illis qui tenent primum locum, l. Gallus. §. etiamſi parente, ff. de lib. & poſth. nam in uita non habet quis hæredem.*
- quod eſt *poſt mortem eius de quo loquimur: et tũc aut uerba proferuntur circa illud quod*
  - De natura ſua *non tranſit ad hæredes, niſi ad filios, ut in feudo: & tunc debet intelligi de ſuis hæredibus, id eſt filijs, c. 1. de ſucceſſ. feud. in uſibus feud.*
  - De ſui natura *poteſt tranſire ad quoslibet hæredes: & aut illa uerba proferuntur à*
    - Recipiente: *& hoc caſu intelligitur etiam de hæredib. extraneis, l. ſtipulatio iſta, §. ſi quis ita, ff de uerb. obligat, l. ſi pactum, de probat. cum ſimilibus.*
    - Concedente, *ut à teſtatore uel alio concedẽte: & tũc intelligẽdo de hæredib. uniuerſaliter*
      - Reſultaret *iniquitas, & aliquid contra mentem concedentis, tunc aſſumimus hæredibus, id eſt liberis,* l. *ex facto,* §. *fin. ff. ad* Trebell.
      - Non reſultaret *iniquitas; tunc ſtat propriè ut omnes hæredes comprehendantur, etiam extranei, l. in annalibus, C. de legatis, l. ſciendum, ff. de uerb. obligat.*

DICTIO IN, QVOMODO DIVERSIMODE ACCIPIATVR? C. L.

L. Gallus, §. ille caſus, nu. 2. ff. de lib. & poſthum.

R. quòd aut ponitur dictio In, ut eſt

- Cõpoſita *cum alia: & tunc aut cum*
  - Verbo ſum, *es, eſt, ut inſum: & tunc ſignificat quandam intrinſecitatem, l. lecta,* §. *dicebam. ibi pœna incontinenti appoſita ineſſe uidetur, ff. ſi cert. pet.*
  - Alio uerbo: *& tunc quãdoque ponitur pro*
    - Valde, *ut in l. Gallus, §. ille caſus, ff. de lib. & poſth.*
    - Non: *ut in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, C. de teſtam. & hoc ſecũdum quod poteſt magis materiæ propoſitæ adaptari.*
- Simplex: *et tũc aut adijcitur nomini ſignificanti*
  - Locum: *& tũc aut adijcitur*
    - Ablatiuo, *& ſignificat intus in loco, l. 1. §. flumine, ff. de fluminibus.*
    - Accuſatiuo; *& ſignificat etiam locum, l. 1. §. 1 ff. arbor. fur. cæſ. ubi exponitur* In, *id eſt ſupra uel iuxta, fallit ratione euitandæ contrarietatis, ut in l. ſi ſtatua, ff. de iniur.*
  - Tempus: *et tũc aut adijcitur*
    - Ablatiuo, *& debet intra tempus intelligi, l. 1. §. quibus, ff. de ſucceſſ. ed. idem enim eſt dicere in anno, quod intra annum.*
    - Accuſatiuo, *& ſignificat poſt tempus: ut in annos, id eſt poſt annos proximos, l. ſi in annos, ff. de condit. & dem.*
  - Neq; tempus, *neque locũ: et tunc aut adijcitur*
    - Accuſatiuo, *& ponitur pro contra, l. non dubium, C. de legibus dum enim dicitur, actionem dari in hæredem: idem eſt ac ſi diceret, contra hæredem.*
    - Ablatiuo, *& tunc ſignificat materiam de qua agitur, ut cum dicitur, in pecuniarijs cauſis, l. in pecuniarijs. ff. de ferijs.*

L. 1. ff. de iniuſt. rup.

R. Quòd aut illa dictio poteſt ponitur

- Affirmatiuè in legibus, reſcriptis, contractibus, uel ultimis uoluntatibus: & dic ut per Bartol. in l. 1. in princip. nu. 4. ff. de lib. & poſth. item Bartol. in l. ſuus quoque, § ſed etſi filio, num. 2. ff. de hæred. inſtit.
- Negatiuè, hoc eſt quando deficit aliqua potentia: ut per Bart. latisſimè in locis ſuprà allegatis, ubi coniunctim utrunque tractatur.
- Incidentèr propter aliud: & tunc aut dictio poteſt, refertur
  - Non ad actum certæ perſonæ: & tunc ſignificat poßibilitatē naturæ, l. 1. ff. de iniuſt. rupt. dicit enim textus, ex teſtamento ex quo poteſt adiri hæreditas, & ſic non curatur per quem.
  - Ad actum certæ perſonæ: & tunc aut ille actus, cum explicat, commodum certæ perſonæ
    - Non reſpicit, & tunc requiritur potentia deducendi ad actum illius perſonæ, nec requiritur poßibilitas, l. inter illam, ff. de uerb. ſignifi.
    - Reſpicit: et tūc aut ille ad quem illa dictio poteſt referri,
      - Ex illa potentia uult agere: & requiritur potentia cum actu, l. 3. §. ſi quis ſic acceperit, ff de ſtat. lib.
      - Ex illa potentia uult ſe defendere contra alium eum conuenientem: & intelligitur quòd habeat potentiam & commoditatem deducendi ad actum, l. nepos proculo, ff. de uerbo. ſig.

DESCENDENTES PRAETERITI VEL EXHAEREDATI, quo iure ueniant contra teſtamentum? CL II.

L. Filio præterito, num. 8. cum ſeq. ff. de iniuſto rup.

R. aut ſunt præteriti uel exhæredati à

- Patre, & eius linea, ut ab auo paterno & ſimilibus: & tunc aut deſcendens erat
  - In poteſtate, & tunc aut
    - Præteritus: & teſtamentum eſt nullum ipſo iure, & poteſt uenire contra tabulas. l. maximum uitium, C. de lib. præter, quod intellige, ſi tenebat primum locum, l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth.
    - Exhæredatus: & tunc aut cauſa exhæredationis eſt
      - Inſerta: & aut
        - Probatur, & filius omnino repellitur.
        - Non probatur: & teſtamentum reſcinditur, quo ad inſtitutionem tantum.
      - Non inſerta, & tunc poteſt teſtamētum dicere nullum, unde cauſæ inſertio eſt hodie ſublata.
  - Emancipatus: & tunc idem quod in filio in poteſtate conſtituto, excepto eo, quòd quando filius in poteſtate conſtitutus, poteſt dicere teſtamentum nullum, & demum deinde poſſeſsionem contra tabulas petere: tunc & eo caſu filius emancipatus habet neceſſe uenire contra tab.
- Matre, & eius linea: & tunc non eſt differentia præteritionem & exhæredationem, & tunc aut deſcendētes ſunt præteriti, uel exhæredati
  - Cum cauſa, & oportet eum uenire per querelam, §. mater. Inſtit. de exhæred. lib.
  - Sine cauſa: & tunc aut loquimur in filio
    - Iam nato, & dicit teſtamentum nullum, quia deficit in ſuis ſubſtantialibus, cum cauſæ inſertio ſit de ſubſtantialibus.
    - Poſthumo, & tunc non debet inſeri cauſa, ſed ſemper exhæredatus uel præteritus dicit teſtamentum nullum, l. ſi quis in ſuo, §. legis. C. de inoff. teſtam.

ASCENDENTES PRAETERITI VEL EXHAEREDATI, quo iure poſsit irritare teſtamenum? CLIII.

L. Fillio præteritò.nu.21 ff.eodem.

R. Quòd aut loquimur in

- Matre, uel eius linea: & ſit præteritio uel exhæredatio aut
  - Sine cauſa: & tunc teſtamentum eſt ipſo iure nullum quia illud deficit in ſubſtantialibus, cum inſertio cauſæ ſit de ſubſtantialib.
  - Cũ cauſa: tunc idẽ eſt, ſiue prætereãtur ſiue exhæredentur. ſẽper.n. habent querelã in officioſi, cũ talis præteritio habeatur pro exhæredatione. §. mater, Inſtit. de exhæred. lib. quoniam lex licet loquatur de exhæredatione deſcendentium, idem tamen eſt in aſcendantibus. l. cum filium. C. de inoff. teſtam.
- Patre, & eius linea: & tunc aut fit præteritio uel exhæredatio à deſcendentibus
  - Emancipatis: & tũc aut hoc eſt factum
    - Sine cauſa: & teſtamentum eſt nullum, quia deficit in ſubſtantialibus.
    - Cum cauſa: & tunc aut deſcendẽtes ſunt
      - Præteriti: & poſſunt petere poſſeſsionem contra tabulas. l. 1. ſi quis a parente, &c.
      - Exhæredati: & habent quærelam in officioſi. l. 1. ff. de in off. teſtam.
  - In poteſtate: & aut deſcendentes teſtantur
    - Extra caſtrenſe, uel quaſi, & non poſſunt: & ſic teſtamentum eſt ipſo iure nullũ ex defectu perſonæ teſtantis. l. qui in poteſtate ff. de teſtam.
    - In caſtrenſi, uel quaſi: et aut præteritio uel exhædatio
      - Sine cauſa: & tunc teſtamentum eſt nullum, quia deficit in ſubſtantialibus.
      - Cum cauſa: & aut aſcẽdentes ſunt
        - Præteriti, & dicunt teſtamentum nullum,
        - Exhæredati, & eſt locus querelæ ita dicit Bartol. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupto, & c.

COLLATERALES PRAETERITI VEL EXHAEREDATI, qualiter poſsint irritare teſtamentum? CLIIII.

L. Filio præterio. num. 23. ff de iniuſt rupto.

R. Aut loquimur in

- Vlterioribus quàm ſint fratres & ſorores, hoc eſt in filijs fratrum, & reliquis & illis teſtamentum non poſſunt querelare de inofficioſo, ſiue ſint præteriti, ſiue exhæredati, niſi uellent teſtamentum arguere de falſo, ut ita poſsint ſuccedere ab inteſtato. l. fratres. C. de in off. teſtam.
- Fratre & ſorore; & aut loquimur in fratre
  - Vterino & nullo modo admittitur ad querelandum teſtamentum, aliàs ualidum & ſolenne. l. fratres. C. de in off. teſtam.
  - Conſanguineo uel utrinque coniuncto, & aut teſtator inſtituit
    - perſonam turpem: & ſemper habent uenire per querelam. d. l. fratres, ut tamen ceſſent cauſæ, ingratitudinis, de quibus in §. ingratitudinem. in Auth. de nupt.
    - perſonam non turpem: & tunc non poſſent querelare teſtamentum: iſta probantur ad literam à contrario ſenſu, in d. l. fratres. C. de in off. teſtam.

TESTAMENTVM INVALIDVM AN ET QVANDO RECONVALESCAT? CLV.

L. Filio prӕterito, num. 25 ff. eodem.

R. Quòd aut teſtamẽtum eſt nullum
- Ratione *defect⁹, quod eſt uel circa*
  - Perſonam *teſtantis, quia ille qui facit teſtamentum, eſt inteſtabilis: & tunc ex pòſt facto teſtamentum non reconualeſcit, l. 1. §. ſed ſi filius, ff. de legatis 3.*
  - Perſonam *hӕredis inſtituti, ut quia non poterat hӕres inſtitui, et ſic erat inteſtabilis paßiuè: & tunc idem dicitur ut in l. ſi alienum, §. in extraneis, ff. de hӕred. inſtit.*
  - Solennitates: *& tunc idem dicitur, quòd ex pòſt facto teſtamentum inualidum non reconualeſcat debent enim uno contextu adhiberi omnes ſolennitates, l. cum antiquitas, C. de teſtam. l. hӕredes palàm, ff eodem. de teſtam.*
- Non ratione *defectus quod in eo deficiat aliquid, quòd ſit de ſubſtantialibus teſtamenti: ſed fortè quòd ſit aliud quod poßit impedire teſtamentum, ut exemplum in teſtamento quod eſt inualidum, ſi ſit factum in fraudem creditorum, quando ille qui non eſt ſoluendo, inſtituit ſeruos: tunc tale teſtamentum potuit reconualeſcere, ſi poſtea incipit eſſe ſoluendo, l. 1 C. de neceſs. ſer. hӕred. inſtit. item in uſurario, qui licet non prӕſtiterit cautionem de reddendo ſecundum formam, c. quanquam, de uſur. in 6. tamen poſtea prӕſtando cautionem, teſtamentum reconualeſcit, ita dicit Bartol. in l. filio prӕterito, in fine, ff. de iniuſt. rupt. &c.*

SERVVS HAERES INSTITVTVS, SI SE DEINDE IN arrogationem dederit, an fiat hӕres neceſſarius, an uoluntarius? CLVI.

L. 3. §. apertum, ff. de hӕred. inſtit.

R. Quòd aut eſt
- Subſtitut⁹: *& tunc aut ille ſeruus*
  - Reperitur *ſui iuris tempore mortis eius cui eſt ſubſtitutus: & erit hӕres ſuus & neceſſarius, Barto. in l. ſeruus, §. aperturӕ, ff. de hӕred. inſtit.*
  - Reperitur *in poteſtate ſeu arrogatione alterius: & erit hӕres uoluntarius.*
- Inſtitutus: *et tunc aut dedit ſe in arrogationem*
  - Teſtatori: *& tunc aut*
    - Ante teſtamentũ: *& tunc aut ille*
      - Reperitur *in arrogatione teſtatoris, tempore mortis eius: & erit ſuus hӕres teſtatoris.*
      - Non reperitur *in arrogatione, tempore mortis teſtatoris: & non erit ſuus ſeu neceſſarius, ſed uoluntarius.*
    - Poſt teſtamentũ: *& tũc aut in arrogatione*
      - Tempore mortis *teſtatoris reperitur: & efficitur hӕres ſuus, utrum autem impuberi efficiatur ſuus, diſtingue ut ſuprà dictum eſt.*
      - Tempore mortis *teſtatòris non reperitur: & erit hӕres uoluntarius.*
  - Extraneo: *& diſtinguitur, aut tempus quo cedit dies ſubſtitutionis pupillaris reperitur ſui iuris uel non: ut per Bartol. in l. ſeruus, §. aperturӕ, ff. de hӕred. inſtit.*

L. Suus

AN ET QVANDO QVIS DICATVR DESINERE POSSE quod poteſt? CLVII.

L. Suus quoq;. §. ſed et ſi filio, ff. de hæred. inſtit.

R. Quòd aut deſinit poſſe ex
- Perſona eius qui debet facere, & tunc aut illud factum
  - Poteſt impleri *ultimo uitæ ſpiritu: & non deſinit poſſe in uita, ſed demum poſt mortem, l. ſuus quoque, § ſed et ſi filio, ff. de hæred. inſt.*
  - Non poteſt *impleri ultimo uitæ ſpiritu, & deſinit poſſe in uita: ſed tunc demum, cum eſt in articulo mortis.*
- Tempore *in quo debet aliquid fieri: tunc ſi eſt limitatum tempus certum ab homine, uel à lege, illo elapſo deſinit poſſe fieri, quod tunc debeat fieri, de quo latius Bartol in d. §. ſed et ſi filio.*
- Materia ex *qua debet aliquid fieri: & tunc aut loquitur in materia*
  - Quæ *in diſpoſitione ſumitur ſtrictè, exemplum in l. quod Seruius, de condict. cauſa data, ubi debet intelligi, quod non repeti poſſit donec matrimonium poteſt contrahi ex iiſdem ſponſalibus, ecce materia ſtricta, & ſic mutatione contingente, hoc eſt ſponſalib. diſſolutis, deſinit poſſe fieri, & datur repetitio. caſus eſt in l. repetitionem, ff de iure dot.*
  - Largiore, *ut quoad Titius matrimonium contraxerit: & tunc deſinit poſſe fieri, cum ſpes nuptiarum defecerit.*
  - Quæ eſſet *generaliſſima, ut ſi decem dederit in genere: tunc ex parte materiæ non poterit quis deſinere poſſe, quia genus perire non poteſt, l. incendium, C ſi cert. pet.*
- Perſona *eius in quo factum debet impleri, & hoc facilè fieri poteſt, Titio enim decem aplius dare non potero, ſi ille moriatur, l. cum ita, ff de condit. & demonſt.*

INSTITVTVS IN RE CERTA CVM CLAVSVLA, NE plus habere uel petere poſsit, an habeat ius accreſcendi? CLVIII.

L. Quoties, §. ſi duo, num. 6. ff. de hæredi. inſt.

R. Quòd aut ille
- Eſt inſtitutus *ſolus, ita ut non habeat cohæredem, quo non adeunte ſecundum teſtatoris uoluntatem, illi poſſit accreſcere in cætero hæreditas: & tunc ſine dubio uerba illa uidentur dicta fauore uenientium ab inteſtato, & ſic res reducetur ad cauſam inteſtati, hæredis inſtitutione deficiente, l. Paulo Callimacho, §. 1. de legatis 3.*
- Eſt inſtitutus *cum cohærede uniuerſali: et tūc aut teſtator*
  - Prouidit *ſibi de eo qui ſecūdum cogitationem ſuam in omnem caſum poterat eſſe hæres, ut inſtituendo hominem iam natum: & tunc illa uerba,* NE PLVS PETERE POSSIT, *uidentur dicta fauore. alias ſic uniuerſaliter inſtituti, l. peto, in princip. de legatis 2.* Et ideò limitantur meritò *illa uerba, ut locum habeant donec fauor ille poteſt conſiderari, ſcilicet dum inſtitutus aggrediatur hæreditatem, aliàs non d. l. Paulo Callimacho.*
  - Prouidit *ſibi de aliquo, qui etiam ſecundum cogitationem hæres non poterat eſſe, niſi in uno caſu tantum: ut quia uentrem uxoris. & tunc aut inſtitutus*
    - Adit hæreditatem: *& tunc dicta uerba uidentur in ſuum fauorem prolata, Bartol. in l. quoties, §. ſi duo, ff. de hæred. inſtit.*
    - Non adit: *& uidentur prolata in fauorem uenientium ab inteſtato, l. peto. in princip. uerſ. idem dicemus, ff. de legatis 2.*

L. Si

CAPACITAS QVO TEMPORE INSPICIATVR IN eo qui uult adire hæreditatem? CLIX.

L. Si alienum, § in extraneis, ff. de hæred. inſtit.

R. Aut loquimur in hæred. qui eſt

- Extraneus: *& requiritur capacitas tribus temporibus, tempore teſtamenti, mortis, & aditæ hæreditatis, l. ſi alienum, § in extraneis, ff. de hæred. inſtit.*
- Suus: *et tunc aut loquimur quando*
  - Vult adire *hæreditatem ex teſtamento & aut loquimur in inſtituto*
    - Purè: *& inſpiciuntur duo tempora, ſcilicet tempus teſtamenti, ut conſtiterit inſtitutio his uerbis, §. interdum. de hæred. inſtit. Item inſpicitur tempus mortis, aditionis autem tempus non inſpicitur: quia tempus mortis & tempus aditionis eſt idem in ſuo, & ſuo & neceſſario, l. ſi poſt mortem, in princ. ff. de legatis primo.*
    - Sub conditione: *et aut loquimur in eo qui eſt*
      - Suus tantum: *& tunc inſpiciuntur tria tempora, tempus teſtamenti, mortis, & tempus exiſtentis conditionis, l. ſub conditione, ff. de lib. & poſth.*
      - Suus & neceſſarius: *utpote in ſeruo: & inſpicitur tempus mortis, ſiue purè ſiue ſub conditione ſit inſtitutus, niſi libertatem acceperit uel à lege, uel à prætore, l. pater filio, ff. de hæred. inſtit.*
  - Vult *adire hæreditatem ab inteſtato: & tunc ſi teſtator deceſſit, nullo teſtamento condito, tempus mortis inſpicitur: aliàs inſpicitur tempus quo teſtamentum deſtituitur, l. ſi quis poſthumos, §. pen. ff. de lib. & poſth. & §. ita inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. def.*

TESTAMENTVM AN ET QVANDO POSSIT HABERE effectum à ſecundo gradu? CLX.

L. 1. ff. de uulgar. nu. 28.

R. Quòd aut gradus primus nõ habet effectum, propter defectum contingẽtem ex parte

- Inſtituentis: *et iſte aut eſt defectus*
  - Præteritionis *uel exhæredationis eius qui debebat inſtitui: & aut eſt*
    - Præteritus *in primo gradu, in ſecundo exhæredatus, tunc quia propter præteritionem primus gradus eſt peremptus ipſo iure, ideò teſtamentum à ſecundo gradu capit exordium. l. 3. §. ſi teſtatus. ff. de lib. & poſthu.*
    - Exhæredatus *in primo gradu: & non poteſt incipere teſtamentũ à ſecundo gradu. ratio; quia ideò præteritus uel exhæredatus rumpit teſtamentum, ut faciat locum ſibi, non alteri. l. pen. ff. de iniuſto, rupto, &c.*
  - Alius *in primo gradu, quia ceſſat in ſecundo: & indiſtinctè poteſt teſtamentum à ſecundo gradu incipere. l. nam & ſi miles, ff. de iniuſto, rupto, &c.*
- Inſtituti: *tunc poteſt indiſtinctè à ſecundo gradu incipere, ſiue primus nolit eſſe hæres, ſiue primus ſit excluſus tempore, ſiue excluſus morte, ſiue excluſus deportatione, uel alia damnatione, ſiue etiam excludatur ratione alterius incapacitatis forte quia non eſt natus ex legitimo matrimonio, quia ſpurius. & hæc diſtinctio procedit in ſubſtituto uulgariter expreſſo: ſecus, ſi tacite. ut per Bartol. in d. l. 1. nu. 32.*

SVBSTITVTIO PVPILLARIS AN TRAHATVR AD omnia bona impuberis?
CLXI.

L.2.In princip. num.30.de uulgat.

R. Quòd aut quis ſubſtituit pupillariter filio
- Legitimo tantũ *ut in arrogato: & tunc aut loquimur in bonis*
  - Quæſitis *à pupillo, à patre uel propter patrem legitimum: & ad illa tantum trahiiur ſubſtitutio, l. ſed ſi plures, §. in arrogato, ff. de uulgat.*
  - Aliunde *quæſitis, & tunc ad ea non trahitur ſubſtitutio, l. ſi arrogator, ff. de adopt.*
- Legitimo *& naturali: & tunc aut ſubſtitutus erat*
  - Paganus: *& ſubſtitutio trahitur ad omnia bona pupilli, undecunque quæſita, l. ſed ſi plures, §. ad ſubſtitutos, ff. de uulgat.*
  - Miles: *& tunc poteſt ad certa bona trahi, & ad certa non ex militis uoluntate, l. ſed ſi plures, in fin. ff. de uulgat.*
- Naturali tantum, *& non legitimo uel ligitimato: & ad nulla bona trahitur ſubſtitutio, ex eo quòd eum non habet in poteſtate, l. moribus, & ibi latè de hoc per* Bart. *ff. uulgat.*

ORDO AN ET QVALITER SPECTETVR?
CLXII.

L.2.§.prius num.5 ff.eodem.

R. Quòd aut conſideramus ordinem
- Ipſius *rei, quo aliqua res in ſe producitur: & de eo ordine eſt in §. inordinatum, in* Auth. *de hæred.* & Falcidia, *& aut eſt*
  - Neceſſarius: *& eius ordinis omiſſio uitiat rem, l. 2. §. prius, ff. de uulgat. & hoc quandoque ipſo iure quandoque facto iudicis*
  - Voluntarius: *& eius omiſſio non uitiat rem ſeu actum, l. quidam, ff. de pecul. leg.*
  - Dubitatur *an ſit neceſſarius, an uerò uoluntarius: & tunc aut eius omiſſio*
    - Inducit *magnum præiudicium: & tunc uidetur ordo neceſſarius, & & omiſſio uitiat, l. cum ſi. §. ſi prætor, ff. de tranſact.*
    - Inducit *modicum præiudicium: & tunc ordo uoluntarius uidetur, & & omiſſio non uitiat, l. 2. in fin. ff. de uent. inſp.*
- Temporis *& tunc conſideramus, an ordo*
  - Omiſſus *uitiet: & dicitur ut per* Bart. *in l. ſi duos, ff. de excuſat. tut.*
  - Inducat *p*[*rælationem*] *in iure: & tunc aut loquimur in*
    - Honorib⁹: *& aut loquimur in*
      - Ordinandis: *& tunc non inſpicitur ordo in temporibus, ut ſcilicet præferatur antiquior, ſed dignior, l. honores, in princip. ff. de decur.*
      - Iam ordinatis *inuicem præferentis, & ordo temporis inſpicitur, l. 1. C. de conſul. lib. 12.*
    - Aliis iuribus: *realibus & perſonalibus: & tunc dic ut per* Bartolum, *remiſſiuè, in l. moribus, §. prius. de uulg. et per eum in l. cum unus, ff. de bon. Auth. iudic. poſſid.*
- Scripturæ *ſeu loquutionis, ita quòd ex eo aliquid præſumamus: & tunc aut mens diſponentis*
  - Eſt certa, *& non curamus quicquam de ordine, l. nec enim, ff. de ſolut.*
  - Eſt incerta, *& inſpicimus ordinem, l. generaliter, § ſi quis, ff. de fideicommiſſ. libert.*

R.Aut

AN ET QVANDO ENERVENTVR IVRA EXISTENTIA ſui hæredis? CLXIII.

R. Aut loquimur in

- His quæ preceſſerunt à iure ciuili: & tunc aut loquimur,
  - In quantum *filius in poteſtate habet ſubſtitutum uulgarem expreſſe, & exiſtentia ſui hæredis nihi operatur, l. ſi filius. ff. de lib. & poſth. quia dando ſubſtitutum uulgarem, uidetur eum hæredem facere, ſi uult, l. 1. §. ſi proponatur, ff ſi quis omiſſ. cauſa.*
  - Quando eſt *ſubſtitutus ſub conditione ſi uult, & idem quod exiſtentia ſui hæredis non operatur, l. iam dubitari, in fine, ff. de hæred. inſtit.*
  - Quando eſt *ſubſtitutus ſub conditione poteſtatiua, & exiſtentia hæredis aliquid operatur, l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſt.*
  - Quādo *filium habet cohæredem extraneum: & aut loquimur in ijs quæ*
    - Pendente ex teſtamènto, *et exiſtentia ſui hæredis nihil operatur, l. apud Iulianum, §. idem Iulianus, ff. ad trebell.*
    - Veniunt extrinſecus, *& exiſtentia ſui hæredis aliquid operatur l. 3. C. de iure delib. & ibi Bartol.*
  - In aliis caſibus *de iure ciuili, & exiſtentia ſui hæredis aliquid ſemper operatur, l. ſi ex modica. § ſi filius, ff. de bonis libertorum.*
- Beneficio *abſtinendi introducto à prætore: & tunc aut filius,*
  - Expreſſe' *ſe immiſcet hæreditati paternæ: & tunc beneficium prætoris nihil operatur.*
  - Tacet, *quia neque ſe immiſcet, neque repudiat: et tūc aut ſunt quædam quæ reſpiciunt eius*
    - Damnum *& onus, ut quòd creditoribus hæreditarijs teneatur: & tunc beneficiū prætoris operatur, ut eneruet uires exiſtentiæ ſui hæred. l. ſi filius qui patri ibi non ſponte, ff. de uulgat.*
    - Commodum *& beneficium abſtinendi, non impedit effectum exiſtentiæ ſui hæredis, l. filius, ff. de priuileg. credit.*
    - Neq; commodum *neque incommodum, & exiſtentia ſui hæredis aliquid operatur, Bartol. in d. l. ſi filius nu. 7.*
  - Expreſſe' *ſe abſtinet: & aut loquimur in ijs quæ*
    - Reſpiciunt *ipſam hæreditatem: & tunc exiſtentia ſui hæredis nihil operatur.*
    - Sunt alia *extrinſecus: & tunc exiſtentia ſui hæredis aliquid operatur, l. filius, ff. de acquir. hæred.*

SVBSTITVTIO PVPILLARIS QVALITER FINIATVR? CLXIIII.

L. In pupillari, ff. de uulgari

R. Quòd quandoq; deficit

- In ipſo initio, *quia deeſt aliquid de ſubſtantia, de quib. per Bartol. in l. 2. in princip. ff. de uulg.*
- Ex pòſt facto: *& tunc aut deficit ex*
  - Perſona teſtantis, *ſeu teſtamenti, ut quia teſtamentum eſt ruptum per querelam, uel aliter: ſi teſtator fuerit deportatus, l. ſi quis filio, §. irritum, ff. de iniuſt. rupt.*
  - Perſona ſubſtituti: *& aut eſt incapax*
    - Per totum, *tēpore mortis pupilli: & finitur ſubſtitutio, l. is qui hæres, ff. de uul.*
    - Pro parte, *& pro parte capax: et tūc dicitur ut l. ſi is qui ex bonis, ff. de uulg.*
  - Perſona pupilli, *cui eſt facta ſubſtitutio: & fit quandoque.*
    - Adueniente *pubertate, l. in pupillari, de uulgar. ſi teſtator aliam impuberis ætatē taxat, l. ſi ita quis, ff de uulgar.*
    - Capitis *diminutione, etiam minima, l. nec ei, §. eorum, ff. de adopt. item alijs modis, de quib. per Bartolum in d. l. in pupillari, nu. 5.*
  - Defectu *ipſius ſubſtitionis: ut ſi eſt facta ſubſtitutio ſub conditione extrinſeca quæ deficit, l. qui liberis, in principio, ff. de uulgari.*

L.Centurio

VERBA SVBSTITVTIONIS DIRECTA, COMMVNIA VEL obliqua diuerſimodè in diuerſis perſonis poſita, qualiter ſubſtitutionem operentur?

CLXV.

L. Centurio, num. 40. ff. de uulga.

R. quòd quandoq; teſtator

- Vnum ſubſtituit *directò, per uerba directa & ciuilia, alium per uerba communia, tunc ſubſtitutus ſimpliciter, erit ſubſtitutus directò: ſubſtitutus per uerba communia, erit honoratus fideicommiſſo, ratio, quia uerbum commune adiectū certæ portioni, non trahitur ad inſtitutionem, ubi eſſet alius uniuerſalis hæres in teſtamento, aliàs ſecus. notatur in l. his uerbis, in princi, ff. de hæred. inſtit.*
- Vnum ſubſtituit *per uerba directa non ciuilia, in certa portione, alium per uerbum commune, in reſidua portione tunc ſubſtitutio per uerbum commune trahitur ad directum, quia in ea portione in quam cadit, nullus alius reperitur hæres inſtitutus.*
- Vnum ſubſtituit *per uerba directa, & ciuilia, in certa portione: alium per uerba merè obliqua, in alia certa portione: tunc ſubſtitutus directò capit totum iure directo, l. cohæredi. § finali, ff. de uulg. alius erit fideicommiſſarius in portione partis ei relictæ.*
- Vnum ſubſtituit *in certa portione per uerbum commnne, alium per uerbum merè obliquum: & tunc tota iſta inſtitutio debet cenſeri fideicommiſſaria, latè per Doct. in l. Centurio, ff. de uulga.*
- Appoſuit *in perſona diuerſorum uerba communia, quos ſubſtituit in certis portionibus, diuidendo hæreditatem inter eos, tunc ſine dubio trahitur ad inſtitutionem quia diuiſio hæreditatis per partes, licet non adijciatur, Hæres eſto ad inſtitutionem trahitur l. 1. §. diuus, ff. de hæredib. inſtit.*

PATER SI SVBSTITVIT FILIO PVPILLO, AN ET QVANDO teſtamentum patris & filii habeatur pro uno, & quando pro duobus?

CLXVI.

L. Patris, & filii, num. 2. ff. de uulg.

R. Aut cõſideramus in teſtamento

- Perſonam teſtantis: *tunc ſunt unum teſtamentum, quia unus & idem facit utrumque teſtamentum. l. 1. in princip. ff. de uulga.*
- Solennitatem *teſtamenti: & tunc aut illa duo teſtamenta*
  - Fiunt *uno contextu, & una ſolennitate: & tunc habentur pro uno teſtamento.*
  - Fiunt diuerſis *horis, & diuerſis ſolennitatibus, & habentur pro diuerſis, l. ſi quis eum, de uulga.*
- Valorem *ſeu effectum teſtamenti: & tunc quædam ſunt*
  - Quæ teſtamentum *in totum eneruant, ut præteritio filij, querela in totum propoſita, & obtenta, & iſtis caſibus quando non ualet paternum, non ualet pupillare, et cenſetur ut unum teſtamentum, l. 2. §. adeo. ff. de uulga.*
  - Quæ teſtamentum *expugnant, quo ad quædam, non in totum: ut bonorum poſſeſſio contra tabulas, quæ expugnat tantum de iure Prætorio, item querela pro parte propoſita & obtenta: & iſtis caſibus teſtamentum pupillare cenſetur ut diuerſum à paterno, l. etſi contra, ff. de uulgari.*
- Hæreditatis *acquiſitionem, procedentem ex teſtamento, tunc poſito quòd teſtamentum primum ſit confirmatum uera aditione, uel propter exiſtentiam ſui hæredis, tum diuerſa teſtamenta cenſentur, quia quis poteſt agnoſcere hæreditatem pupillarem, & repudiare paternam, l. ſi filius qui patri, ff. de uulga.*

SVBSTITVTIO BREVILOQVA QVOS EFFECTVS FACIAT, & quas ſubſtitutiones contineat? CLXVII.

L. Lucius, num. 5. ff. de uulg.

R. quod quandoq; illa ſubſtitutio continet
- Duas ſubſtitutiones *& tunc aut*
  - Duas uulgares *tantum, ut quando fit duabus perſonis imparibus, quarum uni non poteſt ſubſtitu pupillariter, l. Lucius, ff. de uulga.*
  - Duas pupillares *tantum, ut quando fit duobus impuberibus exhæredatis, argumento §. non ſolũ. Inſtit. de pupillar.*
  - Duas fideicommiſſarias, *ut quando fieret in codicillis, l. Scæuola, ff. ad Trebell.*
- Plures ſubſtitutiões: *& tunc aliquando*
  - Sex: *ut ſi diceret, filios meos impuberes inſtituo, & eos inuicem ſubſtituo ſi deceſſerint in pupillari ætate, uel quandocunque, nam hæc continet duas uulgares, ſi non adeatur hæreditas: duas pupillares, ſi deceſſerint in pupillari ætate: & duas fideicommiſſarias, ſi deceſſerint poſtea, &c.*
  - Octo: *ut ſi quis haberet duos filios impuberes mente captos, & eos inſtitueret, & ſubſtitueret inuicem per hæc uerba: Si deceſſerint in pupillari ætate, uel poſt in dementia, uel alias quandocunque, inuicem ſubſtituo: tunc ſunt duæ uulgares, duæ pupillares, duæ exemplares, duæ fideicommiſſariæ*, Bartol. *in l. Lucius, num. 5 ff. de uulg.*

IMPOSSIBILITAS AN ET QVANDO VITIET DISPOSITIONEM? CLXVIII.

L. 1. ff. de cond. inſt.

R. quædã eſt impoſſibilitas
- Iuris: *& tunc in quibus uitiat actum impoßibilitas naturæ, in illis uitiat etiam impoßibilitas iuris, in alijs dicitur ut per* Bartol. *in l. ſub impoßibili, ff. de condit. & demonſt.*
- Perplexitatis: *& in ea dicitur ut per* Bartol. *in d. l. ſub impoßibili, num. 6.*
- Naturæ: *& tunc aut illa adijcitur in*
  - vltimis uolũtatibus: *& aut adijcitur per modũ*
    - Diſpoſitionis: *& tunc aut*
      - Impoſſibilitas *eſt circa illud quod eſt ſubſtantiale in diſpoſitione, & uitiat, l. idem Iulianus, §. finali, ff. de legatis primo.*
      - Impoſſibilitas *non eſt in eo quod erat ſubſtantiale, ſed erat in quodam accidenti, & non uitiat, l. ſi mihi & tibi, §. ſi quis ſeruos, ff. de legatis 1.*
    - Conditionis: *& tunc aut eſt*
      - Impoſſibilitas *de præterito, & poßibilis nunc: & non uitiat*
      - Impoſſibilitas *de futuro, & de præterito fuit poßibilis: & tunc uitiat, ſaluo eo quod dicitur circa impoßibilitatem iuris.*
  - Contractibus: *& tunc aut dijcitur per modum*
    - Conditionis, *& uitiat contractum.*
    - Diſpoſitionis: *& aut circa illud quod*
      - Eſt principale *in diſpoſitione: & uitiat contractu l. ſi ſtipuler. ff. de uerb. obligat.*
      - Eſt fortè aliquod *accidens: & tunc diſtinguitur. quod aut loquimur in contractu bonæ fidei, aut ſtricti iuris, pro ut latè per* Bar*tolum im d. l. ſi quis ſeruos.*
- Facti: *& illa impoßibilitas uitiat diſpoſitionem, ut l. cum hæres, §. 1. de ſtatu lib.*

CONTRACTVM, TESTAMENTVM, VEL SENTENTIAM quo iure poſſim declarare nullam?

C L X I X.

L. quæ ſub conditione, §. de hoc iureiurando, ff. de condit. inſtit.

R. quòd aut loquimur in
- Cõtractu: *et tunc aut cõtractus eſt nullus*
  - Ex partium *conuentione, ſiue irritatur ipſo iure: & tunc poteſt pronunciari nullus, & caſſari quatenus proceſſit actione ex eodem contractu, l. exemplo, §. is qui iura, ff. de action. empt.*
  - Nõ ex partium *conuentione, ſed ex alia: & tunc aut*
    - Dolo partis *fuit factus nullus: tunc petitur caßari actione de dolo, l. & eleganter, in princip. ff. de dolo.*
    - Non ex dolo *partium fuit factus nullus, ſed ex alieno defectu: tunc petitur caſſari officio iudicis, l. & ſi is. C. de præd. mino.*
- Teſtamento *uel ſententia, quæ eſt nulla: tunc petitur declarari nulla, & caſſari quatenus de facto proceſſit officio iudicis, l. 1. §. 1. cum ſua gloſſa, ff. de ferijs.*

DVM QVIS POSSIDET, AN ET QVANDO PRAESVMATVR dominus, ſi contrarium non appareat?

C L X X.

L. quidam in ſuo, nu. 4 ff. de condit. inſtit.

R. Aut dominiũ deducitur in iudicium per modũ
- Actionis: *et tunc aut agitur de dominio*
  - principaliter, *ut in rei uindicatione, in qua principaliter uenit dominium: & hoc caſu debet probari dominium directò de iure gentium, uel ciuili, l. in rem. ff. de rei uindic. fallit, ſi agatur contra eum qui rem uiolenter accepit, l. ſi quis emptiones, uerſi. ſed hæc ſuper illis. C. de præſcript. 30. ann.*
  - Incidenter: *et tunc aut ad probandum dominium inducit*
    - Poſſesſionem *de præſenti, & præſumitur dominus, ita notatur expreßè in l. ſicut, § ſed ſi quæratur, ff. ſi ſeruitus uindicetur.*
    - Poſſesſionem *de præterito: & iſto caſu poſſeßio non fert quem præſumi dominum, l. & quæ nondum ſunt. §. quod dicitur, ff. de pignor.*
- Exceptionis: *& tunc aut*
  - Poſt fundatam *intentionem actoris, & nõ præſumitur quis dominus, l. ſiue poßidetis. C. de probat.*
  - Ante intentionem *actoris fundatam, & tunc poſſidens præſumitur dominus, l. ob maritorum, & ibi Gloſſa, C. ne uxor pro marito.*

IN SVO HAEREDE AN ET QVANDO INTER MORTEM & aditionem poſsit dari medium?

C L X X I.

L. Fin. num. 5. ff. de condit. inſtit.

R. Aut loquimur in ſucceſsione
- Ex teſtamẽto: *& tunc aut filius eſt inſtitutus*
  - Purè: *& inter mortem & aditionem non eſt medium, ita loquitur Gloſſa in l. ſi alienum, & tex. in l. ſi poſt mortem, §. 1. de legatis 1.*
  - Sub conditione: *& poteſt eße medium tempus inter mortem & aditionem, l. in conditionibus, ff. de condit. & demonſt.*
- Ab inteſtato: *& tunc aut*
  - Nullum *eſt factum teſtamentum, & non eſt dare medium tempus, §. ſui, Inſtit. de hæred. quali. & diff. quod intellige, ſcilicet quòd non eſt medium an ſit hæres in certa parte, ſed in alia parte poteſt eſſe medium. Pone enim, quòd deceßit uxore prægnante, antequam partus ſit in uentre formatus: filius iam natus non eſt hæres, niſi pro quarta, quia plures poſſunt creari, ſi uerò partus eſt formatus ſeu conceptus tunc eſt hæres, niſi pro dimidia, l. cum quidam, §. ſuum, ff. de acquir. hæred. latius per Bartol. in l. fi. ff. de hæred. inſtit.*
  - Teſtamentum *aliquod eſt factũ: & aut loquimur de iure*
    - Prætorio: *& illo iure ſine dubio ſemper poteſt eſſe medium, cum ſecundum id filius poteſt abſtinere, l. nam nec emancipatus, ff. de legatis 1.*
    - Ciuili, *& aliquando poteſt eſſe medium, ut cum dicitur hæredem ſuum, quoniam eſt proximior in gradu, tempore quo teſtamentum deſtituitur, l. ſi filius qui patri, ff. de uulgat.*

HAEREDITAS QVANDO HABEATVR PRO ADITA, SI IVDEX ſtatuit certum tempus, intra quod debeat adiri uel repudiari, & tunc nihil factum ſit?

CLXXII.

L. Si quis ſuus, num. 10. ff. de iure delib.

R. Aut hoc ſtatuitur inſtituto
- Sub conditione *poteſtatiua uel mixta, & tunc elapſo tempore habetur pro repudiante, ſed pro adeunte non poteſt haberi, cum conditio non ſit impleta, l. ſi quis inſtituatur, ff. de hæred. inſtit.*
- Pure: *et tūc aut illud tempus ſtatuitur per petitionē.*
  - Filii exhæredati, *qui uult intentare querelam: & tunc ſi non adit, neque repudiat compellitur iudicis officio, l. ſcimus, §. fin. C. de inoff. teſtam. aliàs remouetur in æternum, l. 1. ff. de curat. bon. dand.*
  - Creditoris, *& tunc elapſo tempore ſtatuto habetur pro adita, l. finali, § ſed, quia quidam, cum ſeq. C. de iure dotium.*
  - Subſtituti, *& tunc elapſo tempore habetur pro repudiata, l. quamdiu, & ibi notatur ff. de acquir. hæred.*

QVAE SVNT MILITVM PRIVILEGIA CIRCA TETSAMENTVM?

CLXXIII.

L. Neque enim, ff. de teſtam. mil.

R. quòd aut eſt diſpenſatum circa
- Formam *& ſolennitatem teſtamenti: & tunc indiſtinctè in nouem dicitur diſpenſatum, prout hæc omnia refert* Bartol. *in l. neque enim, ff. de teſtam. mil.*
- Perſonam *teſtantis: & tunc in milite circa tria dicitur diſpenſatum, quæ pariter ponit & ſequitur* Bartol. *in d. l. neque enim.*
- Perſonā inſtituti, *ita quod alias impeditus poſſit inſtitui: & tunc aut quis eſt impeditus propter defectum*
  - Iuriſgentium, *ut quia ſeruus: & tunc in hoc non uidetur diſpenſatum cum milite, l. neque enim, § ſi ſeruum, de milit. teſtam.*
  - Iuris ciuilis: *& tunc aut ſi eſſet diſpēſatum,*
    - Tolleretur *ius alterius: & non intelligitur diſpenſatum, l. in fraudē, in princip. ff. de teſtam. mil.*
    - Non tolleretur *ius alterius: & tunc intelligitur diſpenſatum circa tria, quæ refert* Bartol. *in d. l. neque enim, nu. 5.*
- Diſpoſitionis *ſubſtantiam: & tunc aut quis eſt prohibitus diſponere*
  - Ne auferat *ius alterius: & hæc prohibitio durat etiam in milite, l. cum filius, ff. de milit. teſtam.*
  - Non quòd *non auferat ius alterius: et tunc aut,*
    - Quòd contra *edicta prætoris, uel contra bonos mores: & non uidetur diſpenſatū, l. ſi a milite, §. edictum, ff. de milit. teſtam.*
    - Alia ratione *eſt prohibitum in priuato: & tunc dicitur in milite in ſeptem diſpenſatum, quæ refert* Bartol. *in d. l. neque enim, in principio, nu. 6.*

L. qui

AN ET QVANDO ILLVD QVOD DICITVR DE PARTE hæreditatis, uideatur dictum de tota? CLXXIIII.

L. qui totam. num. 1. ff. de acquir. hæred.

R. Aut dicit quòd uelit
- Partem adire: et tunc aut adiens partem
  - Ignorat, *an ſibi plus deferatur; et tunc pro eodem habetur, ac ſi in toto quod ſibi deferebatur, hæreditatem adiiſſet. l. ex ſemiſſe. ff. de acquir. hæred.*
  - Scit ſibi plu*res deferri, & aut*
    - Adit unam *partem, & de alia nihil dicit: & eſt hæres in totum, ſi poteſt. l. ſi ex aſſe. ff. de acquir. hæred.*
    - Vnam partem *adit, & aliã repudiat: & tunc aut repudiat*
      - Ita quod *ſibi ex hoc non obueniat alia pars aliquomodo, ſeu iure: & talis repudiatio ſeu aditio non ualet. l. 1. §. 1. ff. ſi uſuſf. petatur.*
      - Simpliciter, *& tunc ſimiliter eſt hæres in totum. l. prima, de acquir. hæred. probatur: quia poſito quòd repudiatio ualeret in partibus repudiatis, tamen per ius accreſcendi in totum ſuccederet: nec continebit repugnantiam, ſi repudio ex inſtitutione, & uolo adire ex iure accreſcendi, l. ſi tu ex parte, in fin. ff. de acquir. hæred.*
- Repudiare *partem, & de alia nihil dicit: & tunc totam hæreditatem uidetur repudiare, nam qui uult unum, uult etiam illud ſine quo aliud eſſe non poteſt, l. nec is, ff. de acquir. hæred. unde repudiando partem, uideor repudiare omnes alias, ſine quarum repudiatione illam repudiare non poſſum, l. ſi quis ui. §. differentia, ff. de acquir. hæred.*

MINOR ABSTINENS VEL IMMISCENS SE, AN & quibus modis iuuetur? CLXXV.

L. Impuberibus. ff. de acquir. hæred.

R. quòd aut loquimur in cõditione
- Impubere: *& tunc aut ſe*
  - Non immiſcuit: *& ſine dubio poteſt abſtinere. argumento. l. impuberib. ff. de acquir. hæred*
  - Immiſcuit, *& tunc aut*
    - Cum tutoris *autoritate: & non poteſt ſe abſtinere, niſi per reſtitutionem.*
    - Sine tutoris *autoritatate; & tunc poteſt ſe abſtinere. l. more, ff. de acquir. hær.*
- Adulto; *& tunc aut curationem*
  - Non habet *& tenet aditio. l. ſi curatorem. C. de in integ. reſtit. min. & non poteſt ſe abſtinere, ſi ſe immiſcuit, niſi reſtitutione iuuetur, l. neceſſarij. de acquir. hæred.*
  - Habet, *& tunc aut hoc fecit*
    - Autoritate *curatoris; & non poteſt ſe abſtinere, niſi per reſtitutionem.*
    - Sine curatoris *autoritate & poſſum me abſtinere, prout in principio dicitur in pupillo habente tutorem. l. ſi curatorem. C. de in integ. reſtit.*

HAERES AN ET QVANDO PRAESVMATVR NESCIVISSE mortuum teſtatorem?

CLXXVI.

L. Is poteſt num. 16 & ſeq ff de acquir hæred.

R. quod aut hæres dicit
- Se neſcire teſtatorem mortuum, ad hoc ut euitet onera hæreditaria: et aut agit quid
  - Expreſsè dicendo, quod facit hoc modo ut hæres: & uidetur confeſſus illum mortuum ſciuiſſe: quia ui uenus nulla eſt hæreditas. l. 1, de hæred uend. nec poteſt uenire contra confeſſionem ſuam, niſi doceat de errore. l. generaliter. C. de non numerat. pec.
  - Non exprimendo quod faciat ut hæres, ſed alio modo res hæreditarias adminiſtrauit, ita quod ſuſciret; mortuū uideretur adiſſe: & aut probatur quod ſit
    - Conſanguineus eius quidam mortuus: & præſumitur eum hoc ſciuiſſe. l. Octaui. ff unde cogn. niſi forte ipſe ex aduerſo probet abſentiam. uel aliquid per quod illa præſumptio tollatur. l. filium, ff. de his qui ſunt ſui uel alie. iur.
    - Vicinus: & tunc debet probare quòd fama eſſet in uicinia: & præſumitur ſcientia, notatur in l. ſi tutor. C. de p eric. tutor.
    - Eiuſdem ciuitatis, & tunc debet probari fama in ciuitate, & præſumitur eius ſcientia, l. regula. §. 1. ff. de iur & facti ign.
    - Non conſanguineus, nec uicinus, nec eiuſdem ciuitatis: & tunc non præſumitur ſcientia, niſi aliis modis probetur. nam non præſumor eſſe in alia ciuitate, quàm in ea unde ſum.
- Se ſcire teſtatorē mortuū: & alius, ad excludēdū eum ab hæreditate dicit, ipſum hoc neſciuiſſe: & tūc ſi hæres ita dixit præſumitur eum uerè ſciuiſſe. argumento l. Labeo. ff. de ſuppel. leg. licet ex aduerſo poteſt probari contrarium, & hoc fit probando fuiſſe. eum in tali loco, & quòd hæres fuerit in tali, ita quò d non potuit ad eius notionem peruenire. l. optimam. C. de contrah. & commit. ſtip.

SI HAERES IN VERITATE INSTITVTVS PVRE' qualiter probetur eum hoc ſciuiſſe?

CLXXVII.

D. l Is poteſt, num. 21. de acquir hæred.

R. quod aut hæres fuit certificatus de teſtamento
- Quia interfuit, uel uidit, uel recitari fecit; & tunc non poteſt dubitari quin ſciuerit, ſecundum quod eſt. ff. quem ad. teſt. ap. per totum.
- Ex opinione multorum, & famæ uel ex literis amicorum: & tunc aut illorum opinio ſeu aſſertio
  - Habebat ſe ſimpliciter, quod talis erat inſtitutus, utrum purè uel ſub conditione nihil dicebat: & tunc præſumendum eſt quod purè crediderit l. 1. ff. de condit. & dem & ideo poterit adire, quia ſua opinio cum ueritate concordat. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff de acquir. poſſeſſ.
  - Habebat ſecum dubitationem, ut quia dicebāt, fecit teſtamentum, & inſtituit talem, neſcimus utrum purè uel ſub conditione: & tunc hæres debet eſſe certus. l cum falſum. ff de acquir. hæred.
  - Expreſſe habuit eum hæredem purè inſtitutum: & tunc dubitatur quin purè crediderit. argumento eius quod dicitur, quando aſſertio ſe habebat ſimpliciter.
- Ita quod dubitetur qualiter: & tunc in dubio hæres præſumitur ſcire, quæ in teſtamento continentur. l. cum hæres. ff. de liber. legata. examinat Bartolus in l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de uerb. obligat.

L. Si

IGNORANTIA EVENTVS CONDITIONIS, AN ET quando impediat aditionem? CLXXVIII.

L. Si quis extraneus. §. ſciendum. ff. de acquir. hær.

R. Quod aut loquimur in cõditione

- Iuris: & hoc caſu talis error non impedit conditionem l. multum ff. de condit. & dem. quod intellige, ſi per talem errorem non errabatur in cauſa acquirendi. ſciebat enim eſſe ſuum, uel uoluntarium: quia ſi in hoc erraret, non ualet aditio. l. is qui putat & l. ſeq. ff. de acquir. hæred. ſed per illud errabatur in perſona eius cui debebat acquir. l. qui in aliena. uerſ. nam cum. ff. de acquir. hæred.
- Facti: & tūc aut hæres fuit inſtitutus
  - Pro parte pure, & pro parte ſub conditione: tunc talis ignorantia non impedit aditionem. l. ſi quis extraneus. in fine ff. de acquir. hæred.
  - In totum, ſub conditione: & tunc aut
    - Habebat uehementem opinionem, quod conditio extiterat, licet uerum ignoret: & non impeditur aditio. argumento. l. cum quidam §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred.
    - Igorabat ſimpliciter: & aut
      - Sciebat ſe inſtitutum ſub conditione: & non poteſt adire. l. multum. ff. de condit. & dem.
      - Credebat ſe inſtitutum pure: & tunc poteſt adire l. hæres inſtitutus ff. de acquir. hæred.

SENTENTIA EX FALSA LATA CAVSA, AN ET quando ſit nulla? CLXXIX.

L. Si is ad quem, ff. de acquir. hæred.

R. Quòd aut illa cauſa eſt

- Allegata à parte, & tunc aut eſt falſa cauſa
  - Circa ſubſtantialia iudiciorum, ut quia dicit litem conteſtatam, cum non eſſet, & ſimilia: & tūc ſententia eſt ipſo iure nulla, l. ſi quis obrepſerit, ff. ad l. Cornel. de falſis.
  - Circa iuſticiam partis, ut quia dixit pactum factum, & aut ſententia eſt lata contra
    - Minorem, & eſt ipſo iure nulla, l. 1. C. ſi tutor ex falſ. allegat. excuſ. ſit.
    - Maiorem: & aut allegatio iſt facta
      - Dolo partis: & eſt lata aut contra
        - Abſentem, & eſt ipſo iure nulla Bartol. in l. ſi is ad quem, ff. de acquir. hæred.
        - Præſentem: & eſt aliqua, ſed reſcinditur per reſtitutionem, l. ſi prætor §. Marcellus, ff. de iudic.
      - Abſque dolo partis, & tunc ſentētia eſt aliqua, ſed ope exceptionis reſcinditur, & hoc caſu loquitur titulus, C. ſi ex falſ. inſtrum. & l. diuus, ff. de re iudic.
- Allegata à iudice, & tūc aut fuit falſa
  - In facto & in iure tantum, & ſententia eſt ipſo iure nulla, quia continet expreſſum errorem, l. qui teſtamento, ff. de excuſat. tut.
  - In facto tantum, non in iure, ut puta ſi dixit, quia reperimus talem ſoluiſſe, & ideo eum abſoluimus, cum de abſolutione non appareat in actis, tunc ſententia ualet, ſed per appellationem reſcinditur, l. præſes, ff. de re iudicata.
- A' iudice in mente retenta, ut quia corruptus precibus, uel pecunia, & tunc an ſententia ualeat, dicitur per Bartol. in l. ſeruo inuito, §. cum prætor, ff. ad Trebell.

PER VERBA QVALITER PROBETVR ANIMVS EIVS, quem dicimus hæreditatem adiiſſe ?

CLXXX.

L.Gerit.n. 9. in fin.ff. de acquir. hæred.

R. Quod quædam ſunt uerba

- Diſpoſitiua *certa, nullam ambiguitatem habentia: ut ſi quis dicat, gero me pro hærede. l. pro hæred. ff. de acquir. hæred. uel dicat, accipio hæreditatẽ hanc. l. apud Aufidiũ. ff. de optione legata. & per illa uerba aditio inducitur ſine dubio.*
- Aliqualem *ambiguitatem habentia: & tunc aut ſunt uerba*
  - Diſpoſitiua *ſuſpenſiua et tũc aut ſunt prolata*
    - Certitudinariè *& delibertatè, ſiue hoc probetur ex præcedentibus, ſiue ex inſtantibus, ſiue ex ſequentibus: & tunc inducitur animus aditionis. l. illud dubitari. ff. de acquir. hæred*
    - Incertitudinariè *& indelibertatè, & habetur pro primo uoluntatis motu: & tunc non inducitur aditio. Gloſſa in l. ſerui electione in princip ff. de legatis primo.*
  - Enunciatiua *& aut enunciatiua ſunt prolata*
    - Per ſe: *et aut proferuntur ab eo*
      - Qui poteſt *adire: & inducitur aditio ſeu probatio uoluntatis adeundi. l. gerit. ff. de acquir. hæred.*
      - Qui non poteſt *adire; & non præiudicat, niſi quo ad præſentes huic confeſſioni.*
    - Per ailud: *et aut proferuntur*
      - Conditionaliter, *& non inducitur aditio: quia talis actus non recipit conditionem. l. eum qui. in fin. ff. de acquir. hæred. item quia iſta uerba dubitatiuè proferuntur, & in aditione requiritur animus certus. l. ſi is qui hæres. §. 1. ff. de acquir. hæred.*
      - Per modum *cauſæ: ut, hoc facio quia hæres ſum. & ſine dubio inducunt probationem uoluntatis.*
      - Demonſtratiuè: *& tunc quoque inducunt probationem uoluntatis. ut l. Pantonius. ff. de acquir. hæred.*
  - Dubia: *& tunc aut referuntur*
    - Ad ſolam hæreditatem *& inducitur probatio uoluntatis. Bartol. in l. gerit. nu. 17. ff. de acquir. hæred.*
    - Ad totum: *& non inducitur aditio: & ſtabitur hoc caſu interpretationi proferentis. probatur in l. ſi quis intentione. de iudi. & ſi ipſe eſt mortuus, ſtabitur declarationi hæredis illus qui melius nouit uoluntatem ſuam. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. de legatis primo.*

QVALITER PER FACTA PROBETVR ANIMVS EIVS, quem dicimus hæreditatem adiiſſe ?

CLXXXI.

L.Gerit.nu. 19 ff de acq. hæred.

R. Quædam ſunt facta

- Præparatoria, *& ad aditionem*
  - Neceſſaria, *ut ſi quis implet conditionem, qua non impleta, non poterat hæreditatem adire: uel ſi quis agit querela, qui ante dire non poterat: & tunc per illa facta non inducitur aditio. l. quemadmodum, ff. de inoff. teſtam.*
  - Non neceſſaria, *ut puta ſi accuſo teſtamentum falſum: ſi enim ſum certus de hoc, non eſt mihi ne adeam prohibitum: & tunc per tale præparatorium non inducitur aditio. l. cum quidam. ff. de bon. poſſeſ.*
- quæ fiunt *principaliter per ſe: & tunc aut illa facta*
  - Sunt certa, *quòd per ea non inducatur aditio: & non inducitur aditio. l. pro hærede. in fin. ff. de acqui. hæred.*
  - Sunt certa, *quòd inducant aditionem, quia citra ius & nomen hæredis fieri non poſſunt: & de his non dubitatur, quin inducant aditionem. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæred.*
  - Sunt dubia, *quod per aliquem poſſunt fieri tanquam pro hærede, & etiam alio modo & ideo aditio perpendenda eſt ex qualitate rei, perſonarum, factorum. Bartol. in l. gerit. nu. 19. in fin. ff. de acquir. hæred.*

L.Gerit

PER FACTVM DVBIVM AN ET QVANDO PROBETVR ADITIO, ita quòd ille quem dicimus hæredem, facit, quòd idem factum poteſt facere ut hæres, & non hæres? CLXXXII.

L.Gerit,num.2.cum ſeq ff.de acquir.hæred.

R. quòd aut illud

- Poteſt facere uno modo licitè, alio illicitè: & tunc an licito uel illicito modo hoc facere uoluerit
  - Dubitatur: & tunc in dubio non præſumitur, quòd uoluit delinquere, unde dicitur hoc eum feciſſe, de quo erat licitum: & tunc ſi hoc licitè faciebat, ut l.meritò, ff pro ſocio.
  - Eſt certũ: & aut fecit modo
    - Licito, & ſtamus certo, & dicitur probata aditio.
    - Illicito: & non poteſt inducere aditionem, l.ſi is qui extraneus, ff.de acquir.hæred.
- Pōt quis utroq; modo facere ſuo nomine: & tunc aut illum actum
  - Poterat facere ut dominus, & non ut hæres: & præſumitur aditio, l.pro hærede, §.ſi quis tamen ff.de acquir.hæred.
  - Non poterat facere ut dominus, niſi eſſet hæres: & tunc aut ille actus eſt factus
    - Cum alio: & uidetur hoc feciſſe ut dominus, niſi aliud expreſſerit, l.1.C.credit.euict.pig.non debere.
    - Sine alio: & intelligitur factum ex cauſa quæ ſibi uidetur eſſe utilior. l.1.cum leg ſeq ff de ſolut.
- Poteſt quis facere utroque modo licitè, tamen uno modo nomine ſuo, alio alieno: & quædam ſunt quæ fiunt nomine alieno
  - Ad utilitatem alienã, ſuo tamen nominè: & tunc aut ſunt in quibus
    - Cauſa pietatis de facili cadit, ut ſepelire defunctum: & ex his actib⁹ non præſumitur aditio, niſi probetur, l.at ſi quis, §.plerique, ff.de relig.
    - Non eſt ſuperior præſumptio de facili, nec præſumptio aditionis, ut recolligere fructus: & ſtatur ei ſi uiuit, cum iuramento, uel eo mortuo, hæredum interpretationi.
    - Nullo modo cadit aliqua præſumptio ſuperior: & in iſtis animus adeundi præſumitur, niſi contrarium probetur, l.ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi mandauit, ff.de acquir.hæred.
  - Gerendo negocia alterius: & in dubio non intelligitur factum nomine alieno, l.magis, ff.de ſolut.
- Poteſt fieri utroque modo licitè, ſed utroque nomine meo & alieno: & tunc diſtingue latius, ut per Bartol.in d.l.gerit,num.27 ff de acquir.hæred.

PER ERROREM IVRIS AN ET QVANDO PERDATVR lucrum? CLXXXIII.

L.Clodius, ff de acquir.hæred.

R. quòd aut loquimur in lucro

- Quærendo: et tũc aut lex priuat aliquem lucro propter,
  - Aliquod quod cadit in delictum, ut in matre, non petente tutorem filio: & iuris error non excuſat. l.ſi.C.qui pet.tut.ratio patet in textu, ibi.
  - Aliquod quod non cadit in delictum, ut cum ſtatuitur ut fiat aliquid intra certum tempus: & tunc aut errans
    - Potuit peritiores conſulere: & tunc error iuris non exſcuſat. Bartol.in l.Clodius, ff.de acquir.hæred.
    - Non potuit peritiores cõſulere: & tunc error iuris excuſat. l.in bonorum, ff.de bon.poſſeſ.
- Quæſito iam: & tunc dicitur, ut lucro iam quæſito non priuetur aliquis per errorem iuris, l.quæ fideicommiſſum, de legatis ſecundo.

L.Fin.

PLVRIBVS HAEREDITARIIS PORTIONIBVS DELATIS, EX diſpoſitione defuncti, an & quando quis poſsit partem accipere, & partem repudiare?

CLXXXIIII.

L. fin. nu. 1. ff. de acqu. hæred.

R. Quòd aut circa partes delatas

- Eſt incertus, *quia putat maiores uel minores quàm ſint: & tunc dicitur ut in l. ex ſemiſſe, l. ſi quis extraneus, §. ſi quis partem, ff. de acquir. hæred.*
- Eſt certus *& tunc aut totum relinquitur*
  - Vno nomine: *et aut relinquitur*
    - Libero: *& aut adit*
      - Ipſe: *& tunc aditione partis uidetur totum adire, nec poteſt ſcindere medietatem relicti, l. 1. l. ſi ex aſſe, ff. de acquir. hæred.*
      - Hæredes *eius, fortè ex iure deliberandi ad eos tranſmiſſo: & tunc ſi ſunt plures, poſſunt pro parte adire, argumento l. legatarius, in princip. ff. de legatis primo.*
    - Seruo: *et tũc aut eſt ſeruus*
      - Vnius: *& non poteſt ſcidendo pro parte adire, l. 1. ff. de acqui. hæred.*
      - Plurium: *& poteſt adire pro parte, l. ſeruus duorum, ff. de acquir. hæred.*
  - Diſtinctis *partibus: & aut deferuntur mihi*
    - Oẽs pro me: *& aut deferuntur, omnes mihi*
      - Eodẽ iure: *ut iure inſtitutionis: & tunc aut*
        - Omnes *purè: & unius aditione uideor adire totum, etiamſi habeam coniunctum uel ſubſtitutum, l. 2. ff. de acquir. hæred.*
        - Quædam *purè, quædam ſub conditione: et tũc aut*
          - Non habet *ſubſtitutum ſeu coniunctum: & unius aditione habet totum, l. cum hæres, §. fin ff de acquir. hæred.*
          - In parte *conditionali habet ſubſtitutũ: & tunc adeundo non erit hæres niſi pro parte purè relicta, l. cum hæres, ff. de acquir. hæred. tamen exiſtente conditione erit etiam hæres in alia parte, ſine noua aditione.*
          - In parte *conditionali non habet ſubſtitutum, ſed coniunctum: tunc adeundo partem purè relictã eſt hæres, etiam in illa parte partis conditionaliter relictæ, quam habiturus eſt in omnem euentum l. liber homo, §. ſi ita, ff. de hæred. inſtit.*
      - Diuerſo iure: *& tunc aut*
        - Primò *adijt ex inſtitutione: & tunc adueniente conditione ſubſtitutionis, eam habebit abſque noua aditione, ſicut teſtator diſpoſuit.*
        - Repudiauit *partem ſuam, tunc poſtea partem aduenientem ſubſtitutus poterit adire, & cum ea reperiet iure accreſcendi partem partis ſuæ.*
    - Omnes per *alium & tunc aut*
      - Purè: *& non poteſt unam partem tantum adire. ratio remiſſiuè ad Bart. hic.*
      - Aliqua *purè, aliqua ſub conditione, tunc poteſt una adiri: & ſi conditio extiterit, non haberet aliam ſine noua aditione.*
    - Quædã *per me, quædam per alium: & tunc aut*
      - Vna obuenit *mihi per me, alia per alium cui hæres ſum: & tunc dic ut in l. liber homo, § ſi ita, ff. de hæred. inſtit.*
      - Vna obuenit *mihi per me alia per alium cui non ſum hæres: & diſtingue, ut per Bartolum in d. l. fin. nu. 1. de acquir. hæred.*

L. Licere

SI QVIS OMISIT ADIRE EX TESTAMENTO, VT VADAT AD legitimum, an & quando legatarius & fidei-commiſſarius teneatur?

CLXXXV.

L. Licere pro hærede, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt.

R. Quòd aut illud omiſit:

- Sine dolo & *fraude legatorum: & tunc non tenetur legatarijs, l. qui autem, §. non ſimpliciter, ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtam.*
- Dolo & fraude *legatorum: & tunc aut*
  - Accepta pecunia: *& tunc tenetur ſecundum ordinem, l. licet pro hærede, ff ſi quis omiſſa cauſ. teſtam.*
  - Nō accepit *pecuniam: & tunc aut loquimur in omittēte,*
    - Qui nihil poſsidet: *& tunc non tenetur, l. ſi quis pecuniam, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.*
    - Qui poſsidet: *& tunc aut fraudem*
      - Participauit: *& tenetur ſine dubio.*
      - Nō participauit: *& non tenetur, l. qui autem, §. ſi patronus, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.*
- Ita quòd *dubitetur, an in fraudē, uel nō: & tūc aut*
  - Accepit pecuniam, *& præſumitur fraus: & ideò tenetur, Bartol. in l. licet pro hærede, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.*
  - Non accepit pecuniam, *& non præſumitur fraus niſi probetur: probatur autem eo ipſo quod omiſit, uolens gratiam facere legitimo, l. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam.*

ILLE QVI OMISIT SVCCEDERE EX TESTAMENTO, ut ſuccedat ſubſtitutus, an & quando teneatur edicto, ſi quis omiſſa cauſa, &c.

CLXXXVI.

L. Qui omiſſa, num. 4. ff. ſi quis omiſſa, &c.

R. Quòd aut erat ſubſtitutus

- Ille ipſe *ſibi ipſi: & non tenetur hoc edicto, quòd uidetur facere ex diſpoſitione defuncti, l. 1. §. ſi proponatur, ff. ſi quis omiſſ. cauſ.*
- Alius: *& tunc aut ille ſubſtitutus*
  - Erat in poteſtate: *& ſic ad ipſum reuertitur, & hoc edicto tenetur, l. cui ſeruus, ff. ſi quis omiſſa cauſa.*
  - Nō erat *in poteſtate omittentis: & tunc aut erat*
    - Deſcendens *ex eo, & non incidit in edictum, uidetur enim hoc permiſiſſe teſtator quod apparet: quia facit de ſuo uoluntarium.*
    - Ex deſcendentibus *ei qui eum ſubſtituit: & idem quod non tenetur omittens, l. Iulianus, in fine, ff. ſi quis omiſſ. cauſa.*
    - Extraneus *omittenti: & tunc aut erat*
      - Etiā illi *extraneus: & tūc aut omiſit*
        - Bona fide, *& ſine fraude: & tunc nec omittens, nec ſubſtitutus tenetur, l. ſi quis omiſſa, ff. ſi quis omiſſa cauſa.*
        - In fraudē: *& tūc aut*
          - In fraudē *ſuam, cum neſciret ſubſtitutum: & tunc non tenetur omittens, l. qui autem, §. ſi patronus, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.*
          - Participauit *fraudem: & tunc tenetur uterque, & omittens ſubſtitutus, ſi omittens accepiſſet pecuniam: ſed ſi ſubſtitutus habet onera, non debet prius diſcuti poſſeſſor, ſecus, ſi non habet, quia tunc debet diſcuti. Ita dicit Bartol. in l. quia omiſſa, num. 4. ff. ſi quis omiſſa cauſa.*

L. Qui

EX EDICTO SI QVIS OMISSA CAVSA,&c. AN ET QVANDO tenetur ille qui omittit ex teſtamento, ut ſuccedat ab inteſtato?

CLXXXVII.

L. Qui omiſſa, nu. 2. ff. ſi quis omiſſ. cauſa.

R Quòd aut omiſit ut ſuccederet ab inteſtato
- Ipſe omittens: & aut omiſit
  - Non implendo conditionē
    - Poteſtatiuam & facilem, & tenetur ſicut ſi eſſet inſtitutus purè, & repudiaret, l. 1. §. qui ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtam.
    - Grauem & oneroſam: & non tenetur quaſi ex iuſta cauſa omiſerit, l. mater, §. 1. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.
  - Repudiādo & aut ex cā
    - Iuſta, & hoc edicto non tenetur, l. qui autem, in princip. & §. non ſimpliciter, ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam.
    - Non iuſta: & aut poſsidet illa bona
      - Titulo inter uiuos qui erat
        - Iniuſtus & fictus: & tenetur perinde ac ſi titulum non haberet, l. 1 §. non quærimus, ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtam.
        - Iuſtus & non tenetur, l. qui omiſſa, ff. ſi quis omiſſa, cauſa.
      - Titulo pro hærede: & aut tanquam hæres
        - Alicuius alterius quàm illius ex cuius teſtamento repudiauit: & tunc non tenetur, quia nec petitione hæreditatis poſſet conueniri, l. nec ullam. §. Neratius, ff. de petit. hæred.
        - Eius ex cuius teſtamento omiſit: & aut quæritur ā teneatur ad ea quæ
          - poſſunt per ſe ſubſiſtere, ut ad portionē hæreditatis relictam directò: & non tenetur, l. ſi in teſtamento; ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſtamenti.
          - Non poſſunt: per ſe ſubſiſtere: & aut ex teſtamento
            - Non daretur petitio hæreditate adita, ut cauſa conditionis implendæ: & ille non tenetur, l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.
            - Daretur petitio: & aut is qui uult petere
              - Eſt in ſimili culpa, quia potuit adeundo conſequi: & non tenetur ommittens, l. quidam Titium, ff. ſi quis omiſſ. cauſa.
              - Non eſt in culpa, & omittēs tenetur ſed in quantū & qualiter, eſt aduertendum: et aut legata
                - Non fuerunt repetita ab inteſtato: & tūc aut
                  - Ipſe ſolus poſsidet tāquā hæres et tūc ipſe tenetur in ſolidū, etiāſi modicū poſſideat. idem ſi dolo deſijt poſsidere, uel dolo deſijt apprehendere poſſeſſionem.
                  - Poſsidet ipſe et alius: tāquam hæres ab inteſtato: et aut ille alius
                    - Non fuit ſubſtitutus: & tūc aut fraudem
                      - Nō participauit cū ipſo omittēte et hoc cōſtat & nō tenetur.
                      - Participauit: & aut omittens precium
                        - Recipit et quilibet tenetur in ſolidum.
                        - Non recipit & quilibet tenetur pro parte hæreditaria.
                      - Verū participauerit, dubitatur: et tūc nō præſumitur, niſi probetur quod eo ipſo probatur, quod hæredi perſuaſerit: uel aliter procurauit ut fieret
                    - Fuit ſubſtitutus & aut quæritur de legatis
                      - Relictis ſeparatī a quolibet: et quilibet tenetur de ſuis. quod intellige, ſi erant relictæ res diuerſæ, ſeu quantitates.
                      - Relictis cōmuniter: et poſſunt legat. cōuenire quē uelit, l. ſi ab in ff. ſi qs om.
                - Fuerūt repetita ab inteſtato, tūc illa debētur, tamē relicta in teſtamēto debent prius ſolui, ſecūdū ordinē datum in l. qui aūt, in princ. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.
- Alius: & tunc dic, ut latiſſimè diſtinguitur per Bartolum in d. l. qui omiſſa nu. 3. ff. ſi quis omiſſa, &c.

HAEREDITAS EX PRIMO TESTAMENTO AN ET QVANDO ADEATVR, ſi ſecundum fieri fuerit prohibitum CLXXXVIII.

L. Mirum, num. 11. ſi quis aliq. teſta. prohib.

R. quòd aut inſtitutus in primo teſtamento erat

- Nec ipſe *probibens, nec eius filius, nec ſeruus: & ſua probibitio non impedit ſuccedere inſtitutos in primo teſtmento, l. 2. § fratris, ff. ſi quis aliq teſt. prohib. niſi apertisſimè conſtaret quòd teſtator uolebat mutare primum teſtamentum, reſpectu hæredis inſtituti, & inſtituere alium.*
- Filius *uel ſeruus prohibentis: et tunc aut erat*
  - In poteſtate *tempore prohibitionis, licet non eſſent tempore aditæ hæreditatis: & tunc dicuntur indigni, & hæreditas fiſco applicatur, ſecundum omnes, l. 1. §. 1. ff. ſi quis aliquem teſtat.*
  - Sui iuris, *tempore probitionis & aditæ hæreditatis: & dicitur quòd eius probibitio hoc nihil impediat.*
- Ipſe *probibē bens: & tunc aut erat*
  - Cum aliis, *& aliis non nocet, niſi etiam ipſi dolum commiſerint. intellige, niſi conſtaret quòd teſtator etiam uolebat mutare, quo ad inſtitutionem aliorum.*
  - Solus, *et tūc aut*
    - Solus erat, *& ſucceſſurus ab inteſtato, & hæreditas fiſco applicatur. l. 1. in princi. ff. ſi quis aliquem teſtari prohib.*
    - Non erat *ſucceßurus ab inteſtato, uel non ſolus, & ſuccedit fiſcus tantum, intellige ſemper, niſi conſtaret quòd uolebat mutare teſtamentum, & inſtituere uenientes ab inteſtato, uel alios certos: tunc enim illis ſubuenitur.*

PRO LEGATIS QVAE ACTIONES COMPETANT? CLXXXIX.

L. 1. num. 11. cum ſeq. ff. de legatis primo.

R. Quandoque loquimur aut de actione

- Perſonali *ex teſtamento: & tunc quædam ſunt legata, quæ alterius utilitatem*
  - Continent, *& de iure cōmuni ualent: & pro ipſis competit actio ex teſtamento, ſiue in teſtamento, ſiue in codicillis relinquatur. l. prima. C. communia. de legatis.*
  - Non continent *ſed ſolum ad conſeruandum honorem & autoritatem teſtatoris pertinent: & ad iſta nulla actio competit, ſed officium iudicis. l. Quintus ff. de ann. legat.*
  - Continent *tamen non ualerent de iure communi, ut quando conditio quæ non eſt impleta, habetur pro impleta, & dicitur per Bartol. in l. teſtamento. ff. de condit. & dem.*
- *
  - Vniuerſale; *& tunc aut*
    - Vniuerſale *ideo, quia legatur pars hæreditatis defuncti. & tunc æquiparatur fidei commiſſo uniuerſali. & ideo competit uindicatio, niſi facta reſtitutione. l. ſi quis ſeruum § fin. ff. de legatis 2.*
    - Aliàs uniuerſale, *ut quia legatur peculium, grex, & ſimilia: & competit uendicatio ut l. ſi peculium, in princip. ff. de pecul. leg.*
  - *

Generale, & aut legatũ eſt

- Omnium bonorum: & habet uim fideicommiſſi uniuerſalis, l. quoties. §. fin. de uſuſ. iuncta l. cogi. in princip. ff. ad Trebell. & ideo non competit uindicatio, niſi facta reſtitutione.
- Partis bonorum, & dic ut in l. non amplius, §. fina. ff. de legatis 1.

In rem: & aut legatũ eſt

Singulare, & aut conſiſtit in

- Quantitate, & hoc conſtat quod non competit uindicatio.
- Genere & idem quod non competit uindicatio niſi facta electione. l. apud Aufidium. ff. de opt. leg
- Specie certa: & aut legatũ
  - Alternatiuè, & in hoc non competit uindicatio, niſi electione facta. l. huiuſmodi. §. Stichum, de legatis 1.
  - Simpliciter, & aut legatur
    - Expreſſè, & aut legatur res
      - Teſtatoris, & competit uindicatio. l. 1. C. com. de legatis.
      - Aliena: & non competit. l. cum rem alienam. C, de legatis.
    - Tacitè, & tunc non tranſit dominium: & ſic non competit uindicatio. l. ſeruum filij. §. fin. ff. de legatis. 1,

Hypothecaria: & tũc eſt tale legatum, pro quo

- Non competit rei uindicatio, ſed actio perſonalis: & tunc non eſt dubium quod competit hypothecaria. l. 1. in fin. C. com, de legatis.
- Competit actio in rem, et tunc contra alias res defuncti competit hypothecaria, in illa uerò re legata, non: quia res ſua non poteſt ſibi eſſe obligata. l. nec ſ pignus. ff. de reg. iur.
- Non perſonalis, nec in rem actio, ſed ſolum officium iudicis competit: tunc eadem ratione qua hæres, compellitur etiam res. l. hæreditas. ff. de petit, hæred.

EXPRESSIO EIVS QVOD TACITE INEST, AN ET quando aliquid operetur?

C X C.

L. Hæc uerba. nu. 9. ff. de legatis 1:

R. Quòd aut exprimitur tacite per modum

Conditionis & tunc aut exprimitur per eum modum, per quem illud tacitè

- Ineſt & tunc eius expreſſio nihil operatur. l. hæc uerba. de legatis 1. cum ſimilibus, dicitur autem tacite ineſſe, quando diſpoſitio aliter non poteſt ſortiri effectum quam ex diſpoſitione illa etiam ſi aliunde poſſet ſortiri effectum, non tamen ex diſpoſitione teſtatoris, uel alterius diſponentis.
- Non ineſt, & ſic per alium modum: & tunc eius expreſſio operatur aliquid. l. ſi ita legatum. §. illi ſi uolet. de legatis 1.

Diſpoſitionis & tunc aut ineſt tacitò

- Ex neceſsitate, contra uoluntatem exprimentis & aut quæritur an aliquid operetur
  - In fauorem eius, cuius fauore inerat: et dicitur quod nihil operatur. l. Titia. ff. ad l. Falcidiam.
  - In præiudicium eius cuius fauore inerat & dicitur quod nihil operatur. l. ſi arrogator. ff. de adoption.
- Præter uoluntatem exprimentis, & tunc eius expreſſio operatur, ut amodò illud tacitũ ceſſet. l. talis ſcriptura. ff. de legatis. primo.
- Secundum uolutatem exprimentis, licet tacitam: & talis expreſſio nihil operatur. l. cum quid. ff. ſi cert. pet.

L. Serui.

L. Serui electione, num. 4. de legatis 1.

R. quòd aut
- Non eſt *adiunctum dictioni alicui, ſed ſtat per ſe, & nihil importat,* Bartol. *in l. ſerui electione, nu. 4 de legatis.* 1.
- Eſt adiũctum: *& aut habet determinationem*
  - Certæ rei, *& inducit diſpoſitionem: ut ſi dicerem, uolo illam rem, eſſet electio. l. 2. ff. de option. legata.*
  - Alicui* *uerbi infiniti: & aut actus importatus uenit explicandus*
    - Ab alio *quàm à proferente: & inducit diſpoſitionem, l. 1. ff. mandati ratio, quia in nolente non eſt faciendũ aliud, quàm explicare uoluntatem ſuam, quod facit per uerbum uolo, l. 1. C. de ſum. trin. & ibi* Bartolus.
    - A uolente: *& aut ille actus*
      - Non conſiſtit *in nuda uoluntate: & tunc non inducit diſpoſitionem illius actus, ut ſi dico, uolo aſcendere arborem, non ſequitur,* Ergo *aſcendo. l. in uendentis, & ibi notatur,* C. *de contrah. empt.*
      - Poteſt *explicari nuda uoluntate: & aut natura illius actus eſt*
        - Pendere *in futurum, ut in ultimis uoluntatibus: tunc inducit diſpoſitionem, ut ſi dico, uolo relinquere, l.* Pamphilo, §. *propoſitũ, ff. de legatis* 1.
        - Expediri *in continenti: & diſtinguitur, quòd aut uerba ſunt prolata ad partis interrogationem, uel aliàs deliberatè uel indeliberatè, ut per* Bartolum *in l. ſerui electione, in princip. ff. de legatis* 1.
        - Dependere *ex uolũtate proferentis, & alterius, ut in contractib. & tunc aut illa uerba proferuntur*
          - Ab uno tantum: *& non ſufficit.*
          - Ab utroque, *& tunc aut per uerba præſentis futuriue temporis, prout dicitur, & notatur in d. l. in uendentis.*

COMMVNE AN ET QVANDO POSSVM DICERE MEVM CXCII.

L. Serui electione, §. Labeo, ff. de legatis 1.

R. quòd aut quæritur, an poſſim dicere meum
- Verè: *& dicitur quòd non l. illud, ff. de ritu nupt. l. id quod noſtrum, ff. de reg. iur.*
- Ficte, *& aut quoddam eſt*
  - Commune *pluribus, ut uniuerſis: & quod commune eſt, meum non eſt, l. in tantum, §. uniuerſitatis, ff. de rer. diuiſ.*
  - Cõmune *pluribus ut ſingulis: & aut quæritur an ſit meum*
    - quoad diſpoſitionem *partis meæ: & poſſum dicere quòd ſic, l. ſerui electione, §. Labeo, ff. de legatis 1. & l. 2. de condit. inſtit.*
    - quoad diſpoſitionem *partis ſocij: & tunc non poſſum dicere meum, l. falſo. C. com. rer. alien.*
    - quoad diſpoſitionem *ſuper toto: & aut res*
      - Erat deſtinata *ad hoc, & illud dicitur meum, l. in tantum, §. in communi, ff. de rer. diuiſ.*
      - Non erat deſtinata *ad hoc, & non dicitur meum, l. Sapinus, ff. com. diuid.*

CONDITIO DIVIDI AN ET QVANDO POSSIT? CXCIII.

L. Stichum, num. 3. de legatis 1.

R. quòd aut conditio confertur
- In eius poteſtatem cui relinquitur: & tunc aut illa conſiſtit in
  - Dando: & non poteſt diuidi, l. cui fundus, ff. de condit. & dem.
  - Faciendo: & aut ab initio in perſona
    - Plurium: & poteſt diuidi.
    - Vnius, licet ex pòſt facto deueniatur ad plures: & non poteſt diuidi, fallit, quando legatum ſcinditur, tunc etiam ſcinditur conditio, fallit item, quando ex pòſt facto cœpit impoſſibile eſſe impleri totam, Bartol. in l. ſi plures, C. de condit. inſertis.
- In aliquem euentum: & tunc aut conditio
  - Eſt implenda in ipſa, & circa ipſam rem de qua fit diſpoſitio: & tunc diuiditur, ut ſi hoc erit, id eſt quatenus erit, eadem ratione in diſpoſitione quæ fertur in iſtius conditionis defectum.
  - Confertur in aliquam aliam rem extrinſecam ab eo de quo fit diſpoſitio: tunc non poteſt ſcindi, l. ſi ita fuerit ſeruus, ff. de manumiſſ. teſtam.

EVM AD QVEM DEVENIT QVID PER MEDIAM PERSONAM de meo, an & quando poſſum grauare? CXCIIII.

L. Cum filia, num. 1. de legatis 1.

R. quòd aut deuenit ad eum
- Ex ultima uolũtate teſtatoris: & tunc peruenit ad eum
  - Aliquid non continens commodum pecuniarum, & non poteſt grauari, l. planè, la. 2. §. fin. cum l. ſeq. de legatis 1.
  - Aliquid continens commodum pecuniarum: & poteſt grauari, licet perueniat ad eũ per mediam perſonam, dummodo ſit ſubſtitutus legatario, fideicommiſſario, donatario, cauſa mortis, uel cui debet dari cauſa conditions implendæ, l. quidam teſtamento, §. fin. ff. de legatis 1. Hoc regulariter fallit in ſubſtituto exhæredati, cui aliquid erat legatum, l. miles ita, ff. de mil. teſtam. l. cum quidam, C. de legatis.
- Ex legis diſpoſitione, uel alio caſu fortuito: & tunc ad eum eſt peruenturum
  - In continenti, conſiderato præſenti ſtatu: & tunc talis poteſt grauari, l. cum filio, ff. de legatis 1.
  - Ex interuallo, ex caſu quo fortè erit hæres ab inteſtato, uel ex teſtamento: & tunc aut grauatur ſub nomine
    - Appellatiuo, ut hæredem hæredis, legatarij, et tunc ualet, l. ſi fuerit, §. 1. de legatis 3.
    - Proprio: & tunc non ualet, l. ſed etſi ſic. §. 1. ff. de legatis 3.

PECVNIAE VERBVM IN DISPOSITIONE ALIQVA poſitum, quid comprehendat?

CXCV

L. Talis ſcriptura. num. 2. de legatis 1.

R. quod aut

- Præcedit *diſpoſitio aliqua, ad quam refertur: tunc limitatur ſecundum illam præcedentem, ut contineat omnia ſicuti præcedens continebat. l. cum ſtipulamur, ff. de uerb. obligat.*
- Non Præcedit *talis diſpoſitio: & tunc aut profertur in caſu*
  - Mere fauorabili: *& omnia comprehendit. l. nam quod. §. fin. ff. ad Trebell.*
  - Mere odioſo. *& tunc accipitur ſtrictè pro pecunia numerata. l. 1. iuncta l. ſed Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedon. Item ubicunque tractatur de aliquo obligando contra ſuam uoluntatem, cui de iure communi non tenetur. l. ſi uerò, § fin. ff ſolut. mat.*
  - Non fauorabili, *nec odioſo: & tunc eligitur media uia, ut comprehendat ea tantum quæ cõſiſtunt in pondere, numero, uel menſura. l. talis ſcriptura, de legatis primo. & quandocunque tractatur de aliquo obligando, de iure communi, uel ſecundum ſuam uoluntatem, ut l. 2. ff. ſi cert. pet.*

Quæ hic ponuntur, Bartolus dicit ſine dubio procedere de iure communi; tamen fortè ſecundum noſtrum cõmunem uſum, qui omni conſtitutioni præualet, non admitterentur, cum appellatio pecuniæ ſtrictius accipiatur, ut per eum. d. l. talis ſcriptura. ff. de legatis primo.

PRAEOCCVPASSE QVIS ITA VT HABEAT, DEINDE prælationem an & quando dicatur?

CXCVI

L. Si. pluribus. num. 1. de legatis primo.

R. Aut tractatur de præoccupatione

- Exercitii *iurſdictionis, & tunc præoccupaſſe dicitur per citationem, quia citatio de exercitio iuriſdictionis eſt. l. ſi quis poſtea ff. de iudic.*
- In ordine *procedendi: & ille dicitur præoccupare, qui primò dedit libellum, quia de ordine procedendi eſt. l. in tribus. l. qui prior. ff. de iudicijs.*
- Eorum quæ *corporalia ſunt: & de hac præoccupatione dicitur per Bartolum in l. quo minus. num. 59. ff. de fluminibus.*
- Reſpectu effectus *eius de quo agitur: & tunc aut plures agunt ad*
  - Idem: *& tunc aut ex cauſa*
    - Eadem: *& tunc non eſt poſſibile iſtas cauſas ſimul eſſe ueras: & ille dicitur præoccupaſſe, qui prius peruenit ad ſententiam. quod de illo ſaltem præſumptiuè incæpit prius conſtare, qui habebat bonam cauſam. l. is à quo, ff. de rei uind.*
    - Alia: *ita quòd ſimul poſſunt eſſe ueræ: & tunc aut habuerunt originem*
      - Eodem tempore: *et ille dicitur præoccupaſſe, qui peruenit prius ad litis conteſtationem. l. ſi pluribus. ff. de legatis primo.*
      - Diuerſo tempore: *& ille dicitur præoccupaſſe, qui prius habet ius petendi. l. in operis. ff. locati.*
  - Diuerſum, *uel ex diuerſis cauſis: tunc per litis conteſtationem nemo poteſt dici præoccupare, quoniã cuiuslibet petitio tendit ad diuerſa: ſed oportet quod ueniat ad ſententiam quæ eſt cauſa immediata executionis, & ille in executione præoccupaſſe dicitur. l. ſi quis à multis. ff. de noxal.*

SI CVI QVID EST RELICTVM PVRE, ALTERI SVB conditione, an inſtitutus pure habeat totum uel partem? CXCVII.

L. Plane. §. ſi coniunctim. ff. de legatis 1.

R. Quòd aut loquimur in
- Hæreditate: & aut hæredes erant coniuncti
  - Verbis & *interim non habebit pertem alterius ille qui eſt inſtitutus purè, ita dicit Gloſſa in l. 2. ff. ſi pars hæred pet.*
  - Re, & *ſic cuilibet res eſt aſsignata in ſolidum, & tunc interim inſtitutus habebit totum, & ſic etiam partem conditionaliter inſtituti. ita diſtinguit Gloſſa in .d. l. 2. ſi pars hæred. petatur.*
- Fideicommiſſo *uniuerſali: & tunc aut hæres*
  - Adiuit *coactus: & dicitur diſtinguendum, prout colligitur ex textu & gloſſa in l. prima, §. ſed & quoties. ff. ad Trebell.*
  - Sponte *adiuit. & tunc dicitur diſtinguendum, prout in l. planè, §. ſi coniunctim ff. de legatis primo.*
- Legato *particulari: & tunc aut loquimur in legato*
  - Proprietatis: *& interim habebit partem ſuam tantum, etiam ſi ſunt re tantum coniuncti. d. l. planè. §. ſi coniunctim. de legatis primo.*
  - Vſusfructus: *& tunc apud eum cui relictus eſt purè. interim totum erit. l. idem. §. ſi mihi, ff de uſuf. accreſc.*

DESTINATA RES VTRVM CEDAT IN LEGATO? CXCVIII.

L. Cætera, §. ſed ſi ſeparauit, de legatis. 1.

R. quòd aut
- Legatur *ipſa res deſtinata: & deſtinatio nihil operatur. l. cætera. §. ſed ſi ſeparauit, de legatis primo.*
- Dubitatur *utrum res deſtinata cedat legato alterius rei: & tunc aut*
  - Fuerunt legatæ *res deſtinatæ: & non eſt dubium quia cedant. l. ſi quid eorum. §. interemptum. ff. de legatis. 3.*
  - Non eſt facta *mentio de eis: & tunc aut res eſt deſtinata*
    - In antiquum *eſſe & tunc deſtinatio habetur pro facto. l. fundi. in fine. l. Granaria. ff. de action. empti.*
    - In nouū *eſſe: & tunc aut*
      - Non erat *cœptum opus fieri, & deſtinatio nihil operatur. l. ligni. §. ſi lignum. de legatis. 3.*
      - Erat opus *cœptum; & tunc aut opus eſt*
        - Valde remotum *ab illo: in quo res erat deſtinata: & tunc deſtinatio nihil operatur. l. liberorum. §. ſed neque. ff de legatis tertio.*
        - Valde propinquum *illi, in quo res erat deſtinata, & tunc opus cœptum habetur pro facto, & deſtinatio operatur. l. & ſi non ſunt, §. quid ergo. de aur. & arg. legato.*

L. Si

TEMPVS ADIECTVM LEGATO AN FACIAT DIEM, an uerò conditionem?

CXCIX.

L. Si cui legetur, §. hoc legatum, num. 3. ff. de legatis primo.

- R. Quòd aut tẽpus adiicitur
  - Præſtationi *poſt legatum perfectum: & tunc diſtinguendum, quòd aut adijcitur tempus certum, aut incertum, pro ut per Bartolum in l. ſi cui legetur, §. hoc legatum, nu. 3. ff. de legatis primo.*
  - Subſtantiæ *legati: & tunc aut adijcitur tempus certæ ætatis*
    - Honorati: *& tunc illa adiectio facit conditionem.*
    - Grauati: *& tunc aut adijcitur dictio*
      - Si, *uel poſt: & facit conditionem, fallit fauore libertatis, l. ſi ſeruus, ff. de ſtatu lib.*
      - Cum: *& facit diem, l. libertis, §. ab hæredibus, ff. de alim. & cib. legatis.*
    - Tertii: *& tunc aut illud*
      - Apparet *expreſſè, uel tacitè ex aliquibus coniecturis, teſtatorem uoluiſſe facere diem: & tunc adiectio facit diem, l. Seius Saturninus, ff. ad Tertyll.*
      - Non apparet: *& tunc adiectio facit conditionem, fallit fauore libertatis, l. ſi ita, ff. de manumiſſ. teſtam.*

HAERES DE EVICTIONE REI LEGATAE an & quando teneatur?

CC.

L. Si domus, §. de euictione, nu. 3. de legatis primo.

- R. Quòd aut legatur res
  - Propria: *& tunc aut in*
    - Genere: *& aut eſt*
      - Vniuerſalis: *ut ſi dico, lego peculium, uel hæreditatem: & tunc ſi euinceretur eſſet damnum legatarij, l. 1. C. de euictionibus.*
      - Generalis *indeterminata & tunc aut legatur*
        - In genere *ſimpliciter: & tunc debetur euictio magis ex qualitate, quàm titulo ſiue obligationis ſpecie.*
        - Incertum *de certo: & tunc æquiparatur legato ſpeciei, l. in ratione, §. diligenter, ff. ad l. Falcid.*
    - Specie: *& tunc aut quis rem euincit*
      - In totum, *iure directi dominij: tunc fruſtra quæritur de euictione. l. prædia, C. de fideicommiſſ.*
      - Nõ in totũ: *& tunc aut euincit rem*
        - Ratione *alicuius iuris quod habebat in rem: & hæres non tenetur, quia teſtator non uidetur eligere, niſi ius quod habebat, l. ſi domus, in fin. de legatis primo.*
        - Auferendo *legatario rem in totum per hypothecariam: & tunc dicitur ut in l. ſi res, de legatis primo.*
  - Aliena: *& tunc aut à*
    - Sciente: *& aut ſuam rem alienam*
      - Simpliciter: *& tenetur hæres de euictione, l. cum rem alienam, C. de legatis.*
      - Reſpectu *alicuius iuris: & tunc uidetur legare ius quod habet, l. ſerui electione, in fin. ff. de legatis primo.*
    - Ignorãte: *& tunc aut*
      - Extraneo: *& hæres non tenetur de euictione.*
      - Coniuncto: *& tunc aut error præcedentis cauſæ nullæ uel fictæ*
        - Induxit *quem ad legandum: & hæres non tenetur de euictione, l. cum alienam, C. de legatis.*
        - Non induxit *quem ad legandum: & tenetur hæres de euictione.*

L. Licet,

RELICTA AB INSTITVTO, AN ET QVANDO VIDEANtur repetita à ſubſtituto?

CCI.

L. Licet num. 4. ff. de legatis, primo.

R. Aut illa ſunt relicta per modum
- Conditionis: *& tunc dicitur ut in l. ſub conditione. ff. de hæred. inſtit. & per Bartol. in l. quæ conditione. ff. de condit. & demonſt.*
- Diſpoſitionis, *ſcilicet legati uel fideicõmiſſi: et aut loquimur de ſubſtituto*
  - Vulgariter: *& tunc aut quid eſt relictum*
    - Nominatim *ſub nomine proprio, et tunc illa in ſubſtituto non uidentur repetita, l. ſi plures, in fine, de legatis tertio.*
    - Sub nomine *appellatiuo: & tunc aut ſubſtitutus à quo relinquebatur*
      - Non erat *in rerum natura illo tempore: & dicitur ut in l. quidam referunt, in princip. ff. de iure Codicill.*
      - Erat in rerum *natura eo tempore: & tunc in dubio uidentur repetita, niſi aliud per coniecturas appareat, l. licet. de legatis primo.*
  - Pupillariter: *& tunc aut ſuccedit*
    - Ex tacita *uulgari: & tunc uidentur repetita, l. qui fundum, §. qui filium, ff. ad l. Falcidiam.*
    - Ex expreſſa *pupillari, & nunquam relicta ab inſtituto uidentur repetita à ſubſtituto tacitè, ſiue ſint pura, ſiue conditionalia: ſed ea debet præſtare ſubſtitutus, tanquam quilibet hæres impuberis, l. 1. §. interdum, ff. ad l. Falcidiam.*

DOTEM PATER FILIAE QVAM PROMISERAT, quando legat, quid filiæ debeat præſtari?

CCII.

L. Huiuſmodi, §. cum pater nu. 2. ff. de legatis, primo

R. Quòd antequam legaret
- Promiſit *ſimpliciter dotem, & poſtea legauit: & tunc aut in legando*
  - Expreſsit *ſe pro dote legare: & non tenetur hæres, niſi ad alterutrum, l. Titia, §. qui inuita, ff. de legatis ſecundo.*
  - Illud nõ expreſſit: *& tunc aut legauit*
    - Aliud *quàm promiſit: & filia debet habere utrunque, l. ſi pater pro filio, ff. de collat. dotis.*
    - Idem, *uel tantundem: & in dubio uidetur legare animo compenſandi & debet eſſe contenta alterutro, l. ſi cum dotem, §. ſi pater, ff. ſolut. mat.*
- Promiſit *et tradidit: & tunc aut legat poſtea*
  - Ipſum *corpus dotale, quod erat traditum: & hoc caſu ualet legatum, & filiæ debetur æſtimatio, quia ei uidetur relicta res aliena, l. cum pater, §. filiæ, de legatis ſecundo.*
  - Dotem ſimpliciter: *& ualet legatum, non quòd aliquid ultrà filia conſequatur, ſed hoc operatur, quia dos tanquam legata non uenit in collationem, ita intelligitur l. Titia, §. qui inuita. ff. de legatis ſecundo.*
  - Aliud à dote, *& corpore rei dotalis, & ualet legatum: & id non conferet, dotem uerò conferet, l. filiæ, C. de collat.*

L. Huiuſmodi.

QVANDO PLVRES HABENTES IDEM IVS diſcordant, qualiter fiant concordia?

CCIII.

L. Huiuſmodi, §. is cui, ff. de legatis, primo item Bartol. in l. fin. in princip. C. commun. de legatis.

R. Quòd aut

- Aliquo *iure poteſt perpendi, quòd aliquis eorum præferatur, l. ſancimus, §. ille autem, C. de donat.*
- Illud nõ *põt ppendi: et tũc aut diſcordãt*
  - In præiudicium *tertij: & tunc coguntur concordare per iudicem, ad petitionem partis quæ læditur, l. huiuſmodi, §. ſi is cui. de legatis primo.*
  - In præiudicium *ipſorũ: & tunc aut*
    - Alter uult, *quod ſorte diuidatur: & tunc ſorte diuiditur, l. finali, in princip. C. commun. de legatis.*
    - Neuter uult, *quod ſorte diuidatur: & tunc diſpoſitio effectum non conſequitur, l. quoties, in 2. reſponſo, ff. de uſuſ.* Doctores *in l. fin. C. com. de legatis.*

CONSETIENS ALIENATIONI REI ALIQVO IVRE ad ſe ſpectantis, an & quando ſibi præiudicet?

CCIIII.

L. Si fundum, num. 1. ff. de legatis primo.

R. Quòd aut illa res erat

- Sua: *& tunc aut alienans rem eandem mihi*
  - Donauerat: *& uideor conſentire animo donandi, l. ſi uerò, § idem* Papinianus, *ff. mandati.*
  - Non donauerat *ipſe, ſed author ſuus: & tunc aut qui conſentit*
    - Erat libertus *legantis: & conſentiendo uidetur remittere, l. codicillis, §. 1. ff. de legatis ſecundo.*
    - Non erat libertus *legantis: & tunc præiudicat in re, non in precio, l. ſi fundum, de legatis primo.*
  - Non donauerat *nec ipſe alienans, nec eius prædeceſſor: & tunc conſentiendo uideor mandare, uel ratum habere, & habeo actionem mandati uel negotiorum geſtorum ad precium, l. ab uno,* C. *de neg. geſtis.*
- Debita *uel ſpe, uel uerè: & tunc aut conſentiendo quis*
  - Impedit *exiſtentiam illius conditionis, propter quam debebat ad eum peruenire illa rès: & tunc præiudicat ſibi, l. nihil, §. 1. de legatis primo.*
  - Illud non *impedit, quia ex alio euentu debebat ad eum peruenire: & ſibi non præiudicat, ſiue sciẽs ſiue ignorans fuerit, ita notat* Gloſſa *in l. ſi à ſubſtituto, in princip. ff. de legatis primo.*
- Obligata *ſibi: & tunc dicitur ut ff. de remiß. pign. per totum. & per* Bartol. *in l. ſicut, §. fin. ff. quibus mod. pig. uel hypoth. ſol.*

LEGATVM COLLATVM IN ALTERIVS VOLVNTATEM an ualeat? CCV.

L.1.ff.de legatis primo.

R. Quòd aut cōfertur in uoluntatem

- Legatarii: & aut teſtator dixit
  - Ad eius arbitrium, & ſic non conditionaliter: & tunc ualet legatum, l.1.de legatis ſecundo.
  - Expreſsit conditionaliter: & tūc aut quantitate, uel re
    - Non expreſſa: & non ualet legatum, l.1.ibi, à contrario ſenſu, de legatis ſecundo.
    - Expreſſa: et tūc aut teſtator dixit
      - Si arbitratus fuerit: & ualet, tum eſt neceſſe quod arbitretur, l.ſi is qui hæres, ff.de acquir.hær.
      - Si uoluerit: & ualet legatum, ſi declarat ſe uelle, l.ſi ita, §.illi ſi uolet, de legatis primo.
      - Cum uoluerit: & ualet etiamſi non declaret uoluntatem ſuam, nam moriendo uidetur uelle, l.uxorem, §.penult.ff.de legatis tertiò.
- Hæredis: & tunc aut dixit teſtator
  - Ad eius arbitrium, non conditionaliter: & ualet legatum ut purum, l.1.de legatis ſecundo.
  - Conditionaliter: & tunc re uel quantitate
    - Non expreſſa: & eſt nullum, l.1.in princip.à contrario ſenſu de legatis ſecundo.
    - Expreſſa: & aut dixit
      - Si arbitratus fuerit: & ualet legatum tanquam conditionale, ideò eſt neceſſe quòd hæres arbitretur, uel ſit in mora arbitrandi, l.Thais ſorore, ff.de fideicom.libert.
      - Si hæres uoluerit: & ualet & poteſt differre uelle uſque ad mortem, &c.
- Tertii: et aut teſtator dixit
  - Si uoluerit extraneus: & non ualet, quia eſt captatoria uoluntas: ut l. nonnunquam, ff.de condit. & dem. fallit in relictis ad pias cauſas, item in relictis libertatum.
  - Cum uoluerit extraneus, & ualet: nam moriendo uidetur uelle.
  - Ad arbitrium extranei: & tunc ualet, ut purum.
  - Si arbitraretur: & ualet ita demum, ſi arbitretur, quod intellige, quando in legato fuit expreſſa certa quantitas: alijs ſecus prædicta uera in ultimis uoluntatibus: ſed in contractibus ſiue dicatur arbitrionalis, ſiue ſi uoluerit, ſemper facit conditionem, ut l.fin.C.de contrah.empt.

TERTIVS, IN CVIVS ARBITRIO COMMISVM EST LEGATVM, ſi non arbitratur, quis arbitrabitur? CCVI.

L.1.num.11.ff.de legatis ſecundo.

R. Aut arbitriū nō habetur, quia

- Non eſt arbitratus: et tunc aut arbitrium conſiſtit
  - In aliqua re eligenda ex certis: & tunc arbitrium deuoluitur in ipſum legatarium, l. finali. §. ſed etſi quis C.com.de legatis.
  - In eligenda re, uel quantitate incerta: ut in caſu l.1 2.reſponſo, de legatis ſecundo. & tunc recurritur ad iudicem, argumento l.cum quidam, ff.de legatis ſecundo.
  - In eligēda perſona: & tunc aut perſona
    - Erat omnino incerta, ut relictum pauperibus, uel in redemptione captiuorum, & arbitratur iudex, l.nulli, C.de epiſ.& cler.
    - Erat incerta de certis: & tunc dicto tertio non arbitrante, non recurritur ad alium, ſed omnes illi de quibus fieri debebat electio, admittuntur in uiriles. argumento l.cum quidam, ff.de legatis 2.
- Male eſt arbitratus: & tunc indiſtinctè recuritur ad iudicem, l.in perſonam, §.generaliter. ff.de reg.iur.

L.Nemi-

PARTEM LEGATI AN QVIS POSSIT ACCEPTARE, ET partem non? CCVII.

L. Neminem, nu. 3. ff. de legatis ſecundo

R. Quòd aut legatur res

- Vna: *& aut legatur*
  - Simul: *& tunc aut*
    - Legatur *uni, & durat unius, & partem non poteſt tantum agnoſcere, l. neminem, ff. de legatis ſecundo.*
    - Deuenitur *ad plures, tunc poteſt pars acceptari, l. legatarius, in princip. de legatis, 1. & hoc, niſi onus adiectum aliud induceret, d. l. neminem.*
  - Per partes: *tunc poteſt una pars agnoſci. & alia repudiari argumento, l. 1. §. uti autem, C. de caduc. toll.*
- Plures: *& tunc aut legã tur plures*
  - Sub nominè *uniuerſali ſeu collectiuo: & non poteſt unam tantum agnoſcere, l. grege, de legatis ſecundo.*
  - Copulatiuè: *& tunc poteſt una tantum agnoſci, niſi alterá habeat onus, ut l. neminem & l. ſed duob. ff. de legatis ſecundo.*
  - Alternatiuè: *& tunc dicitur ut in l. ſi ex toto ff. de legatis primo.*

VNI QVANDO PLVRIES LEGATVR, AN EI SAEPIVS debeatur? CCVIII.

L. Si pluribus §. ſi ita de legatis ſecundo

R. Quòd aut legatur

- Quãtitas: *& tunc aut legatur á*
  - Pluribus hæredibus: *& tunc á quolibet debetur, l. ſi pluribus, §. ita, de legatis 2. & hoc ſecundum diſtinctionem quam tradit Bart. in d. l. ſi pluribus, §. ſi ita.*
  - Vno: *& aut in*
    - Eadem *ſcriptura, & in dubio ſemel debetur: quòd non eſt uerisimile, teſtatorem uoluiſſe duplicare, niſi probetur, l. planè, §. 1. de legatis primo.*
    - Scripturis diuerſis: *et tunc aut ſunt*
      - Eiuſdem *uoluntatis, ut quia unum teſtamentum ſcriptum eſt in duabus chartis, & debetur una quantitas: uel diuerſarum uoluntatum, ut in teſtamento & codicillis, & debetur minor.*
      - Diuerſæ *uolũtatis: & tũc aut*
        - Non compatiuntur *ſe, ut quia una derogat alteri: tunc ſemel tantum debetur, l. ſi mihi & tibi, §. in legatis, de legatis primo.*
        - Cõpatiuntur: *& tunc aut eſt relictũ*
          - Simpliciter: *& debetur utrumque, l. quinquaginta, ff. de probat.*
          - Ob cauſam: *& tunc per ſecundum uidetur á primo receſſum, l. libertis, la 2. in princip. de alim. & cib. legatis.*
- Species *& aut legatur in uoluntate*
  - Eadem: *& tunc aut ab*
    - Vno præſtandum: *& ſemel tantum debetur, l. planè, §. ſi eadem, ff. de legatis primo.*
    - Pluribꝰ: *et tũc aut legatur*
      - Simpliciter: *& ſemel tantum debetur, l. ſi tibi homo, §. 1. de legatis primo.*
      - A quolibet *in ſolidum præſtandum: & dicitur idem ſeruari, quod in teſtamentis diuerſorum, l. quid ergo, §. ſi quis duos, de legatis primo.*
  - Diuerſa: *& tũc aut*
    - Eiuſdem: *& dicitur idem per omnia quod ſuprà, quando legatur in eadem uoluntate per eaſdem ll. facit etiam l. Mæuius, §. eam, ff. de legatis ſecundò.*
    - Diuerſorũ: *& tũc aut*
      - Loco unius *habebantur, ut quia defunctus & eius hæres: & tunc idem ac ſi legetur in teſtamento unius, l. huiuſmodi, §. ſi Sempronius, de legatis primo.*
      - Prorſus diuerſorũ: *et aut ex alteriꝰ teſtamento*
        - Conſeqiuitur *rem: & tollitur petitio ex teſtamento alterius. l. planè. §. ſed ſi duorum ff. de legatis primo.*
        - Conſequitur *æſtimationẽ: & poteſt adhuc conſequi rem ex teſtamento alterius. l. Mæuius. §. duob. & ibi Bartol. de legatis 2.*

REGVLA, QVO'D DVAE CAVSAE LVCRATIVAE NON poſſunt concurrere, quando habeat locum? CCIX.

L. Mæuius, §. duobus, num. 13. de legatis 2.

R. Quòd aut illa cõſideratur reſpectu eius quod

- Impedit *effectum ſolutionis, ſi genus debetur: & tunc aut debetur tale genus quod in ſuo genere*
  - Recipit *functionem, quia in his conſiſteret mutuum, l. 2 ff. ſi cert. petatur, & tunc regula non habet locum, l. ſi quis duos, ff. de ſolut.*
  - Non recipit *functionem: & tunc aut res ſoluta ad oculum demonſtrari*
    - Poteſt; *& tunc habet locum regula l. Mæuius, §. duobus, uerſic. non idem, de legatis 2.*
    - Non poteſt: *& tunc non habet locum hæc regula d. l. Mæuius, §. duobus, uerſic. ſed ſi pars, de legatis 2.*
- Inducit *effectũ tollendæ obligationis, quando debetur ſpecies, ita quòd ſolutione facta ex una cauſa, tollatur obligatio ex alia: & aut illæ cauſæ concurrunt tempore*
  - Diuerſo: *& non habet locum hæc regula, l. exiſtimo, ff. de uerbor. obligat.*
  - Eodem, *& aut ex una cauſa fit ſolutio*
    - Eiuſdem *rei fictæ: & aut illæ duæ cauſæ*
      - Deſcendebant *ex teſtamento unius, uel duorum qui habebantur loco unius: & habet locum hæc regula, l. huiuſmodi, §. 1. de legatis 1.*
      - Deſcendebant *ex teſtamento diuerſorum: & non habet locum regula, l. ſi mihi & tibi, in princip. ff. de legatis 1.*
    - Eiuſdem *ſpeciei uerè: & aut habuit ab initio originẽ in perſona*
      - Diuerſorũ: *& aut*
        - Ambo *uocabantur ad ſolidam exactionem & non habet locum regula, l. ſi is qui, de act. & obligat.*
        - Sibi faciebant *partem: & habet locum regula, l. ſi mihi & tibi, in princip. de legatis primo*
      - Vnius: *et aut una illarũ cauſarum eſt*
        - Secundum *quid onerosa, & procedit concurſus alterius, l. planè, §. quod ſi rem ſecundo reſponſo, de legatis primo.*
        - Omnino *lucratiua: & aut res ex una cauſa eſt ſoluta*
          - Reuocabiliter, *& non procedit regula: quia poterit agi ex alia uel ſtatim, uel expectato euentu, l. non quocunque, §. 1. in princip. de legatis primo.*
          - Irreuocabiliter, *& procedit regula: quia ſemper liberatio fit ex alia cauſa, non diſtincto, utrum poſſit ad oculum demõſtrari, uel nõ l. Mæuius, § duobus in principio. de legatis ſecundo.*

L. Imperator

GRAVARI IN PLVS QVA'M HONORETVR, AN ET QVANDO quis poſsit? CCX.

L. Imperator, § cum quidã, nu. 4. ff. de legatis 2.

R. Aut alicui relinquitur

- Quãtitas: & tunc aut quis eſt grauatus in
  - Quantitate: & non poteſt in plus grauari quàm ſit illa quantitas & commodum uſurarum l. imperator, §. ſi centum, de legatis 2.
  - Specie, & aut in ſpecie
    - Propria, & tunc poteſt in plus grauari, & ſibi imputetur ſi agnouit, l. imperator, §. cum quidam, uerſ. hoc ſi ita. de legatis 2.
    - Aliena redimenda: & tunc non tenetur expendere ultra quàm ſit legatum, l. ſed ſi non ſeruus, in princip. ff. ad l. Falcidiam.
- Species: & tunc aut legatur
  - Simpliciter, & non poteſt in plus grauari quàm ſit precium illius ſpeciei cum fructibus, ut l. ciuitatibus, §. 1. de legatis 1.
  - Alternatiuè, & tunc poteſt grauari quantum ualet illa res quæ pluris eſt, etiamſi minorem agnouerit, l. planè. la. 2 §. ſi cui de legatis 1.
- Quota, uel aliquid uniuerſale, quod contineat debita & credita: & tunc aut quæritur, an poßit in plus grauari
  - Per teſtatorem, ultra ualorem ipſius quartæ: & dicitur quod non, l. imperator. §. cum quidam. de legatis 2.
  - Ex natura ipſius rei relictæ, ut ſi portio hæreditaria eſt damnoſa: & poteſt grauari, quia tenetur omnia debita agnoſcere, idem, ſi legatur kalendarium, uel menſa, &c.

HAERES QVANDO HABET VNAM REM PRO ALIA, AN ILLA VENIAT in petitionem hæreditatis uel reſtitutionem? CCXI.

L. Imperator, §. cum autem, de legatis 2.

R. quòd aut loquimur

- In poſſeſſore hæreditatis: & tunc aut in poſſeſſore
  - Bonæ fidei & tũc aut res peruenit ad eum
    - Directè, ex ipſo contractu habito ſuper re hæreditaria, ut quia uendidit, & habuit precium, uel permutauit unam rem pro alia, & habuit pecuniam: & hoc indiſtinctè uenit in petitione & reſtitutione hæreditatis, l. poßeſſor, §. bonæ fidei, ff. de petit. hæred.
    - Non directè, ex ipſo contractu, ſed per circulum: quia primò uendidit rem, & habuit precium, deinde ex precio aliam rem comparauit, tunc quod poſtea comparauit non tenetur reſtituere, ſed precium, quatenus factus eſt locupletior.
  - Malæ fidei: & aut res ad eum peruenit
    - Immediatè, ex cõtractu ſuper re hæreditaria: & tunc aut hoc fecit
      - Sponte, non quòd eſſet neceſſarium, uel expediens hæreditati, & tunc eſſet in electione petitoris, quid ueniat in petitione hæreditatis, l. ſi à domino. §. ſi prædo, ff. de petit. hæred.
      - Quòd erat expediens, uel neceſſarium hæreditati, & uenit illud quod habet ex dicto cõtractu, l. itẽ ueniunt, in princ. ff. de petit. hæred.
    - Per circulum, & non uenit illa res, ſed tenetur quaſi qui dolo deſijt poßidere, l. ſi patruus, C. com. utriuſque iudicij.
- In uero hærede rogato de reſtituendo: & tũc aut fuit rogatus
  - Simpliciter: & tunc aut
    - Iuſte ignorabat ſe grauatum: & ſolum tenetur ad illud quod ad eum peruenit, l. fin. §. fin. ff. de legatis 2.
    - Sciebat ſe grauatum, & idem quod in malæ fidei poſſeſſore, l. ſi hæres inſtitutus, §. 1 ff. ad Trebell.
  - Reſtituere quicquid ſupererit, & tunc aut
    - Conſtat quòd fecit animo iteruertendi fideicommiſſum, & de iure antiquo habet locum. l. Titius, & l. Lucius. § rogatus, ff ad Trebell. hodie ſufficit, ut ſeruet quartam, ut in Auth. contrà rogatus, C. ad Trebell.
    - Conſtat quòd non fecit tali animo, & uenit in reſtitutionem.
    - Dubitatur quo animo fecit, & tunc ſi ex precio aliquid comparauit, uel aliquid utile ſibi fecit, & in dubio non uidetur facere, anim[illegible] iminuendi fideicommiſſum, aliàs ſecus.

QVANDO ALIQVIS SVCCEDIT PRAETER SPEM ET VOluntatem defuncti, an & qualiter legata debeantur? CCXII.

L. Cum pater filio. §. cum exiſtimare. ff. de legatis 2.

R. Aut legata ſunt relicta
- Scriptis & tunc diſtinguitur, quod aut teſtamentum reſcinditur in totum, aut pro parte: ut in l. ſi quis teſtamento, l. cum filius. de legatis 2.
- Venientib. ab inteſtato: & tunc aut ſunt relicta
  - Simpliciter, & debentur à quolibet ſuccedente ab inteſtato. l. ſi quis cum teſtamentum. l. ab inteſtato. C. de iure codicill.
  - Nominatim ab aliquo, & tunc aut ſuccedit
    - Alius prorſus, & tunc aut erat
      - In æquali gradu cum nominato: & tunc debentur legata. l. ſi Titio. §. Iulianus & ibi Bartol. ff de legatis 2.
      - In alio gradu quàm nominatus: & tunc non debentur legata. l. 1. in fine. ff. de legatis 2.
    - Nominatus una cum alio: & aut ſuccedit
      - Cum alio ſecundum quod defunctus putabat: & tenetur ad integra legata. l. poſt emancipationem. de legatis 3.
      - Alius præter defuncti uoluntatem. & aut loquimur in legatis
        - Diuiduis: & debentur pro parte, qua ſuccedit legatarius. l. cum pater filios. §. cum exiſtimaret. ff. de legatis 2.
        - In diuiduis: & tunc nihil debetur. l. penult. ff. de iure codicill.

DONATIO INOFFICIOSA QVALITER ET IN QVANtum reuocetur? CCXIII

L. Titia. §. imperator. num. 3. de leg. 2.

R. Quod aut loquimur in reuocatione, quæ fit
- Ex præſumpta uoluntate donantis, propter liberos ſuperuenientes: & tunc aut illa donatio fuit collata
  - In libertum, & reuocatur in totum, l. ſi unquam. C de reuoc. donat.
  - In filium: & reuocatur uſque ad debitum bonorum ſubſidium. l. ſi totas: C. de inof. donat.
- Ex titulo de inofficioſis donationibus, & tunc aut illa donatio fuit collata
  - In unum ex liberis, & reuocatur uſque ad debitum bonorum ſubſidium, etiam ſi ſit inofficioſa re & conſilio. l. ſi liqueat. C. de inof. donat.
  - In extraneum: & tunc aut illi filio qui uult reuocare,
    - Fuit aliquid relictum: & agit tantum ad ſupplemētum legitimæ. l. omnimodo, C. de inoff. teſtam.
    - Nihil fuit relictum: & aut fuit donatio inofficioſa
      - Re & conſilio: & reuocatur in totum. l. ſi libet. §. pen. ff. de iure patron.
      - Re tantum: & reuocatur uſque ad debitum bonorum ſubſidium ita intelligi debet. l. 1. 2. 3. & l. cum donationibus. C. de inoff. donat.

L. Codicilis.

ONVS INIVNCTVM LEGATARIO INVTILE, AN FACIAT legatum inutile? CCXIIII.

L. Codicillis, de legatis 2.

- R. quòd aut onus impoſitum legatario eſt nullum
  - Ab initio: *& tunc aut teſtator uoluit ad legatarium*
    - Aliquod commodum *pertinere, puta interuſurium medij temporis: tunc licet annulletur onus, non annullatur legatum, l. ſi quis eum, ff. de condit. & demonſt.*
    - Nullũ *commodũ pertinere: & aut annullatur onus*
      - Ratione *impoſſibilitatis de natura, uel de iure, ut quia turpe: & non annullatur legatum, quia impoſſibilitas debet remoueri, l. obtinui, ff. de condit. & dem.*
      - Quia lex *ſibi nõ aſſiſtit: & aut onus eſt implendũ*
        - De ipſo legato: *& aut onus eſt nullum*
          - Mixta *conſideratione legantis, & fideicommiſſarij: & legatum eſt nullum quo ad petitionem, non quo ad retentionem, l. codicillis, de legatis 2.*
          - Alia ratione: *& tunc legatum eſt nullum in totum, l. ſi quis quos, ff. de legatis 2.*
        - Aliunde, *& tunc licet onus ſit impoſſibile, legatum nõ uitiatur, l. cum filius, §. non iure, de legatis 2.*
  - Ex pòſt facto: *& aut ex pòſt facto*
    - Teſtatoris, *& tunc etiam annullatur legatum, l. filio, §. matri. ff. de adimend. leg.*
    - Alterius, *uel aliquo alio accidente: & tunc non annullatur legatum, licet annulletur onus, l. pater, §. Tuſculanis. ff. de legatis 3.*

TESTAMENTVM INVALIDVM AN ET QVANDO RECONVALESCAT, ceſſante impedimento? CCXV.

L. 1. §. ſed ſi filius, ff. de legatis 3.

- R. quòd aut teſtamentũ eſt nullum
  - Ex perſona *teſtatoris: & tunc aut eſt nullum quia*
    - Inteſtabilis, *& non reconualeſcit teſtamentum poſtea, l. 1. §. ſed ſi filius, ff. de legatis 3.*
    - Oneratus *creditoribus: & non poteſt inſtituere ſeruos, uel quia uſurarius eſt: & ſic non poteſt teſtari, niſi præſtita cautione, tunc ceſſante impedimento, uoluntas teſtantis poteſt confirmari, l. ei qui ſoluendo, ff. de hæred. inſtit. Bartol. in l. filio, ff. de iniuſto, rupto.*
  - Ratione *ſolennitatis: & aut ſolennitates reſpiciunt fauorem*
    - Publicum, *ut quod in teſtamento ſint ſeptem teſtes rogati, & ſimilia: tunc ſi deficit teſtamentum ab initio, non poteſt confirmari, ita notatur in l. nõ dubium, C. de teſtam. fallit ĩ aliis, quæ confirmantur cum ſolutione per triennium, l. 1. C. de fideicõm.*
    - Certæ perſonæ, *ut quòd filius non prætereatur, ſed ſit inſtitutus uel exhæredatus: tunc poteſt confirmari, l. filio. ff. de iniuſto, rupto, &c.*
  - Ratione hæredis *ſcripti, ut quia inhabilis: et tunc aut hæres eſt inſtitutus*
    - Purè: *& non reconualeſcit teſtamentum, ſi fiat habilis, quia in hærede tria tempora inſpiciuntur, l. ſi alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. inſtit.*
    - Conditionaliter: *& reconualeſcit teſtamentum poſtea, l. tempus. ff. de hæred. inſtit.*

IN NON CONIVNCTIS AN ET QVANDO HABEAT locum ius accreſcendi? CCXVI.

L.Re coniunƈti,nu 25 ff.de legatis 3.

R. Quod aut loquimur in
- Legatariis; *& conſtat quòd non habet locum ius accreſcendi.l.1,in princip.ff.de uſufr.accreſc.*
- hæredibus *& aut defunƈtus erat*
  - Priuatus; *& tunc eſt locus iuri accreſcendi,l. hæredes ſine partibus.ff.de hæred.inſtit.l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis & legit.*
  - Miles: *& tunc aut inſtituit*
    - Vnum *in bonis paganicis,alium in caſtrenſibus:& tunc non habet locum ius accreſcendi,tanquam inter eos qui in diuerſa hæreditate ſunt inſtituti.l.hæredes.§.1.ff.famil.hercifc.l.ſi certarum.§.Iulianus.ff.de milit.teſtam.*
    - Vnum *in una re,alium in alia:uel unum in unica,alium in duabus, non faƈta mentione de bonis paganicis,uel caſtrenſibus:& tunc habet locum ius accreſcendi.l.quanquã C.de mil.teſtam.l.ſi certarum.in primo reſponſ.ff.eodem.*

IVS ACCRESCENDI AN TRANSEAT AD SVCCESSORES? CCXVII.

L.Rè coniunƈti.nu.26.ff de legatis. 3.

R. Quòd aut quæris de
- Vſuſfruƈtu *& non tranſit ad hæredem uniuerſalem,quia per mortem extinguitur uſusfruƈtus. nec in ſingularem ſucceſſorem tranſit,quia uſusfruƈtus accreſcit perſonæ,non portioni,l.interdum.ff.de uſuf.accreſc.*
- Proprietate: *& tunc aut in*
  - Hæreditate: *& aut de ſucceſſore*
    - Vniuerſali: *& tranſit ius accreſendi ad ſucceſſorem.l.unica.§.his ita.C.de caducis toll.l.ſi ex pluribus.de ſuis & legit.*
    - Singulari,*ut de emptore:& tunc cum ille qui uendit,nihilomninus maneat hæres, apud eum eſt ius accreſcendi.argumento l.ex faƈto.§.Iulianus ff.de uulgat.*
  - Legato; *& tunc inſtinƈtè tranſit ius accreſcendi ad ſucceſſorem uniuerſalem & ſingularem: quia accreſcit portioni,non perſonæ.l.hæc ſcriptura.§.fin.ff.de condit.& demonſt.*

IVS ACCRESCENDI AN HABEAT LOCVM IN INVITIS & nolentibus? CCXVIII.

L.Re coniunƈti.nu 51.ff de legatis. 3.

R. quòd aut loquimur in iure
- Non decreſcendi: *& tunc habet locum etiam in inuitis; quia non poteſt ſcindere legatum.l.2.& lege ſequenti. de legatis 2.*
- Accreſcendi: *ut tunc aut loquimur in*
  - Legatariis; *& tunc accreſcit uolentibus tantum.l.unica.§.ubi autem.C.de caducis toll.*
  - Hæredibus: *& tunc aut quis adiuit*
    - Poſt portionem *defeƈtam,puta repudiationem cohæredis: & accreſcit portio inuito.l.ſi duo.ff.de acquir.hæred.*
    - Ante defectam portionem: *& tunc aut portio defeƈta erat*
      - Ei deſtinata, *expreſſa uoluntate teſtatoris;puta per ſubſtitutionem: & tunc accreſcit inuito.l.ſi quis hæres.l.ſi tu ex parte.de acquir.hæred.*
      - Ei non deſtinata expreßè: *& aut portio deficit per*
        - Reſtitutionem *in integrum: & accreſcit uolenti tantum.l.ſi minor.ff.de acquir.hæred.*
        - Alium modum; *& tunc habet locum l.cum hæreditate.ff.de legatis 3.*

L.Re

IVS ACCRESCENDI VTRVM ACCRESCAT CVM ONERE, VEL SINE CCXIX.

L. Re coniuncti, nu. 54. de legatis 3.

- R. quòd aut loquimur in iure
  - Nō decreſcendi: *& tūc aut ius procedit ex*
    - Coniunctione *reali tantum: & accreſcit ſine onere, l. 1. §. ſin autem ad deficientis, C. de caducis toll.*
    - Coniunctione *re & uerbis ſimul: & tunc accreſcit cum onere,* Gloſſa *in d. l. 1. §. ſin autem ad deficientis.*
  - Accreſcendi: *& tunc aut accreſcit portioni*
    - pro nō ſcripta: *& tunc aut eſt pro nō ſcripta*
      - Delicto *eius qui non poteſt capere, & accreſcit cum onere, l. fin ff. de his quæ pro non ſcipt. hab.*
      - Alio modo: *& aut in*
        - Legato: *& accreſcit ſine onere, l. unica. §. in primo, C. de caduc. toll.*
        - Hæreditate, *& aut onus eſt impoſitum*
          - Simpliciter: *& accreſcit cum onere.*
          - Nominatim: *& tunc aut*
            - Ab omnibus, *& accreſcit cū onere, l. quæ conditio, ſecundo reſponſo, ff. de condit. & dem.*
            - Ab uno, *& accreſcit ſine onere, l. Celſus, §. fin. ff. de legatis 2.*
    - Caduca *uel quaſi: & tunc accreſcit cum onere, ut l. unica. §. pro ſecundo, & §. in nouiſſimo, C. de caduc. toll habita tamen diſtinctione, quæ ponitur in d. l. unica, §. ſed ut manifeſtetur, cum §. ſeq. C. de caduc. toll.*

IVRI ACCRESCENDI VTRVM SIT LOCVS IN diſpoſitionibus inter uiuos? CCXX.

L. Re coniuncti, num. 65. de legatis 3.

- R. quod aut loquimur de iure accreſcendi, qđ ꝑcedit ex cōiunctione
  - Hominis: *& aut loquimur in*
    - Vſufructu: *& habet locum ius accreſcendi, l. 1. §. fin. ff. de uſufr. accreſc.*
    - Proprietate, *uel alio iure: & aut loquimur in*
      - Indiuiduis: *& habet locum ius accreſcendi, ut l. proprium, ff. com. præd.*
      - Diuiduis, *& aut loquimur in diſpoſitione*
        - Principis: *& habet locum ius accreſcendi, l. unica, C. ſi liberalitatis Imperialis ſocius ſine hærede deceſſererit, lib. 10. Cod.*
        - Inferioris *à principe: & tunc aut concedentis*
          - Intereſt, *quòd habeat locum ius accreſcendi, & habet locum, l. fundus ille, ff. de contrah. empt.*
          - Non intereſt: *& non habet locum ius accreſcēdi, l. ſi mihi & Titio, ff. de uerb. obligat.*
  - Legati; *& aut cōiunctio ab initio eſt*
    - Valida *in perſona omnium, ſed in perſona unius efficitur inualida per repudiationem, uel alio modo ex pôſt facto, & tunc ceſſat ius accreſcendi, l. & Proculo, ff. de legatis 2.*
    - Inualida: *et tūc aut ex perſona eius ex qua dicitur inualida*
      - Poteſt eſſe *ſaltem ualida per uiam retentionis: & tunc non habet locum ius accreſcendi, l. proinde, §. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipulat. ſeru.*
      - Non poteſt *eſſe ualida per uiam retentionis, & tunc habet locum ius accreſcendi, l. 1. §. ſi communis ſeruus, ff. de ſtipulat ſeru.*

RE CONCESSA, AN ETIAM CONCEDATVR SERVITVS, quæ debetur rei ex alia re?

CCXXI.

L. 1. ff. de ſeruitut. leg.

R. Quod aut loquimur in actu ſeruitutis habentis cauſam

- Continuam ſeu permanentem: & ſeruitus uidetur impoſita ſeu conceſſa, l. qui duos, ff. de ſeruit. leg.
- Diſcōtinuam, et nō permanentem: & tunc aut loquimur in
  - Diſpoſitionibus inter uiuos: & ſeruitus non debet conſtitui niſi hoc expreſſè agatur, l. in uendendo. C. de contrab. empt.
  - Vltima uoluntate, ut in legato: tunc nō dicitur impoſita, ſed agitur ut imponatur: & tunc aut fuit legatus
    - Vſusfructus: & tunc poteſt agi ut imponatur ſeruitus: ſi aliàs uſusfructus eſſet inutilis, l. damnas. §. fin. de legatis 2.
    - Proprietas: et aut quæris an debeat præſtari ſeruitus
      - A' legatario hæredi; & ſine dubio debet præſtari, l. teſtatrix, in princip. ff. ſi ſeruit. uind.
      - Ab hærede ipſi legatario, uel ab uno legatario alteri legatario: et tunc debet præſtari, l. binas, ff. de ſeruit. urban. præd.

CONCESSIO IN DVBIO VTRVM VIDEATVR FACTA in rem, aut in perſonam?

CCXXII.

L. Pater, nu. 4. ff. de ſeruitut. leg.

R. Quòd aut cōceſſio eſt facta à

- Principe: et tunc aut conceſſio facta cōtinet
  - Beneficium principis, & tunc in dubio debet intelligi conceſſio realis, quoniam beneficia principis latiſſimè ſunt interpretenda, ff. de conſtit. princip.
  - Priuilegium hoc eſt aliquid cōtra ius ſcriptum: & tunc aut conceſſio eſt facta
    - Ciuitati, uel alicui uniuerſitati: & in dubio uidetur conceſſio realis, l. forma, §. quanquàm, ff. de cenſib.
    - Perſonæ certæ ſingulari: & tunc dicitur, pro ut de hoc plenè dixit Bartol. in l. quia perſonale, ff. ſolut. mat.
- Priuato, uel aliquo inferiori, & aut quādoque
  - Conceditur mera facultas facti, ut ſi dico, concedo tibi facultatem eundi, uel quòd poſſis ire, & ſimilia uerba quæ referuntur ad factum magis quàm ad ius, & tunc conceſſio præſumitur perſonalis, l. apud Iulianum. §. ſi quis alicui, ff. de legatis 1.
  - Conceſſio refertur ad ius, & aut hoc fit
    - Indeterminatè, reſpectu fundi dominantis: & præſumitur conceſſio perſonalis, l. penult. ff. de ſeruit. ruſt. præd.
    - Determinatè, & tunc in dubio præſumitur conceſſio realis. l. antepen. ff. de ſeruit. ruſt. præd.

GENVS ET SPECIES QVANDO CADVNT INTER PERSONAS grauatas, ut cum aliquis hæres grauatur ſpecialiter, & deinde omnes generaliter: an & quando generi per ſpeciem derogetur? CCXXIII.

L. Quæſitum, §. ſi quis fundum, num.11. ff de fund.inſtruct.

R. Quòd aut præcedit diſpoſitio.
- Specialis: *& ſequitur generalis: & tūc aut diſpoſitio ſpecialis refertur*
  - Ad plures: *& tunc generi per ſpeciem derogatur: quia generalis diſpoſitio ſequens tantum ad illos nominatos reſtringitur, l. legatorum, §. 1. ff. de legatis ſecundo.*
  - Tantum *ad unum: & tunc aut*
    - Eſt eadem *res illa, in qua grauantur omnes: & tunc generi per ſpeciem derogatur, imò ſequens diſpoſitio ualet, & tenet in omnibus, l. ſi tibi homo, §. 1. de legatis 1.*
    - Sunt qualitates *uel res diuerſæ: & tunc generi per ſpeciem derogatur, l. Mæuius, §. eum qui, ff. de legatis 2.*
- Generalis, *& ſequitur ſpecialis: & tunc generi per ſpeciem derogatur in totum, & ut uideatur à generali diſpoſitione receſſum eſt talis caſus, in l. Titia cum teſtamento, §. Lucius, circa princip. de legatis 2.*

GENVS ET SPECIES QVANDO CADVNT INTER PERSONAS honoratas, ſeu quibus aliquid conceditur: an generi per ſpeciem derogetur? CCXXIIII.

L. Quæſitum, §. ſi quis, nu.13. ff. de fund. inſtruc.

R. Quòd aut cōceſſio
- Reſpicit *certā ſeu limitatam cauſam: et tūc aut illi qui in diſpoſitione enumerantur*
  - Non omnes *debent pariter admitti, ſed ordine ſucceſſiuo: & tunc enumeratio ſpecierum derogat generi, in hoc quòd nominati debent prius admitti, l. cum ita, §. fin. de legatis 2.*
  - Omnes *debēt pariter admitti: & aut diſpoſitio*
    - Generalis *præcedit, & ſequitur ſpecialis: & tunc generi per ſpeciem in totum derogatur, ita præſupponit* Bartol. *in l. quæſitum. §. ſi quis fundum, nu.13. de fund. inſtructo.*
    - Specialis *præcedit, & ſequitur generalis: & aut hoc fit in uoluntate*
      - Eadem: *& aut à perſona*
        - Eadem: *& generi per ſpeciem derogatur, l. alimenta, §. baliſtæ, ff. de alim. & cibat. legatis.*
        - Diuerſa: *& tunc per ultimam ſcripturam uidetur receſſum à prima, l. Stichus nutricis, tertiò reſponſo. ff. de alim. & cib. legatis.*
      - Diuerſa: *& tunc idem quod per ſequentem diſpoſitionem à prima uideatur in totum receſſum, l. libertis, in princip. ff. de alim. & cibar. legatis.*
- Fit ſimpliciter *et indeterminatè: & aut præcedit diſpoſitio*
  - Specialis, *& ſequitur generalis: & tunc generi per ſpeciem derogatur, ut generalis prouiſio non referatur ad perſonas, quibus eſt ſpecialiter prouiſum, argumento l. cohæredi, §. qui patrem, ff. de uulga.*
  - Generalis, *& ſequitur ſpecialis: & tunc generi per ſpeciem non derogatur, imò generalis prouiſio refertur ad eum cui eſt ſpecialiter prouiſum, l. Titia §. qui Marco, ff. de ann. legatis.*

PROVISIO GENERALIS ET SPECIALIS QVANDO CADIT inter res quibus fit diſpoſitio, an generi per ſpeciem derogetur? CCXXV.

L. Quæſitum, §.ſi quis fundum, num 15. de fund.inſtruc.

R. Quòd aut diſpoſitio eſt

- Alternatiua: *& tunc dicitur ut per Bartol.in l.1.in fine,ff.de reb.dubijs.*
- Copulatiua: *& tunc aut conceditur uni*
  - Genus *& ſpecies: et aut conceditur genus*
    - Hoc eſt unum *de genere, ut quando legatur homo ſimpliciter: & tunc generaliter generi per ſpeciem derogatur, l.ſi hæres, ff.de optione legata.*
    - Hoc eſt totum *genus: & aut ſpecies enumerantur ab*
      - Errante, *& hoc conſtat: & tunc non minuitur ſignificatio generis, l.legata, in princip.ff de ſuppel.legata.*
      - Eo de quo *dubitatur an errauerit, an non: & tunc præſumitur ſecundum qualitatem perſonarum, habita diſtinctione utrum ſit mulier, uel minor, uel ruſticus, ut l. cum de indebito, ff. de probat.*
      - Sciente: *& aut enumeratio ſpecierum fuit facta*
        - Ex abundanti, *gratia dubitationis tollendæ: & non eſt dubium quòd ſignificatio generis non minuitur.*
        - Cauſa *taxationis ſeu limitationis, & hoc conſtat: & tunc ſine dubio minuitur ſignificatio generis, l. legata, ſecundo reſponſo, ff.de ſuppell. legata.*
        - Ita quòd dubitetur *utrum cauſa determinationis, uel gratia dubitationis tollendæ fuerit facta enumeratio ſpecierum: & tunc diſtinguitur, ut latiſſimè per Bartolum in l. quæſitum. §. ſi quis fundum, num. 15. ff. de fund. inſtructo.*
  - Genus, *& alteri ſpecies: et aut legatur genus*
    - Hoc eſt unum *de genere, & alteri ſpecies: & tunc generi per ſpeciem non derogatur, ſed in eodem poſſunt concurrere, l.hæres, ff.de opt.legata.*
    - Totum *& aut conceditur genus & ſpecies*
      - Diuerſis *reſpectibus, ut uni genus reſpectu uſusfructus, alteri ſpecies reſpectu proprietatis: & tunc generi per ſpeciem non derogatur, ſed concurrunt, l. Sempronius. in princip ff. de uſufructu legato.*
      - Eodē reſpectu, *et tunc aut diſpoſitio*
        - Vtraque *eſt utilis, & tunc generi per ſpeciem non derogatur, l.uxorem.§.feliciſſima, de legatis 3.*
        - Altera inutilis: *& aut inutilis diſpoſitio*
          - Generis, *et tūc generi p ſpeciem non derogatur, quia diſpoſitio nulla eſt, & ſic amplius annullari non poteſt, l.nam etſi, uerſic. poſt defectum. ff.de iniuſt. rup.*
          - Speciei, *& tunc aut illa diſpoſitio eſt facta in*
            - Vltima *uoluntate, & tunc generi per ſpeciem non derogatur, l fin. §.fin.de auro & argento leg.*
            - Diſpoſitione *inter uiuos & generi per dipoſitionem ſpecialem derogatur, l.legatū §.1.ff.de adimend.legatis.*

L. Seiæ

PER COPVLATIVAM AN ET QVANDO INDVCATVR REPETITIO? CCXXVI.

L. Seiæ, §. Caio, ff de fund. inſtruct.

R. Quòd aut copula cadit īter

- Res: & tunc aut illa copula ponitur in
  - vna oratione: et tūc aut qualitas primæ rei
    - Poteſt congruere *alteri rei: & in ſequenti intelligitur repetita ſiue tendat ad augmentū ſiue ad diminutionem, l. fin. §. cui dulcia, ff. de trit. uin. oleo legato.*
    - Sequenti rei *non poteſt congruere: & tunc non intelligitur repetitio, l. cum pater, §. imperfectum, de legatis ſecundo.*
  - Diuerſis *orationibus: & tunc copula non inducit repetitionem ex ueritate ſermonis, l. qui fundum, ff. de contrah. empt. ſed ex præſumpta uoluntate diſponentis inducetur, quando aliàs ſequens diſpoſitio eſt inutilis, l. Iulius Paulus, ff. de condit. & dem. &c.*
- Perſonas *in eadē orãne poſitas: et tūc aut per dictionem*
  - Cum: *& intelligitur repetitio de uirtute ſermonis, & uigore iuris, fallit ſauore libertatis: & illud de æquitate l. Iulius Paulus, & l. cum ſeruus, ff. de condit. & demonſt.*
  - Et, que, *& ſimiles & : aut conditio, ſeu qualitas adiecta primo.*
    - Poteſt *uniformiter cadere in ſecundo: & tunc intelligitur repetitio, argumento, l. Seiæ, §. Caio, ff. de fund. inſtructo.*
    - Non poteſt *uniformiter cadere: & non intelligitur repetitio, l. fin. §. Seio, ff. de legatis ſecundo.*

ERROR PRINCIPIS AN ET QVANDO FACIAT IVS? CCXXVII.

L. Suppellectilli, §. ſed & de his, ff. de ſuppell. legata.

R. Quòd aut error erat

- In ipſa legis *conſtitutione: quia in ueritate non intendit legem conſtituere, ſed utitur tanquam ſit iam conſtitutum: tunc non facit ius talis error, quia deficit conſenſus, l. quod non ratione ſecundum unam lecturam, ff. de legib.*
- In modo *cōſtituēdi legē: et tunc aut in cauſa*
  - De præterito, *quia dicit Imperator, quòd ſic iam fuit conſtitutum, ſed erat per deſuetudinem ſublatum: ideò ſtatuimus, &c. & tunc error facit ius, tamen tali modo non eſt trahendum ad conſequens l. quod uerò ſecundum aliam lecturam, ff. de legib. & ita poteſt intelligi, §. ſed & de his, l. ſuppellectili, ff. de ſuppell. legat.*
  - De præſenti: *& tūc aut error talis*
    - Faceret ceſſare *æquitatem legis: & ceſſat lex, quia ceſſat cauſa finalis.*
    - Non faceret *ceſſare æquitatem legis: & ualet lex, & error ius facit. hoc probatur in l. qui in aliena, §. is qui putabat, ff. de acquir. hæred.*

AVTHORVM SCRIPTVRAE QVALITER PROBENT? CCXXVIII.

L. Legata, ff. de alimen. & cib. leg.

R. Quædā ſunt ſcripturæ

- Confirmatæ *& approbatæ ab Imperatore, uel ſummo Pontifice; & iſtis eſt credendum, ut Authenticis. l. 1. ff. ſi cert. pet. l. leges. C. de legibus.*
- Nec confirmatæ, *nec reprobatæ. & tūc aut procedunt*
  - Enunciatiue: *& ſtatur eis, ſi reperitur, quod antiqui ſteterunt. probatur in l. cenſus emolumenta. ff. de probat.*
  - Determinando, & *decidendo: & tunc aut ſunt*
    - Approbatæ *in ſtudijs: & eis creditur. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu hom.*
    - Non approbatæ *in ſtudijs, & ijs non ſtatur, niſi in quantum rationibus probantur & confirmantur. l. 1. & quod ibi notatur. ff. de legibus.*

L. Si

VERBA PRAESENTIS VEL PRAETERITI TEMPORIS an porrigantur ad futura? CCXXIX.

L. Si ita legatum eſſet, num. 2. ff. de aur. & arg. leg.

R. Quòd aut illa uerba proferuntur à

- Lege: & tunc illa uerba porriguntur ad futura, l. 1. ff. de cond. ex lege, quia lex ſemper loquitur, l. Arriani, C. de hæreu fallit, ſi lex contineret remiſſionem delictorum: tunc enim ad futura non trahitur, l. cum lex, ff. de legibus.
- Ab homine: & tunc aut fit per uerbum
  - Poteſt: & comprehendit futura quia eſt extenſiuum, l. ſi ita quis, in princip. ff. de legatis ſecundo.
  - Aliud: et aut cõtinet illud
    - Quod dependet ex mera uoluntate defuncti & trahitur ad futura, l. talis ſcriptura, in princip. iuncto, §. fin. & leg. ſeq. ff. de legatis ſecundo.
    - Quod non dependet ex mera uoluntate defuncti: & aut uariatio de futuro
      - Conſiſtit circa eadem rem uel quæ habetur loco eiuſdem ex diſpoſitione defuncti: & porrigitur ad futura, l. Mela, §. 1. de alim. & cib. legatis.
      - Contingit circa res ſeparatas: & tunc aut tractatur de
        - Medico præiudicio: & porrigitur ad futura, l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſſ.
        - Magno præiudicio: & tunc ad futura non porrigitur, ita loquitur, l. ſi ita legatum eſſet, ff. de aur. & arg. legato.

ORATIO PROLATA SINE TEMPORE, QVOD AD TEMPVS referatur? CCXXX.

L. Si ita legatum eſſet, num. 4 ff. de aur. & arg. leg.

R. Quòd aut eſt oratio

- Vniuerſalis: ut quando ponitur nomen collectiuum de ſe ſui natura, ut grex, peculium, & ſimilia: & tunc porrigitur ad futura, l. grege, ff. de legatis ſecundo. ratio, quia futura uidentur de acceſſionibus primæ.
- Generalis: ut quando apponitur aliquod ſignũ, ut omnes res meas, uel uniuerſas res meas: & iſto caſu ad præſens tẽpus reſtringitur, l. fin. §. 1. de legatis ſecundo, fallit, ſi de modico agatur præiudicio, l. finali, C. quæ res pignori, &c.
- Particularis: & tunc dicitur diſtinguendum, prout Bartol. in l. ſi ita legatum eſſet, ff. de aur. & arg. legato.
- Indefinita: & tũc aut agitur de præiudicio
  - Modico: & tunc in indefinita oratione comprehenduntur etiam futura, l finali, C. quæ res pig. oblig. poſſ.
  - Magno: & tunc aut per diſponentem, qui indefinitè loquutus, eſt,
    - Potuerunt præuideri omnia futura, & ad futurã extenditur: ut l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruitut. urban. præd.
    - Non potuerunt præuideri quæ futura erant: & tunc futura non ueniunt, l. ſi ita legatum eſſet, ff. de aur. & arg. legato.

L. Aurelius

INSTRVMENTO PRODVCTO AN QVIS PRO PARTE ei poſsit ſtare, & pro parte non?

CCXXXI.

L. Aurelius, §. idem quæſiit, ff. de lib. legata.

R. Quòd aut eadem ſcriptura

- Continet plura *capitula ſeparata: & poſſunt pro parte non approbare, l. Publia, in fi. ff. depoſiti.*
- Continet unum *capitulum tantum, ſeu plura cõnexa: & tunc aut ille, qui unum capitulum reprobat, habet præſumptionem iuris*
  - Contra ſe: *& non admittitur talis approbatio, unde ſi confitearis occidiſſe hominem pro tui defenſione, poſſum ſtare confeſſioni, in quantum dicis te occidiſſe: ſed non cogor ſtare, in quantum dicis ad tui defenſionem, quia lex præſumit contra te, l. 1. C. de de ſicar, l. ſi non conuicij, C. de iniurijs.*
  - Pro ſe: *& tũc aut is q re probat particulam,*
    - Vult probare: *& admittitur, l. Aurelius, §. idem quæſijt, ff. de lib leg.*
    - Non uult *hoc probare: & non admittitur, l. etiam, §. 1. ff. de minorib.*
  - Nec pro, *nec contra ſe: & tunc idem quod dicitur in eo pro quo ſtat præſumptio iuris, Bartolus in l. Aurelius, § idem quæſij. ff. de lib. legata.*

LEGATVM QVANTITATIS IN DVBIO AN VIDEATVR duplicatum ut debeatur bis, uel tantum ſemel?

CCXXXII.

L. Cum centum, ff. de adimend. leg.

R. Quòd aut fuitre lictum illud à

- Diuerſis hæredibus: *& à quolibet debetur in ſolidum, l. ſeruo alieno, §. ſi quis à primo, de legatis 1. niſi illi diuerſi hæredes haberentur loco unius & inſtituti & ſubſtituti, ut notatur in d. l. ſeruo alieno, §. ſi quis.*
- Eodem hærede: *& tũc aut in uoluntate*
  - Diuerſa: *& tunc aut legatum*
    - Eſt ſimplex: *& in dubio uidetur uelle duplicare legatum, l. quinquaginta, ff. de probat. niſi ſint duæ uoluntates, quæ loco unius habentur, l. Sempronius, de legatis ſecundo.*
    - Eſt ob unam *& eadem cauſam: & tunc ſtatur ultimo legato, l. libertis quos in princip. ff. aliment. & cibar. leg.*
  - Eadem: *& tũc aut utrũq; legatũ cõtinet*
    - Tantundem: *& non præſumitur quòd uoluerit duplicare, niſi probetur, l. plane, §. ſed ſi non corpus, de legatis primo.*
    - Nõ tantũdem: *& aut ſecundũ legatum eſt factũ*
      - Per relationem *ad primum: & tunc ſtatur ultimo tantum, l. cum centum, ff. de adimend. legatis.*
      - Simpliciter: *& præſumitur teſtatorem uoluiſſe duplicare, niſi aliud appareat per uerba expreſſa, uel per dictionum taxatiuam, l. ſi ita, de legatis primo.*

ALIENATIO AN ET QVANDO EXTINGVAT LEGATVM? CCXXXIII.

L. Rem legatam, num. 6. de adimend. legatis.

R. Quòd aut legatur
- Quantitas: & tunc per alienationem non extinguitur legatum, l. pater, & ibi Bartol. ff. de adim. leg.
- Species: & aut alienatio fit ab
  - Hærede: & non extinguitur legatum, l. ſeruum filij, §. Procula, ff. de legatis primo.
  - Teſtatore: & tunc aut legatum eſt factum
    - Sub conditione, qui meus erit, uel ſi meus erit: & tunc reuocatur indiſtinctè, l. quintus, aliàs incipit, ſcribit, in fin. ff. de aur. & arg. legato.
    - Simpliciter: & aut alienatio fit
      - Per diſpoſitionem ſpeciei, uel tranſlationem ad aliam ſpeciē: & reuocatur indiſtinctè, l. Seia, ff. de aur. & argent. legat. quaſi deſinat extare, ut ibi.
      - Remanente in ſuo eſſe & aut alienatio fit
        - Voluntariè: & omnino extinguitur, l. rem legatam, ff. de adimend. legatis.
        - Neceſſariò: & ita non extinguit legatum, d. l. rem.
- Species & quantitas, hoc eſt precium rei: tunc non reuocatur uenditione legatum, l. Lucius, ff. de legati ſecundo:
- Ius, id eſt nomen: & dic ut in l. fideicommiſſa, §. ſi rem, ff. de legatis tertio.

INCERTITVDO AN VITIET LEGATVM, ET QVANDO VITIET? CCXXXIIII.

L. quidam, num. 1. ff. de reb. dub.

R. Quòd eſt incertitudo aut circa
- Res: & tunc dicitur ut in l. legato generaliter, §. 1. ff. de legatis 1. cum ſimilibus.
- perſonas: & tunc aut perſonæ aſſumuntur
  - Pro rebus: ut lege duos ſeruos, Stichum & Pamphilum, & tunc dicitur ut in l. ſi quis à filio, §. ſi quis plures, ff. de legatis primo.
  - Proprie & aut incertitudo eſt circa perſonam eius
    - A' quo relinquitur: & tunc uidetur relictum ab hærede, l. ſi ſeruus, §. qui margaritā, ff. de legatis primo.
    - Cui relinquitur: et tunc aut relinquitur
      - Nulla expreſſa perſona cui relinquitur: & aut legatum relinquitur
        - Ab hærede alij, & non ualet, l. Paulus, ff. de reb. dubijs.
        - A legatario uel fideicommiſſario, & ualet, & intelligitur quòd debet dari hæredi, l. qui pecuniam, ff. de ſtatu lib.
      - Expreſſa perſona, quæ tamen ea ſit dubitatur: & ualet legatum, ſed non in effectu, quia hæres non cogitur ſoluere niſi appareat de quo ſenſerit teſtator, poteſt tamen ſoluere, ſi uult, l. 3. §. ſi quis duobus, ff. de adim. legatis, fallit, ſi reſultat pariter in eertituto perſonarum & rerum: quia tunc non ualet ipſo iure.
      - Nulla expreſſa perſona ſpecialiter, ſed uniuerſaliter & indefinitè: & aut legatum incertum
        - Venit certificandum ex aliquo futuro euentu, & ualet legatum, l. quidam, ff. de reb. dubijs.
        - Non uenit certificandū: & aut relinquitur incertis de
          - Certis: & ualet legatum, l. ſi ſeruus legatū, §. huiuſmodi, ff. de legatis primo.
          - Incertis: & nō ualet legatum, §. incertis. Inſtit. de legatis, fallit fauore pauperū, ſecus etiam eſt in eo, qđ relinqtur eā conditionis implendæ.

L. Si is

QVANDO AD VERITATEM COPVLAE REQVIRATVR concurrere utrumque? CCXXXV.

L. Si is qui ducenta. §. utrum, nu. 5. ff. de reb. dubiis.

R. quòd aut illa ponitur inter

- Contraria & *incompaſsibilia: & tunc reſoluitur in diſiunctiuam, l. ſi Titio fundus, ff. de uſufr. legato, & l. ultima, & quod ibi notatur. C. de codicill.*
- Ea quæ *aliquo caſu ſunt idem: & tunc aut ſunt idem*
  - Vt unum *neceſſariò inſit alteri: & tunc ſi adijcitur copula, unum reſoluitur in adiectiuum alterius, ut l. 1. ff. de pactis, ibi, placitum & conſenſus.*
  - Quia unum *genus, aliud ſpecies contenta ſub genere: uel unum ſpecies, aliud ſpeciei indiuiduum: & tunc dicitur ut per Dynum in c. generi per ſpeciem, de reg. iur. lib. 6.*
- Diuerſa: et *aut ſunt*
  - Duo *ſubſtantiua: & tunc ſtant propriè, & uelut ad unam diſpoſitionem reducuntur, & patiuntur eadem, l. huiuſmodi. §. ſi Titio, ff. de legatis 1.*
  - Duo adiectiua: *& tunc aut illa duo adiectiua*
    - Copulantur *reſpectu alicuius ſubſtantiui: & tunc ſtant propriè, & requirunt utrumque, l. ſeruis urbanis, in fine, ff. de legatis 2.*
    - Copulantur *neutraliter, non reſpectu alicuius ſubſtantiæ: ut, lego empta & parata: & tunc perinde eſt ac ſi copula caderet inter diuerſas orationes.*
  - Duæ orationes: *& aut ponitur copulatiua*
    - Reſpectiuè *per modum accidentis, & tunc ſtat propriè, & requiritur concurſus utriuſque, l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit.*
    - Ita quòd *duæ orationes copulantur per ſe principaliter reſpectiuè ad unam ſpeciem, tunc concurſus non eſt neceſſarius, ſed in quolibet procedit diſpoſitio, l. 1. ff. de inſan.*

CVM PLVRES SIMVL MORIVNTVR, AN ALTER alteri ſuperuiuere præſumatur? CCXXXVI.

L. quod de pariter, ff. de reb. dub.

R. Aut quis uult agere ex diſpoſitione

- Hominis *inter uiuos, uel ultima uoluntate, & nunquam alter alteri ſuperuixiſſe præſumitur, l. quod de pariter, ff. de rebus dub.*
- Legis: & *tunc aut moritur*
  - Impubes *cum pubere, & præſumitur impubes prius deceſsiſſe, l. ſi mortuo, ff. de reb. dub.*
  - Pubes *cum pubere: et tūc perſona patroni*
    - Eſt in medio: *& ille præſumitur deceſsiſſe, qui magis ſpectat ad fauorem patroni, l. qui duos. §. ſi cum filio. ff. de reb. dub.*
    - Non eſt in medio: & *aut inter ſimul decedentes*
      - Eſt uotum *tranſmittendæ hæreditatis, ut quia aſcendens ſimul cum deſcendente decedit: & præſumitur aſcendens prius mortuus, l. qui duos, § fin. ff. de reb. dub.*
      - Non eſt uotum *tranſmittendæ hæreditatis: & tunc ille ſuccūbit, cui incumbit onus probandi aliquem ſuper uixiſſe, l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebell.*

SI IMPVGNAVI INSTRVMENTVM, AN ET QVANDO poſſum ex eo fundare intentionem meam? CCXXXVII.

L. Poſt legatum, nu. 6 ff. de his quib. ut indign.

R. quòd aut quis impugnat inſtrumentũ ex cauſa
- Quæ continet *manifeſtum errorem iuris: & hoc nullo modo ſibi præiudicat, l. ornamentorum, ff. de aur. & argent. legato.*
- Quæ iuris errorẽ *non continet: & tunc aut impugnat ex cauſa*
  - quæ ſtat *in uoluntate ipſius: & aut quæritur an poſsit fundare*
    - Actionem: *& non poteſt eam fundare ex tali inſtrumento.* Bartol. *in l. poſt legatum, ff. de his quibus ut indign.*
    - Exceptionem: *& hoc poteſt facere, l. diſpenſatorem, in fine, ff. de ſolut.*
  - quæ non ſtat in *ſua uoluntate: & aut ab impugnatione*
    - Deſtitit: *& tunc ſine dubio poterit ex eo fundare intentionem ſuam, l. alia, C. de his quib. ut indign.*
    - Nõ deſtitit, *ſed oppoſuit exceptiones, nec eis renunciauit: & tũc ex illo inſtrumento ſe fundare non poſſet, quia eſſet ſibi contrarius, l. 1. C. de furtis, unde itaque quod conſilium dat Bartol. in d. l. poſt legatum, nu. 7. ff. de his quib. ut indign.*

QVANDO ALIQVID ALICVI AVFERTVR VT INDIGNO, quibus caſibus deferatur ad fiſcum, & quibus non? CCXXXVIII.

L. Si gener, num. 11. ff. de his quib. ut indign.

R. Aut aufertur alicui propter
- Defectum *in perſona defuncti: & tunc aut teſtator poteſt teſtari*
  - Cum nullo: *& ueniunt uenientes ab inteſtato, l. planè, ff. de ſuis & legit. niſi primi ob ſuum delictum bona eſſent publicata: quod tamen hodie eſt immutatum per* Auth. *bona damnatorum,* C. *de bon. damnat.*
  - Cũ quibuſdam, *& cum quibuſdam non: & tunc aut ei relinquit*
    - Palàm: *& regula eſt, quòd uenit ad illos, ad quos ueniret ab inteſtato, ſi relictum eſſet, l. non intelligitur, in princip ff. de iur fiſci.*
    - Tacitè: *& tunc defertur fiſco, l. ſi gener ff. de his quibus ut indignis.*
- Defectum *illius cui relinquitur: & tũc aut ille defectus eſt ſeu cõtingit*
  - Ante teſtamentum: *& tunc aut defectus ille*
    - Statum perſonæ *totaliter annihilat, ut quia efficitur ſeruus pœnæ: & iſte omnino dicitur non capax, & manet adhuc apud hæredẽ ab inteſtato, l. ſi in metallum, ff. de his quæ pro non ſcriptis habentur.*
    - Statum perſonæ *non annihilat, ſed minuit, ut quis perdit ciuitatem: & etiã eſt omnino non capax.*
    - Statum non mutat, *ſed ex alia cauſa ius eum capere nõ permittit: & aut hoc fit*
      - Sine ſui culpa: *& non applicatur fiſco, l. aufertur. in princip. & ibi notatur, ff. de iure fiſci.*
      - Sui culpa: *& tũc eſt indignus, & regulariter applicatur fiſco, l. Claudius, ff. de his quibus ut indign.*
  - *

In ipſo

*

- In ipſo actu teſtandi: & aut hoc fit, quia
  - Se aſcribit in teſtamento: & habetur pro non ſcripto, cum lex præſumat illam uoluntatem non eſſe ueram .l.1.ff. de his quæ pro non ſcriptis hab.
  - Cogit teſtatorem ad teſtandum, uel non, & dic ut in l.1.§.1.ff. ſi quis ali qu. teſt. prohibu.
- Poſt factum teſtamentum: & aut hoc fit cõtra teſtatorem
  - Nihil commiſſo: & dicitur prout ſupra, quando defectus eſt ante teſtamẽtum per d.l. ſi in metallum.
  - Aliquo commiſſo; & aut eſt commiſſum
    - De facto, abſque aliquo iuris colore, & relictum uidetur tacitè reuocatum, & fiſco non debetur. l.3.§.fin ff. de adimend. legatis.
    - Aliquo iuris colore: & tunc aut faciens
      - Non proſequebatur commodum propriæ rei familiaris; ſed magis uindictam: & legatum uidetur reuocatum. l.fictio.§. Seia. de adimendis legatis.
      - Proſequebatur commodum rei familiaris: & tunc eſt indignus, & applicatur fiſco .l. ſi inimicitiæ .ff. de his quib. ut indig.
- Ipſo tempore mortis, & aut talis defectus eſt ex cauſa
  - Suæ negligentiæ: & tunc eſt indignus. l. indignum. ff. de his quib. ut indignis.
  - Doli: & aut debebat capere ex diſpoſitione
    - Legis ab inteſtato: & ſimiliter eſt indignus, & applicatur fiſco. l. ſi inimicitia. ff. de his quibus ut indign.
    - Hominis: & tunc non capit, ſed manet apud eos quibus eſt relictum. l. ſi ab hoſtibus. §.1. ff. ſolut. mat.
- Poſt mortem: & iſto caſu ſemper talis cauſa facit aliquem indignum, & omnino non capacem, & facit locum fiſco. l. hæredi. & l. ei. ff. de his quib. ut indign.

DICTIO SI, AN IMPORTET CONDITIONEM CCXXXXIX.

L. 1. nu. 1. 2 & 3. ff. de condit. & dem.

R. Aut illa dictio ponitur

- Simplex: et tunc aut reſpicit
  - Verbum præſentis temporis, uel præteriti: & tunc non facit conditionem. l. ſi ita ſtipulatus fuerit hanc ſummam, ff. de uerb. obligat. & omnia iura quæ conditiones in præteritum appellant, conditiones loquuntur impropriè.
  - Verbum futuri temporis & tunc aut ille futurus euẽtus eſt
    - Certus omni certitudine: & hoc caſu non facit conditionem.
    - Certus an, ſed incertus quando, ut mors, & tunc facit conditionem, & facit ad hoc textus in l. quibus diebus, §. quidam Titio. ff. de uerb. obligat.
    - Omino incertus, ut ſunt communiter omnes conditiones: & tunc etiam facit conditionem. l. 1. ff. de condit. & demonſt.
- Compoſita: & tunc aut ponitur reſpectu
  - Earundem diſpoſitionum, & tunc coniunctiua & ſi, eſt una pars, & ponitur & ſi; id eſt quamuis. l.1. §. nunciatio. ff. de op. noui nunciat.
  - Diuerſarum orationum, & tunc dictio ſi ſtat propriè, & facit conditionem, & dictio & copulat, & etiam facit propriè. l.1 ff. de uulgar. & pupill.

DICTIONES EXTINCTIVAE, VT DONEC, QVAMDIV. & ſimiles, an aliquid extinguant ipſo iure an uerò ope exceptionis? CCXL.

L. 1. nu. 16 ff de condit. & demonſt.

R. quòd aut illæ dictiones apponũtur à

- **Lege**; & *tunc eius euentus extinguitur ipſo iure. l. ſiue. §. tamdiu ff. de condict. furtiua.*
- **Ab homine**: & *tunc aut circa obligationes*
  - **Merè perſonales**: & *hoc caſu non extinguũtur ipſo iure. l. finali. C. de legatis. ſecundum primam ſolutionem.*
  - **Reales**: & *tunc aut circa*
    - **Ius dominii**: & *tunc aut loquimur in*
      - **Vltimis** *uoluntatibus: & extinguunt ipſo iure. l. finali. C. de legatis. ſecundum primam ſolutionem ibi poſitam.*
      - **Contractibus**: & *nõ extinguũt ipſo iure. ratio, quia per contractum non poteſt hoc regulariter fieri. l. ea lege. & ibi notatur, ff. de condit. ob cauſam.*
    - **Alias ſeruitutes**: & *aut loquimur circa ſeruitutes*
      - **Perſonales**, *ut uſusfructus: & extinguunt ipſo iure. l. ambiguitatem. & ibi expreſſè de dictione* Donec. C. de *uſufructu. ratio, quia uſusfructus poteſt finiri tempore.*
      - **Reales**: & *non extinguunt ipſo iure. ut l. 1. ff. de ſeruit. ubi expreſſè ponitur de dictione* Quamdiu. *ratio, quia ſeruitutes reales non poſſunt conſtitui.*

DEMONSTRATIO FALSA AN, ET QVANDO VITIET diſpoſitionem in ultimis uoluntatibus? CCXLI.

L Demonſtratio nu. 9. ff. de condit, & demonſt.

R. quòd aut fit demõſtratio

- **Per nomina** *uel pronomina: & tunc uidetur dicendum ut per* Bartolum *in l. ſi quis in fundi uocabulo. ff. de legatis primo.*
- **Aliis modis**: & *aut demonſtratio adijcitur*
  - **Generi**: & *tunc aut illud genus in diſpoſitione erat*
    - **Limitatum**; & *falſa demonſtratio non uitiat. l. 3. & l. fin. C. de falſa cauſa adiect.*
    - **Non limitatum**, *ſed ſimpliciter in diſpoſitione ponitur: & tunc quatenus demonſtratio facta eſt, eatenus uitiat diſpoſitionem. l. 3. in fine. C de falſa cauſ. adiecta.*
  - **Certæ ſpeciei**: & *tunc aut adijcitur*
    - **Rei**: & *aut illa ſpecies in rerum natura*
      - **Non reperitur**: & *uitiatur illa diſpoſitio. l. 1. ff. de dote præleg.*
      - **Reperitur**: & *non uitiatur diſpoſitio. l. demonſtratio. ff. de condit. & demonſt.*
    - **Perſonæ honoratæ**: & *aut demonſtratio eſt deſignatiua*
      - **Affinitatis**, *uel conſanguinitatis: & diſtingitur ut in l. quoties ff. de hæred inſtit.*
      - **Alterius accidentis**: & *non uitiat. l. his uerbis ff de hæred. inſtit.*

L. Demon-

FALSA DEMONSTRATIO AN VITIET CONTRACTVM inter uiuos? CCXLII.

L. Demonſtratio, nu. 10. ff. de condit. & demonſtr.

R. Aut loquimur in contractibus

- Ex altera parte *tantum obligatorijs, ut in donatione, & ſtipulatione facta ex mera liberalitate: & tunc debemus per omnia diſtinguere, prout factum eſt ſuprà in ultimis uoluntatibus.*
- Vltro citroque *obligatorijs: & tunc aut falſa demonſtratio*
  - Facit deficere *contractus ſubſtantiam, uel rem uel precium: & tunc contractus uitiatur, l. in uenditionibus, l. ſi quis fundum, ff. de contrah. emp. & ideo dicitur ibi quòd habet uim conditionis de præſenti, uerè tamen demonſtratio eſt.*
  - Subſtantiam *contractus non perimit: & aut res cui adijcitur demonſtratio*
    - Non reperitur *in rerum natura: & tunc ille qui demonſtrationem adiecit, tenetur, l. ſi quis cum fundum, ff. de actionib. empt.*
    - Reperitur *ſed non cum illa qualitate, cum qua fuit demonſtrata: & ſimiliter contractus non uitiatur: ſed ille qui demonſtrationem adiecit, tenetur ſecundum diſtinctionem, l. ea quæ commendandi, ff. de contrah. empt.*

CONDITIO AN POSSIT IMPLERI IN PERSONA HAEREDIS illius, in cuius perſona debebat impleri? CCXLIII.

L. Sub diuerſis, §. hæredi, ff. de condit. & demonſt.

R. Aut loquimur de

- Hærede legatarij: *& tunc dicitur quòd conditio non poteſt impleri in hærede, nam iuſſus dare, legatario nominatim uidetur dare iuſſus, l. ſi nominatim, l. ſub diuerſis, ff. de condit. & demonſtr.*
- hærede hæredis *& tunc aut teſtator iuſſit impleri*
  - Sub nomine *proprio, & hoc caſu non poteſt impleri in perſonam illius, l. cum ita, ff. de condit. & demonſt.*
  - Sub nomine *appellatiuo, ut ſimpliciter dicendo hæredi: & tunc hoc caſu poteſt impleri in perſona hæredis, nam teſtator uidetur uelle, dari hæredi hæredis eo ipſo quòd iubet dari ſub nomine appellatiuo, d. l. cum ita, l. ſub diuerſis, in princip. ff. de condit. & demonſt.*
  - Sub nomine *proprio & appellatiuo: & hoc caſu inſpicitur illud quòd præcedit, l. cum ita, ff. de condit. & demonſt.*

PACTA ALIAS INVALIDA QVAE FIRMANTVR iuramento? CCXLIIII.

L. Seius, &. Augerius, nu. 4. ff. ad l. Falcid.

R. quòd quædam ſunt

- Conuentiones *improbatæ ratione turpitudinis, & iſtæ iuramento non firmantur c. non eſt obligatorium, de reg. iur. in 6.*
- Conuentiones *improbatæ ratione publicæ utilitatis principaliter: & iſtæ iuramento non firmantur, l. iuris gentiũ, § ſi paciſcar, ff. de pactis.*
- Pacta prohibita *ratione publicæ utilitatis ſecundariò, ut alienatio fundi dotalis, & iſta confirmantur iuramento c. cum contingat, extra de iureiur.*
- Pacta *quæ improbantur in odium creditoris, ut pactum legis commiſſoriæ in pignoribus: item in mutuo, in filiofamilias, & iſta iuramento poſſunt confirmari, c. ſignificante, & ibi Gloſſa, extra, de pign. ſed poſtquam ſeruatum eſt iuramentum, non poteſt repeti, in quantum locupletatur creditor cum aliena iactura, cap. 1. & cap. debitores, extra, de iureiur.*
- Pacta *quæ improbantur ratione modicitatis, uel imbecillitatis perſonæ, ut in minore XXV. annis, & iſta iuramento firmantur, ut in Auth ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus uendit.*

PORTIO VNIVS EX HAEREDIBVS SI DEVENIAT AD ALIVM, non ex ſubſtitutione, ſed ex legis diſpoſitione, uel propria: an & quo caſu fiat contributio? CCXLV.

L. qui fundum, §. cohæres, nu. 4 ff. ad legem Falci.

R. quòd aut deuenit ad eum

- Ex ſua propria *diſpoſitione: & hoc caſu non fit contributio nec bonorum, nec legatorum, l. 1. §. ſi cohæredis, ff. ad l. Falcid.*
- Ex diſpoſitione *cohæredis: & tunc pariter non fit cōtributio, Bartol. in l. qui fundum, §. cohæres, nu. 4. ff. ad l. Falcid.*
- Ex iure *accreſcendi: & tūc aut accreſcit*
  - Non grauata *grauatæ: & fit contributio bonorum & legatorum.*
  - Grauata *non grauatæ: & non fit contributio.*
  - Grauata *grauatæ: & aut accreſcit*
    - Minus *grauata magis grauatæ: & fit contributio.*
    - Magis *grauata minus grauatæ: & non fit contributio, &c.*
  - Grauata *æqualiter grauatæ: & fruſtra quæritur de contributione, quia ſiue fiat, ſiue non fiat, nullius eſt effectus.*
- Per ius *non decreſcendi: & fit contributio bonorum non legatorum, quia non debentur, cum non tranſeant, l. 1. § ſin autem ad deficientis, C. de caducis tollendis.*
- Iure *poteſtatis uel dominij: tunc diſtinguitur prout ſuprà, quando deuenit ex iure accreſcendi, l. ſi pupillus, §. 1. & l. maritum, in princip. ff. ad l. Falcidiam.*

CONTRIBVTIO AN FIAT, QVANDO SVBSTITVITVR FILIO inſtituto pupillariter? CCXLVI.

L. qui fundum. § cohæres, nu. 7.

R. quòd aut teſtator ſubſtituit

- Cohæredem: *& aut à perſona ſubſtitut legata*
  - Non fuerunt relicta: *& tunc non fit contributio bonorum, nec legatorum, quia teſtator non uidetur de contributione cogitaſſe, l. qui fundum, §. qui filium, ff. ad l. Falcid.*
  - Sūt relicta *& tunc aut hæreditatem patris*
    - Non adiuit, *ſed pupillarem: & non fit contributio, l. filius, in fine, ff. de uulgari.*
    - Adiuit, *& aut loquimur in legatis relictis*
      - A' pupillo *in inſtitutione, & à ſubſtituto in ſubſtitutione: & fit contributio.*
      - Ab utroque: *& aut accedit portio*
        - Grauata *non grauatæ: & non fit contributio.*
        - Non grauata *grauatæ: & fit contributio.*
        - Grauata grauatæ: *& fit cōtributio, l. cohæredi, §. ſi cohæres, ff. de uulgari.*
- Extraneū: *& tunc aut ſubſtituit*
  - Vnum uni: *& tunc eſt locus contributioni bonorū & legatorum, l. in duplicibus, ff. ad l. Falcidiam.*
  - Vnū pluribus: *& tunc aut hoc*
    - Separatim *& tūc aut ſuccedit*
      - Vni: *& habet locum quod dicitur in l. in ratione, la 1. §. quod uulgo, ff. ad l. Falcidiam.*
      - Ambobus, *& fit contributio, l. pater filium, §. fin. in primo reſpōſo, ff. ad l. Falcid.*
    - Simul: *et tūc aut*
      - Omnes *deceſſerunt ſimul, & ſic ambobus ſuccederet iure directo & fit contributio*
      - Deceſſerunt *ſeparatim, & ſic ſuccedit uni directò, alteri per indirectum, & non fit contributio.*
  - Plures uni, *& tunc in cuiuslibet perſona habetur ratio legis Falcidiæ, uel ex perſona ſua, uel facta contributione relictorum à ſe, & relictorum à pupillo.*
  - Plures pluribus, *& in ſingulis habetur ratio legis Falcidiæ, l. in ſingulis, ff. ad l. Falcid.*

L. In

L. In quartã, nu. 4. ff. ad l. Falcid.

R. Quòd aut hæres capit aliquid de bonis defuncti
- Ex cauſa teſtamenti: & tūc aut accipit
  - Expreſse, *ut ſibi imputetur in Falcidiam: et imputatur, l. cum quo, in fine, ff. ad l. Falcidiam*
  - Propter aliam *cauſam: & non imputatur, l. pater filiam, in princip. ff. ad l. Falcidiam.*
- Ex ipſo teſtamēto: *& aut aliquid capit*
  - Iure hæreditario: *& tunc illud imputatur in Falcidia, l. in quartam, ff. ad l. Falcidiam.*
  - Legati: *uel prælegati iure: & tūc aut legatur ſibi à*
    - Legatario: *& non imputatur in Falcidiam, quoniam nihil habet iure hæreditario, l. ſi à me. ad l. Falcid.*
    - Cohærede: *& aut quæritur an imputetur, quo ad*
      - Ipſum hæredem: *& totum imputatur, l. Neſennius, ad l. Falcid.*
      - Alios: *& tunc aut fuit*
        - Legata *pecunia, uel corpus non hæreditarium: & nihil imputatur: quia nihil hæreditario iure capitur.*
        - Prælegata *pecunia hæredi: & aut fuit iuſſus*
          - Cohæres *ſibi retinere uel detrahere: & totum computatur.*
          - Cohæres *ſibi dare pecuniam hæreditariam: & dic ut latius per Bartol. in l. in quartam, num. 4. ff. ad l. Falcid.*
  - In uim *modi & imputatur in Falcidiam.*
  - In locum *precij: & imputatur in Falcidiam. l. qui fundum, ff. ad l. Falcidiam.*
  - cauſa implendæ conditionis: *& aut*
    - Legatarius *poßidet, ita quòd ab hærede conuenitur: & imputatur in quartam quo ad dantem, non quo ad alios.*
    - Hæres *qui poßidet conuenitur: & tunc aut fuit datum*
      - A' ſtatu *libero: & dic ut in l. id autem, ff. ad l. Falcidiam.*
      - Ab extraneo: *& tunc nullo modo imputatur in Falcidiam, nec quo ad dantem, nec quo ad alios.*

TREBELLIANICA VEL FALCIDIA QVANDO POSSIT IN una re tantum detrahi? CCXLVIII.

L. In quartam, num. 9. ff. ad l. Falcid.

R. Aut quæritur an poſsit detrahi
- A' uolentibus: *& poteſt fieri, l. poteſt, ff. de legatis 1. l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſiti.*
- De neceſsitate: *& tūc aut quæritur in quare*
  - Detrahatur *quarta: & regula eſt, quòd deducit de qualibet re pro indiuiſo, l. Plautius, & l. linea margaritarum, ff. ad l. Falcid.*
  - Detrahatur *tēpore diuiſionis: & aut teſtator*
    - Aliquid legauit, *uel alio mō conceſsit quod debeat imputari in quartā: & illud prius imputatur, l. id autem, ff. ad l. Falcidiam.*
    - Nihil reliquit: *& aut hæres*
      - Percepit fructus: *& illos prius in quartam imputare cogitur.*
      - Nullos fructus *percepit: et aut hæres aliqd de hæreditate*
        - Alienauit: *& illud ſibi imputat in quartam.*
        - Nō alienauit: *et tūc aut teſtator aliquid in uita*
          - Conceſſerat *habere in peculium: & illud poteſt retinere aduerſario in uito.*
          - Non conceſſerat *et aut res ſunt*
            - Indiuiſibiles *& poteſt in una re deduci, l. ſed ſi non ſeruus, ff. ad l. Falcld.*
            - Diuiſibiles: *& tunc deducuntur in una uel duabus rebus, ne patrimonium communicetur: & hoc iudicis officio, l. poteſt, ff. de legatis 1.*

L. 1. §.

ADVLTVS CVRATOREM HABENS, QVIBVS CASIBVS AEQVIPARETVR pupillo? CCXLIX.

L. 1. §. fuit quæſitum, nu 4. ff. ad Trebell.

R. Quòd aut quæritur de iis quæ
- Diſponuntur per legem circa bona eorum, & hoc caſu non æquiparantur, ſed multæ ſunt differentiæ, ut in præſcriptione 30 annorum, & in l. 1. C. de falſa moneta, cum ſimilibus.
- Agūtur ab ipſis: et aut loquimur in diſpoſitionibus
  - Vltimæ uoluntatis: & non ſunt ſimiles, quia adultus poteſt teſtari: pupillus non Bartol in l. 1. §. fuit quæſitum, num. 4 ff. ad Trebell.
  - Inter uiuos: & aut uolūt agere cū
    - Curatoribus: et aut hoc agunt
      - Vt dictos adminiſtratores habeant: & non ſunt ſimiles, §. item inuiti, inſt. de curat.
      - Poſtquā eos habēt: & aut loquimur in actione ex qua cōmodū ad eos, uel in commodum
        - Non pertinet: & non ſunt ſimiles, quia adultus illud poteſt agere cum curatore, pupillus non, ut d. l. 1 §. fuit quæſitum, in tertia ſolutione, ff. ad Trebell.
        - Poteſt pertinere: & aut loquimur de eis
          - Liberandis: & non ſunt ſimiles, d. §. fuit quæſitum, ſecundum primam ſolutionem.
          - Obligādis: & aut ad ea gerēda officiū curatoris ſe
            - Extendit: & ſunt ſimiles, l. curatorem, C. de in integ. reſtit.
            - Nō extēdit: & aut hoc gerunt
              - Neceſſariò: & non ſunt ſimiles, quia adultus poteſt, pupillus nō.
              - Voluntariè: & ſūt ſimiles, quia neuter poteſt, d. §. fuit quæſitum, ſecundum ſecundam ſolutionem.
    - Extraneis: & tunc aut officium curatoris ſe de hoc
      - Extendit: & ſunt ſimiles, l. curatorum, C. de in integr reſtitut.
      - Nō extendit: & tunc non ſunt ſimiles quia habetur perinde ac ſi non haberet curatorem, ita eſt caſus in c. fin. de iudicijs, in ſexto.
- Aguntur cum ipſis: & tunc aut aguntur cum ipſis
  - Voluntariè: & diſtingue eodem modo quo ſuprà per eaſdem ll. Bartol. in l i. §. fuit quæſitum, ad l. Falcidiam.
  - Neceſſariò: & tūc non ſunt ſimiles, l. acta, §. cōtra indefenſos, ff. de re iudicat.

DE LEGATIS QVARTAM QVIS DETRAHAT? CCL.

L. 1. §. deniq; ff. ad Trebell.

R. Quòd aut loquimur in
- Hærede: & ille regulariter detrahit quartam, fallit in caſibus notatis in l. in teſtamento, C. ad Trebell.
- Fideicōmiſſario: et aut quæritur an detrahat à
  - Legatariis ſingularibus & aut legata ſunt relicta à
    - Se: & nunquam detrahit, l. lex Falcidia, §. nunquam, ff ad Trebell.
    - Hærede uel ſimpliciter: & aut hæres
      - Detraxit ſibi & ulterius non detrahit, nec tamen tenetur fideicommiſſarius ultra quàm habeat, l. 1. §. denique, ad Trebell.
      - Nō detraxit: et tunc aut hoc ideò, quia
        - Non potuit: & aut non potuit
          - per factum ſuum, quia coactus adiuit: & non detrahit l. Marcellus, §. quòd ſi ſuſpecta, ff. ad Trebell.
          - Propter naturam relictorum: & tunc fideicommiſſarius non detrahit, ſicut nec hæres.
        - Nō uult: & aut uult facere gratiā
          - Fideicommiſſario tantum: & non detrahit fideicommiſſarius.
          - Fideicommiſſario & legatarijs: & non detrahit.
          - Ei cuius cauſa dubitatur: & uidetur uelle facere gratiā primo fideicōmiſſario cui reſtituit, limita, quādo ſcienter reſtituit ſecus, ſi per errorem, ut infra.
        - De hoc non cogitauit, ſed per errorem reſtituit totum: tunc fideicommiſſarius non detrahit.
  - *
- *

Secundò

* *

Secundò *fideicommiſſario uniuerſali: & tunc aut hæres reſtituit*

- Coactè: & non *detrahit. l. ſi patrem. §. 2 ff ad Trebell. & in hoc differt ſecundus fidei commiſſarius à legataris ſingularib.*
- Sponte & *tunc idem per omnia, ut diſtinguitur in legatarijs ſingularibus.*

Suo fideicommiſſario: & *non detrahit. l. ex eſſe. in fine. ff. ad Trebellian.*

Legatario & *regula eſt, quòd nunquam detrahat Falcidiam, niſi ei detrahatur. l. lex Falcidia §. nunquam. ff. ad l. Falcid.*

INSTITVTVS PVRE, ET ROGATVS RESTITVERE ſub conditione, quando poſsit adire & reſtituere?

CCLI.

L. Sed ſi alio, nu. 5. ff. ad Trebell.

R. Aut quis eſt rogatus reſtituere

- Vni pure *pro parte, & alij ſub conditione pro alia parte: & tunc ab eo cui eſt rogatus, poteſt purè interim cogi adire & reſtituere. l. 1. §. ſed & quoties. ff. ad Trebell.*
- Tantum *ſub conditione & tunc poteſt cogi adire, & reſtituere. non tamen tranſeunt actiones per Trebellianum. l. apud Iulianum. §. Antiſtio ff. ad Trebell.*
- Ad diem; & *aut dies eſt*
  - Certa, & *poteſt cogi adire & reſtituere. l. accuſare. in fin. ff. ad Trebell.*
  - Incerta, & *tunc aut fideicommiſſum*
    - Suſpendit: & *idem quod in ſimplici conditione. l. dies incertus. ff. de condit. & demonſt.*
    - Non ſuſpendit; *quia eſt appoſitus dies mortis fideicommiſſarij. l. hæres meus de condit. & demonſt. tunc idem quod in die certa. l. poſt mortem ſecundum aliam lecturam. ff. ad Trebell.*

NATVRALIS FILIVS AN EXCLVDAT SVBSTITVTVM?

CCLII.

L. Ex facto, §. ſi quis rogatus, nu. 2. ff. ad Trebell.

R. quòd aut loquimur in naturali

- In ſeruitute *concepto: & tunc aut conceptus*
  - In figura *matrimonii: & excludit ſubſtitutum. ut inſtit. de ſeruili cogn. in princip. l. Lucius. § fina. ff. de legatis 2.*
  - Non in figura *matrimonij: & non excludit ſubſtitutum. ita præſupponit Bartolus in l. ex facto. §. ſi quis rogatus ff. ad Trebell.*
- Alio: & *tunc aut*
  - Apparet *de uoluntate defuncti, quòd de naturali ſenſerit: & ſtamus tali uoluntati. d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ibi, ex uoluntate. ff. ad Trebell.*
  - Non apparet *de uoluntate defuncti, quod de naturali ſenſerit: & aut defunctus eſt homo*
    - Peritus *in dignitate, ita quòd ei ſit uerecundia, quò d eius cognatio, ſiue ſua domus uadat ad baſtardos: & de naturali non uidetur ſenſiſſe, & non excludit ſubſtitutum. d. §. ſi quis rogatus. ibi, ex dignitate.*
    - Non ita gin dinitate *poſitus: & excludit naturalis ſubſtitutum. d. §. ſi quis rogatus.*

L. Quædam

SERVVS QVI SVBIACET RESTITVTIONI, AN ET quando poſsit manumitti?

CCLIII.

L. quædam. §. ſi quis, ff ad Trebell.

R. quod aut ſeruus eſt
- Hæredis: *& poteſt manumitti, ſed debetur æſtimatio. l. hæres proprium. ff. qui, & à quibus.*
- Teſtatoris. *& tunc aut erat relictus*
  - Specialiter: *& non poteſt manumitti. l ſeruum. ff. de manumiſſ.*
  - Sub uniuerſitate, *& tunc aut eſt relictus*
    - Purè, *uel in diem certum: & non poteſt manumitti. l. finali. §. ſed quia. C. com mu. de legatis.*
    - Sub conditione: *& aut manumittitur*
      - In ultima *uoluntate: & poteſt, ſed æſtimatio debebitur. l. quidam. §. ſi quis, ff ad Trebell.*
      - Inter uiuos: *& non poteſt manumitti, ſicuti nec cæteræ res alienari. l. finali, § ſin autem ſub conditione. C. com. de legatis.*

SERVVS CVI EST RELICTA LIBERTAS, AN POSSIT hæredem cogere adire? CCLIIII.

L. Si res aliena. §. ſerus. ff. ad Trebell.

R. quod aut reliquitur hæreditas & libertas ſeruo
- Hæredis: *& ſeruus non poteſt cogere adire. l, cogi. §. ſi ſeruo. ff. ad Trebell.*
- Teſtatoris: *& aut debetur*
  - Ab uno: *& eodem hæreditas & libertas: & tunc aut debentur*
    - Vtrumque *purè: & poteſt cogi hæres, ſiue ab initio debeatur ab uno, ſiue ex poſt facto per accidens. l ſi res aliena. § ſeruus. ff. ad Trebell.*
    - Vnum purè, *aliud ſub conditione: & aut debetur purè*
      - Libertas, *hæreditas ſub conditione: & poteſt cogi adire. l ſi cui. in princip. ff. ad Trebell.*
      - Hæreditas *libertas ſub conditione: & non poteſt cogi. d. l ſi cui. §. 1.*
  - Ab uno hæreditas, *& ab alio libertas: & aut debetur*
    - Ab uno *hærede libertas, ab alio hæreditas: & non eſt locus coactioni. l. ſi res aliena. in princip. ff. ad Trebell.*
    - A' legatario *libertas, ab hærede hæreditas: & aut*
      - Erant *inſtituti plures: & non eſt locus coactioni. l. nec eſt cogendus, ff. ad Trebell.*
      - Erat inſtitutus *unus tantū: & eſt locus coactioni. l. apud Iulianum. §. Antiſtia. ff. ad Trebell.*
  - A' pluribus *libertas, & ab uno ex his hæreditas: tunc eſt locus coactioni. quia illi uni adeunti libertas competit. l. teſtamento. ff. de manumiſs. teſtam.*
- Alieno: *& tunc aut*
  - Paratus *eſt dominus uendere, ita quòd per aditionem habilitari poteſt ab hærede ad recipiendam reſtitutionem: & tunc eſt locus coactioni.*
  - Non eſt *paratus dominus uendere: & non eſt locus coactioni, argumento l. deberi. C. de fidei com. libert.*

L. Hæredes

SVBSTITVTIO SI EST FACTA PLVRIBVS, AN SIT neceſſe quòd uerificetur conditio in perſona omnium? CCLV.

L. Hæredes mei, §. cum ita, ff ad Trebell. nu. 5.

R. Aut ſubſtitutio eſt facta pluribus
- Separatim: *& in cuiuſcunque perſona extitit conditio, locus eſt ſubſtitutioni, l. pen. ff. de iniuſto rupto.*
- Simul: *& tunc aut ſubſtitutio fit*
  - Simpliciter, *per copulam: & aut loquimur in ſubſtitutione*
    - Vulgari: *& requiritur quòd in perſona utriuſque exiſtat conditio, l. quamuis. C. de impub.*
    - Pupillari: *& idem dicitur quod in fideicommiſſaria, quia reſpicit diuerſos effectus: & quia confertur in tempus, in quo non eſt locus iuri accreſcendi.*
    - Fideicommiſſaria: *& regula eſt, quòd in cuiuſcunque perſona extiterit conditio, locus eſt ſubſtitutioni, l. Lucius, § Caio, ff. ad Trebell. fallit, ſi præſumitur teſtatorem aliud uoluiſſe ex eo quòd natura relicti, uel uoluntate defuncti inter eos quibus eſt facta ſubſtitutio, eſt locus iuri accreſcendi: ut in uſufructu & habitatione, item fallit, ſi ſupereſt aliqua perſona, quæ ex præſumpta uoluntate defuncti excludat fideicommiſſarium, uel ſubſtitutum.*
    - Compendioſa *quæ continet uulgarem, pupillarem. & fideicommiſſariam quandoque: & tunc ſi ſucceditur ex uulgari, dic ut ſuprà dictum eſt in uulgari: ſi ex pupillari uel fideicommiſſaria, dicitur idem quod in pupillari uel fideicommiſſaria.*
  - Cum adiectione *nominis collectiui: & tunc aut quæris ſecundum*
    - Propriam *ſignificationem uocabuli: & ſic ſubſtitutus excluditur, niſi in perſona omnium conditio extiterit, l. hæredes mei, in princ. ff. ad Trebell.*
    - Interpretationẽ, *quæ ex defuncti mente colligitur: & aut*
      - Supereſt *aliquid de liberis, qui ſubſtitutos ex præſumpta defuncti uoluntate excludit: & ſubſtitutus excluditur, d. l. pen. in princip. C. de impub. & alijs ſubſt.*
      - Non ſupereſt *talis qui eum excludat: ſed illi qui ſuperſunt, ſunt in eodem uel pari gradu cum eo: tunc ſubſtitutus admittitur, Bartol. in d. §. cum ita, in fine.*

CONDITIONES QVAE ET QVANDO HAEREDI remittantur? CCLVI.

L. Facta, §. ſub conditione, num. 2 ff. ad Trebell.

R. Quòd aut loquimur in cõditione
- Caſuali: *& tunc dicitur ut in l. ſed & ſi alio, ff ad Trebell.*
- Poteſtatiua: *et tũc aut illa conditio eſt*
  - Turpis: *& tunc non debet impleri, ſed remittitur Bartol. in l. facta, §. ſi ſub conditione, num. 2. ff. ad Trebell.*
  - Honeſta: *et tunc aut eſt*
    - Facilis: *& aut*
      - Momentanea: *& eam cogitur implere, ut aſcendere capitolium, l. facta in princip. ff. ad Trebell.*
      - Perpetua: *& illa remittitur, ſi eam implere non uult, d. §. ſi ſub conditione, in fine.*
    - Difficilis: *& difficultas conſiſtit in*
      - Dando: *& tunc contra difficultatem ſuccurritur: quia fideicommiſſarius cogitur, d. l. facta, §. ſi in danda.*
      - Faciendo: *& illa remittitur ad commodum fideicommiſſarij, nõ hæredis, d. §. ſi ſub conditione.*

BENEFICIO QVOD HABEO ABS TE, QVANDO POSSVM uti te inuito? CCLVII.

L. Si poſt, §. hi qui, num. 1. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab.

R. quòd aut illud beneficiũ habeo
- Ipſo iure: *et tũc aut eo uolo uti te inuito*
  - Contra te: *& non poſſum hoc facere, l. amiciſſimos, in fine, de excuſat. tut.*
  - Contra alios: *& hoc poſſum, probatur in l. 1. in fine, iuncta l ſequenti, ff. de oper. noui nunc.*
- Aliquo facto *tuo: & tunc aut quis certat*
  - De lucro *captando, quia quæritur lucrum: & hoc beneficio non poteſt uti eo inuito, l. nonnunquam, ff de legatis præſt.*
  - De uitando *damno, uel quaſi damno: & tunc aut illud beneficium mihi competebat de iure*
    - Speciali: *& eo non poſſum uti, te inuito. l. ſi iudex circumuento, ff. de min.*
    - Communi: *& eo poſſum uti etiam te inuito, l. ex perſona, ff. de fideiuſſ.*

ADOPTIO AN IMPEDIAT, VT QVIS CONTRA tabulas uenire non poſsit? CCLVIII.

L. Si in adoptionem ff. bon poſſeſſ. cont. tab.

R. quòd aut eſt datus in adoptionem
- Pater, *contra cuius teſtamentum quis uult uenire: & adoptio nihil nocet uenientibus per contra tabulas. l. 3. § ſi pater de bon. poſſeſ. contra tab.*
- Filius, *qui uult uenire contra teſtamentũ: et aut eſt datus in adoptionem*
  - In uita *eius, contra cuius teſtamentum uult uenire: & aut eſt datus in adoptionem*
    - Alicui *ex his qui ſunt in eadem familia: & non nocet adoptio, l. 3. §. ſi quis filio, ff. de bon. poſſeſ. contra tabul.*
    - Extraneo: *& aut adoptio*
      - Eſt finita *ante mortem eius, contra cuius teſtamentum uult uenire: & non nocet adoptio, l. ſi emancipatis, §. fin. ff. de bon. poſſeſ. contra tab.*
      - Nõ eſt finita: *& aut eſt*
        - Inſtitutus: *& poteſt habere contra tabulas, alio committente delictum, l non putauit, §. ſi in adoptione, ff. de bon. poſſeſ. cont. tab.*
        - Præteritus: *tunc non datur ei, contra tabulas bonorum poſſeſſio, contra teſtamentum patris naturalis, l. ſi emancipatus, §. fin. ff. de bon. poſſeſ. cont. tab.*
  - Poſt mortem: *& tunc aut*
    - Poſt petitam *contra tabulas bonorum poſſeſſionem: & non nocet ſibi adoptio, l. fin ff. unde liberi.*
    - Ante petitam *bonorum poſſeſſionem contra tabulas: & tunc aut fuit*
      - Præteritus: *& non nocet ſibi adoptio, l. 3. §. ſi emancipatus, ff. de bon. poſſeſ. contra tab.*
      - Inſtitutus: *& non nocet ſibi adoptio, l. ſi poſt in princip. ff. de bon. poſſeſ. contra tabulas.*

DONATIO FACTA FILIO A' PATRE AN ueniat in collationem

CCLIX.

L. 1. §. nec caſtrenſe, num. 11. ff. de collat. bon.

R. quòd aut pater dat

- Ob cauſam *aliquam, ad quam pater tenebatur: & poterit cogi, ut propter dotem, & donationem propter nuptias: & iſtud ſine dubio confertur, ff. de collat. dotis per totum.*
- Ex cauſa *militiæ: & tunc uenit in collationem, ſecundum diſtinctionem de qua per* Bartolum *in l. 1. §. nec caſtrenſe, nu. 11. ff. de collat. dotis.*
- Propter merita *præcedentia circa patrem: & tunc illa donatio ualet, cum quilibet extraneus de eo merito aliquid haberet. Auth. unde ſi parens, C. de inoffi. teſtam.*
- Vt filius *illud habeat in peculio profectitio, & confert. l. certum,* C. *famil. erciſ.*
- Occaſione *condemnationis factæ pro filio, de hoc dic ut per* Bartol. *in l. Stichus, ff. de pecul. legato.*
- Simpliciter *ſine cauſa aliqua animo donandi: & aut dat filio*
  - Emancipato, *& talis donatio uenit in collationem, ut l. uel liberis, in fine,* C. *de collat.*
  - In poteſtate, *& aut donatio à principio non ualet, ſed confirmatur, & aut confirmatur*
    - In uita *patris per emancipationem, & tunc confertur, l. ſi emancipati, C. de collat.*
    - Morte patris, *& habet uim legati, l. in donatione, C. ad l. Falcid.*
- Simpliciter, *ita quòd neſciat quo animo: & tunc aut*
  - Merita *filij præceſſerunt, & propter merita uidetur datum, l. ſi donationibus,* C. *de collat.*
  - Merita, *non præceſſerunt, & aut pater*
    - Nomine *filij emit, & ſibi tradidit: & præſumitur animus donandi, ut l. filiæ. C. famil. erciſc.*
    - Tradidit *tantum, non autem emit nomine filij, & in dubio uidetur tradidiſſe, ut habeat in peculium perfectitium, ut l. fi. ff. de pecul. legato.*
    - Emit *nomine filij tantum, non autem tradidit, & tunc uidetur emiſſe, ut habeat in peculio profectitio, d. l. fin. ff. de pecul. legato.*
    - Non emit *pro filio, nec tradidit ſibi, ſed fecit illum recipere aliquam promiſſionem, tunc an uideatur fieri animo donandi, uide* Bartol. *in l. ſi pater, in princip. ff. de donat.*

QVANDO ILLE QVI ME IMPEDIT, VEL MECVM CONCVRRIT iudicio teſtatoris à ſucceſsione excluditur: utrum ipſe me impediat, uel mihi partem faciat? CCLX.

L. 1. §. ſi pater, num. 3. ff. de coniung. cum emancip. lib.

R. Quòd aut quis me impedit

- Quia facit *deficere conditionem diſpoſitionis ex qua debebam admitti, et hoc caſu etiam priuatus iudicio defuncti me impedit, l. filium, §. cum quis, & ibi notatur, ff. de legatis. 1.*
- Quia *ius ſuccedendi habebat: & aut*
  - Actus translationis *in aliũ fit, de portione q̃ illi priuato debebatur: & actus priuationis eſt unus & idem, & me impedit ille priuatus, ſicut ſi priuatus nõ eſſet, l. 1. §. fin. ff. de aſſign. libertis.*
  - Actus priuationis *præcedit, & ille actus ſumit effectum demum hæreditate adita, & tunc aut*
    - Ego habebam *ius ſuccedendi in ſolidum ab ipſo initio, ſed ille priuatus faciebat mihi partem per concurſum: & tunc priuatus mihi non obſtabat, l. ſi quis ex his, §. ſi pater, uerſic. ſed etſi poſthumus, ff. de coniung. cum emancip. lib.*
    - Non habebam *ius ſuccedendi, uel in ſolidum non habebam. & aut uolo uenire ex alio iure quod habet originem*
      - A tempore *mortis, uel ante aditã hæreditatem: ut per bon. poſſeſ. contra tab. quæ datur liberis: uel dicẽdo nullum: & non poſſum, l. ſi quis ex his, §. ſi pater, ff. de coniung. cum emancip. lib.*
      - Poſt aditam *hæreditatem: ut per contra tab. quæ patrono datur, uel per querelam: & poſſum, ut in §. ſed noſtra, inſtit. de ſucceſſ. libert. iuncta l. illud, in principio, ff. de contra tab.*

MISSVS EX CARBONIANO AN POSSIT AGERE? CCLXI.

L. ſed ſicuti, quæ eſt l. fin. ff. de Carbon. edicto

R. Aut quis incipit agere

- Antequam *ſibi ſtatus quæſtio moueatur, & tunc poſt quam quæſtio ſtatus ſibi incipit moueri, poteſt omiſſa prima q̃ſtione Carbonianam bonorum poſſeſsionem petere: & quòd differatur quæſtio ſtatus in tempus pubertatis, non diſtincto prius an agebat petitorio uel poſſeſſorio.*
- Poſt petitam *bonorũ poſſeſsionem, & tunc aut agit contra*
  - Principalem *aduerſarium, & tunc aut agit*
    - Poſſeſſorio, *& poteſt, l. 3. §. miſſum, ff. de Carbon. edicto.*
    - Petitorio, *& aut uult agere*
      - Tanquam *Carbonianus poſſeſſor, ut illa ſummaria probatio, quæ fuit habita in Carboniano, ſibi proſit in hoc iudicio, & non poteſt, ut d. §. miſſum.*
      - Directa *petitione hæreditatis, & probare ſe filium, & tũc poteſt, ut d. §. miſſum*
  - Alios debitores: *ſeu particulares ſucceſſores: et tũc aut*
    - Non ſatiſdedit, *& non poteſt, l. ſed etſi is, §. 1. ff. de Carbon. edicto.*
    - Satiſdedit, *& aut uult agere*
      - Tanquam *hæres, & non poteſt, ne fiat præiudicium petition. hæreditatis, d. §. miſſum.*
      - Tanquam *curator datus bonis, ex uigore ſatiſdationis, & poteſt, d. l. ſed etſi is. §. 1. 2. & 3.*

BONORVM POSSESSIO QVAE DATVR CONDIONE pendente, an ſit iuris uel facti? CCLXII.

L. Aequiſsimum, §. ſi ſub conditione, ff. de bon. poſſeſſ. ſecund. tab.

R. Quòd aut eſt miſſus

- Extraneus *ſub conditione & aut eſt talis*
  - Qui nullo *modo erat ab inteſtato ſucceſſurus, & tunc iſta bonorum poſſeſsio, quæ ei datur, eſt facti, & tribuit ſibi hoc ſolũ, ut exiſtente conditione non habeat neceſſe de nouo petere, item tribuit hoc, quòd miſſus in poſſeſsione, poterit exercere omnia tanquam curator datus bonis.*
  - Qui ueniret *ab inteſtato, & ſuccederet per unde legitimi, uel unde cognati, & tunc eſt iuris, & aduenıente conditione bonorum poſſeſsio ſecundum tabulas conuertetur in illam quæ ſibi competeret, l. ſi conditione, ff. de Carbon. edicto, & dicitur iuris, quia in omnem euentum tribuit ius.*

*

Filius:

* Filius: et tũ: aut ſub conditione
- Poteſtatiua, & eſt facti, & non poteſt conuerti in unde legitimi, quia eſt quod ſibi imputetur, cum cõditionem non impleuerit.
- Caſuali uel mixta, & aut in defectum conditionis
  - Non fuit exhæredatus, & habet bonorum poſſeßionem quæ eſt iuris, & ideo in omnem euentum ius tribuit.
  - Fuit exhæredatus, et tunc aut
    - Non ritè: & tribuit ius, & perinde eſt ac ſi exhæredatus non erat, l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bon. poßeß. ſecund. tabul.
    - Ritè, & tunc dic ut per Bartol. in l. æquisſißimum, in fin. ff. de bon. poſſeſ. ſecund. tabul.

SI QVIS DICAT, EGO CREDO QVO'D VOLO REPVDIARE: an ex hoc uideatur repudiare hæreditatem? CCLXIII.

L. Filii mater, ff. ad Tertyll.

R. quod quandoq; quis
- Expreſse' dicit, ego repudio, & tunc uidetur repudiare ſine dubio, idem ſi dicat, nolo eſſe hæres.
- Loquitur dubitatiue, ut, nõ credo mihi expedire, uel credo hæreditatem eſſe periculoſam, & tunc aut dicit iſta uerba
  - Poſt tempus petitum ad deliberandum, & uidetur repudiare, l. ſed etſi alio, §. 1. ff. ad Trebell.
  - Ante petitum tempus ad deliberandum, & tunc per curſum trium menſiũ ſequentium uidetur repudiare, l. ſcimus, §. ſimulique modo, C. de iur. delib.
- Nihil dicit & tunc ſiquidem
  - Non eſt datum tempus ad deliberandum, & poteſt adire perpetuò, l. licet, C. de iure delib. ſed ſi decederet intra annum, tantum tranſmittit ius deliberandi, l. cum antiquioribus, C. de iure deliber.
  - Eſt ſtatutum tempus ad deliberãdũ, & tũc aut ad petitionem
    - Filii, & tunc dic ut in l. ſcimus, C. de inoff. teſtam.
    - Creditorũ, & tũc, poſt tẽpus uidetur adire, l. ſcimus, §. pen. C. de iure delib.
    - Subſtituti, & tunc uidetur repudiare, l. quandiu, & ibi notatur, ff. de acquir. hæred.

DISTINCTIONES BARTOLI SVPER FF. NOVO.

SIGNVM VNIVERSALE AN ET QVANDO RECIPIAT limitationem? CCLXIIII.

L. 1. §. nunciatio ff. de noui op. nunc.

R. Aut illud ſignum refertur ad uerbum
- Temporis præteriti uel præſentis, & recipit limitationem, ut intelligantur omnes ſcilicet de hoc tractantes, uel qui inter fuerunt, l. inter omnes, ff. qui ſatiſd. cog. l. ſic etiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. cum ſimilibus.
- Temporis futuri, & tunc aut loquimur in diſpoſitione quæ continet
  - Noui actus conceſsionem: & tunc aut conceſsio concernit
    - Publicam utilitatem, et tunc non recipit limitationem de habilitate, l. ſi quis in graui, §. utrum, ff. ad Syllan.
    - Priuatam utilitatem, & tunc ſignum uniuerſale recipit limitationem ab habilitate, l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ. l. ut gradatim, §. 1. ff. de mun. & hon.
  - Iam cõceſsi extẽſionem, & aut illa dictio uniuerſalis ponitur
    - Declaratiuè, & recipit limitationem, l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.
    - Extenſiue', & non recipit limitationem, l. 1. §. nunciatio, ff. de noui op. nunc. quia indiſtinctè omnibus nunciatio fieri poteſt.

¶Non caret autem reprehenſione hæc diſtinctio, quo ad primum membrum ſecundi membri principalis, ut hoc per Apoſtill. ad Bartol.

AN ET QVANDO COMPETVNT DVO auxilia, unum tollat aliud?

CCLXV.

L. In prouincialib. §.ſi in loco communi, de noui op. nunciat.

R. Aut ſunt duo auxilia

- Ordinaria: *& dicitur ut in l. quod in hæredem, §. eligere. ff. de tribut. l. nemo ex his, § quoties, ff. de reg. iur.*
- Extra ordinaria, *& tūc aut competūt*
  - Ad diuerſa, *& tunc non tollitur nec electione, nec origine, l. qui bona, §. ſi quis opus, ff. de dam. infecto.*
  - Ad idem, *et tunc aut*
    - Vnum *eſt famoſum, & tunc tollitur per aliud non famoſum, l. 1. §. prætor ait, ff. de dolo.*
    - Nullum *eſt famoſum, & tunc aut*
      - Vnum *extraordinarium ſuccedit in locum ordinarij, et tunc tollitur aliud merè extraordinarium, l. in prouinciali, §. ſi in loco communi, ff. de noui op. nunc.*
      - Vtrunque *merè extraordinarium, & unum per aliud non tollitor, l. quemadmodum, §. magiſtratus, ff. ad l. Aquil.*
- Vnum ordi*narium, aliud extraordinarium, & aut extraordinarium eſt inuētum cauſa*
  - Iuuandi *ius commune, & tunc ardinarium non tollit extraordinariam, l. 1. §. dixerit aliquis, ff. de publiciā.*
  - Supplen*di ius ciuile, & aut auxilium ordinariū eſt*
    - Facti, *& non tollit extraordinarium, l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de noui op. nunciat.*
    - Iuris: *& aut*
      - Vnum generale, *aliud ſpeciale, & non tollitur extraordinarium pro ordinarium, l. ſi legatarius, ff. de dolo.*
      - vtrunq; *ſpeciale, & aut extraordinarium*
        - Eſt famoſum, *& indiſtinctè tollitur per ordinarium, d. l. ſi legatarius, ff. de dolo.*
        - Non eſt *famoſū: & tūc aut:*
          - Auxilium *extraordinarium eſt mihi utilius, quàm ordinarium, quia fortè requirūtur faciliores probationes, & non tollitur per ordinarium, l. etſi fortè, §. 1. ff. ſi ſeruit. uindic.*
          - Vtrunque *æqualiter utile, & aut utile ordinarium*
            - Competit *per quandam conſequentiam ad id, ad quod competit extraordinarium, & unum non tollitur per aliud, l. de pupillo, §. meminiſſe, ff. de noui op. nunciat.*
            - Cōpetit *directò ad id, ad quod competit extraordinarium, et aut illa remedia competunt contra*
              - Eundem, *& unum tollit aliud, l. in cauſa, ff. de min.*
              - Diuerſos, *et aut ſumūt originē à negotio*
                - Voluntario: *& tollitur extraordinarium.*
                - Neceſſario: *& non tollutur.*

L. De

ABSOLVENDO A' PLVRIBVS, AN REQVIRANTVR PLVRES abſolutiones? CCLXVI.

L. De pupillo, §. ſi in plurib. locis, ff. de noui oper. nunciat.

R. quòd aut petit abſolutionem à

- Iudice *ex mera iuſticia propter aliquam cauſam, & tunc una abſolutio generalis non porrigitur, niſi ad cauſas expreſſas in petitione & proſecutione, l. licet, C. de iudicijs, l. de rebus. ff. de arbit.*
- Principe *uel à populo, ex mera gratia: et tunc aut petit abſolutionem*
  - Simpliciter *& generaliter, non expreſſis pluribus cauſis, & tunc, ſiquidem fieret abſolutio generalis, illa ſufficit, & porrigitur ad omnes cauſas, quia princeps uel populus præſumitur hoc feciſſe ex certa ſcientia, l. 1. aliâs fin. C. de generali, abolit.*
  - Exprimendo *aliquas cauſas, adiecta cauſa generali, & tunc aut fuit tacita aliqua cauſa*
    - Grauior, *& tunc eſt uerisimile, concedentem ſi ſciuiſſet, non conceſſurum, & ideò nulla erit, l. præſcriptione, C. ſi contra ius uel util. publ.*
    - Minor, *& tunc ſufficit abſolutio generalis, ita præſupponit Bartol. in l. de pupillo, §. ſi in pluribus locis, ff. de noui op. nunciat.*
- Parte, *in caſu quo poteſt, et tunc aut abſolutio fit*
  - Ex cauſa *tranſactionis, & tunc abſolutio extenditur tantum ad ea, de quibus eſt lis, l. ſi de certa, C. de tranſact.*
  - Ex cauſa *alia, tunc ſine dubio ſufficit aliqua abſolutio generalis, l. emptor, §. Lucius, ff. de pactis.*

PROCVRATOR REI AN ET QVANDO DE RATO CAVEAT? CCLXVII.

L. De pupillo, §. remiſſionē, ff. de noui op. nunc.

R. Aut quis defendit reū ſuper eo, ſuper quo

- Nulla cadit *executio, reo non conſentiente, & tunc tenetur procurator cauere de rato, l. non ſolum, §. ſi ſtatus, & §. ſeq. & §. fin. ff. de procurat.*
- Poteſt fieri *executio, reo non conſentiente, & tunc aut loquimur ac*
  - Iudicio, *ubi de ſuſpecto tutore agitur, & tunc procurator rei tenetur cauere de rato, ratio eſt, quia per cautionem iudicatum ſolui non eſt cautum actori, l. tutore, & ibi de hoc Bart. ff. rem rat. hab.*
  - Alio iudicio, *& tunc aut*
    - Facta executione *procurator liberatur à cautione, etiam iudicatum ſoluendo, etiam reo ueniente contrà, & tunc debet cauere de rato, quia per ſatiſdationem iudicatum ſolui actori non eſt conſultum, ut in rei uendicatione, l. Pomponius, § ſed & is. & l. uel in opus, ff. de procurat.*
    - Per executionem *non liberatur procurator à ſtipulatione, ſcilicet iudicatum ſolui, ut in actionibus perſonalibus, & tunc non tenetur cauere de rato, l. non ſolum. §. qui alieno, & §. ſeq. ff. de procurat. & ita loquitur Gloſſa in d. l. Pomponius, §. ſed & is, ff. de procurat.*

AN ET QVANDO PROCVRATOR INTERVENIENS IN interdicto de noui operis nunciatione teneatur cauere de rato? CCLXVIII.

L. De pupillo. §. ſi procurator ff. de noui ope. nunc.

R. quòd aut ille interuenit de pacto eius

- Qui nunciat, *& aut ille interuenit*
  - Ad nunciationem *faciendam, & de rato cauere debet, ſi de mandato dubitatur, l. de pupillo, §. qui procuratorio ff. de noui op nunc.*
  - Ad remiſſionem *præſtandam, & debet cauere de rato, ſi de mandato dubitatur, l. cū procurator. §. fin. ff. de noui op. nunciat.*
  - Ad petendam *demolitionem operis facti, contempta nunciatione, & etiam tenetur ſatiſdare ex regula generali, C. de procurat. l. 1.*
  - Ad defenſionem *domini in interdicto, ne uis fiat ei, & tunc non debet cauere de rato, ſed de iudicatum ſoluendo, l. de pupillo, §. ſi procurator, ff. de noui op. nunc.*
  - Vnus *& idem procurator ad hæc omnia facienda, & tunc facta fide de mandato in primo actu nūciationis uel actu remiſſionis, non eſt neceſſaria ſatiſdatio de rato, l. cum procurator in princip. ff. de noui op. nunciat. eodem modo non eſt neceſſarium mandatum in interdicto, ne uis fiat ei, quia per conſequētiam uidetur habere, ita notatur in d. l. de pupillo, §. ſi procurator, ff. de noui op. nunc.*
- *

* Ad ædificandum, & non debet cauere, cum ſibi nunciatur quod cuilibet etiam fabro ibi exiſtenti non poteſt fieri, d.l. de pupillo, § nunciationem.

Cui núciatur, & aut interuenit

- Ad petendam remiſſionem, & non cauet de rato, quia eſt procurator rei d.l. de pupillo, § remiſſionem.
- Ad agendũ interdicto, ne uis fiat ei, & tunc aut eſt procurator.
  - Qui habebat mandatum, cum ſibi nunciaretur, et non ſatiſdat de rato, l. nõ cogendum, § fin ff. de procurat.
  - Alius, & tunc ſi de mandato dubitatur, cogitur, ſatiſdare de rato ex clauſula generali l. 1. C. de procurat.
- Ad defendendum dominum in hoc interdicto demolitorio, & tunc ſi defendit patiendo agentem ingredi in poſſeſſionem, & debet cauere iudicatum ſolui, & de rato, l. Pomponius, § ſed et is, ff. de procurat.

PROTETSATIO DECLARATORIA VOLVNTATIS CVI DEBEAT FIERI CCLXIX.

L. Non ſolum, § morte, ff. de noui op nunciat.

R. quòd proteſtatio aut fit circa id quod

- Conſiſtit in mea uoluntate libera, & poteſtate, & tunc aut per hãc proteſtationem
  - Tantum me exonero, & neminem grauo, & ſufficit ubicunque fieri, nec alterius quàm teſtium præſentia requiritur. l. at ſi quis, § plerique, ff. de releg. & ſumpt. fun.
  - Alius caderet in captionem, qui alias ſibi prouideret, ſi ſciret, et aut illud a quo me exonero, pendet
    - Eſt aliquo facto meo præcedente, & tunc aut ille qui oneratur
      - Ex certus, & tunc proteſtatio debet illi fieri, uel ſibi notificari, l. ſi mandaſſem, ff. mandati.
      - Eſt incertus, & ſufficit proteſtationem publicè fieri, l. ſed & pupillus, § proſcribere, ff. de inſtitoria.
    - Ex diſpoſitione legali, & tunc præſentia aduerſarij non requiritur l. honores, § fin. ff. de decurionibus.
- In mea & alterius uoluntate conſiſtit, & tunc proteſtatio ſemper debet fieri parti, l. codicillis, § 1. de legatis 2. an autem & quando partis conſenſus requiratur, uide per Bartol. in l. non ſolum. § morte. ff. de no. op. nunc.
- Pendet ex mea poteſtate & uoluntate de iure, ſed deficit poteſtas de facto, & tunc aut impedior
  - Propter aduerſarii potentiam, et aut actus eſt explicandus coram eo tanquam coram
    - Iudice, et ſufficit proteſtari coram uicinis, l. fin. C. de his qui met. iud. non appel.
    - Parte & tũc aut
      - In iudicio, & debet fieri coram iudice, & per eum illi notificari, l. ſi præſes, C. de epiſcop. audient.
      - Extra iudicium, & ſufficit proteſtari coram uicinis, l. de pupillo, § ſi quis ipſi prætori, ff. de noui op. nunc.
  - Propter alterius abſentiã & aut actus eſt explicãdus coram eo, tanquam coram
    - Parte, & ſufficit proteſtari coram iudice, aliàs ad ſui domicilium, l. ut perfectus, C. de annali exceptione.
    - Iudice, & debeo proteſtari ante tribunal eius, l. 1. § adeundi. ff. quand. appell. fit.
- Pendet ex uolũtate mea, & poteſtate de facto, nõ de iure, & aut uult quis facere proteſtationem ad ſui excuſationem, ne incidat
  - In delictum, & tunc aut perſona quæ ex illo facto poſſet cedi, eſt
    - Incerta, & ſufficit quòd proteſtatio fiat loco & tempore, quo factum illud celebratur, l. qui foueas; & l. ſi putator, ff. ad l. Aquil.
    - Certa, & debet fieri iſti perſonæ, l. aut qui aliter, ff. quod ui aut clàm.
  - In maius delictum ultra propoſitum, & tunc aut factum per annum
    - Non modificatur, & tunc proteſtatio nil operatur, l. qui nulla, C. ad l. Iul. de ui.
    - Modificatur, & tunc non requiritur præſentia partis, Bart. in d.l. non ſolum, § morte, ff. de noui op. nunciat.
- Pendet nec ex mea uoluntate, nec poteſtate, tunc cuicunque fiat proteſtatio, nil operatur, l. alimenta, C. de neg. geſt.

QVIS SIT EFFECTVS PROTESTATIONIS INHIBITORIÆ uel prohibitoriæ?

CCLXX.

D.l.Non ſolùm.§.morte.nu.33.cum ſeq.

R. Aut prohibetur

- **Vt non fiat** *quod prohibitus tenebatur facere: & aut iſtam proteſtationem facit*
  - **Ille cui** *quis eſt obligatus: & tunc ex mora debitoris, ſi præceſſerat, purgatur, uel creditor in mora conſtituitur. l.mora ff.de uſur. & de hoc alibi per Bartol.*
  - **Alius quã** *creditor: & tunc aut fit ex aliqua cauſa*
    - **Non iuſta:** *& nullius eſt effectus. l.ſi quis prohibuit. ff.de Publician.*
    - **Iuſta:** *et aut illa cauſa eſt*
      - **Nec uera,** *nec ueriſimilis: & tunc non eſt ei parendum. l.hæc autem. in prin. ff.ſi cui plus quàm. per. leg. Falcid.*
      - **Licet non uera,** *tamen ueriſimilis: & aut prohibetur dari uel fieri debitum*
        - **Ex ultima** *uoluntate: & tunc iſta proteſtatio habet effectum, ut ab eo cui ſoluitur, debeatur exigi cautio. l.fin. C.de petit. hæred.*
        - **Ex contractu:** *& non habet effectum, quo ad impediẽdũ ius cõpetẽs ei cui debebatur. l.fin. C.de petit hæred. et tenetur ꝓteſtans ei cui fecit proteſtationẽ, ad intereſſe. l.1 ff.de eo ꝑ quẽ fact.*
      - **Iuſta** *& uera: & tunc ſi ueritas iſtius cauſæ oſtenditur debitori, cui fit proteſtatio, debet illi proteſtationi parere. l.nomen. C.quæ res pig. oblig. poſſ.*
      - **Vera,** *ſed ueritas non oſtenditur debitori: & aut proteſtatio fit*
        - **Auctoritate iudicis:** *& debet quis proteſtationi parere, & excuſatur. l. fin. C.de lege commiſſ.*
        - **A' priuato:** *& aut id quod prohibetur principaliter proteſtantem*
          - **Reſpicit:** *et debet parere proteſtationi l. ſi fideiuſſor. in princ. ff.mandati.*
          - **Non reſpicit:** *tunc nõ tenetur parere ei, nec ſibi credere qa requiritur certioratio. l. fin. ff.quod fal. tutor.*
- **Vt non fiat** *id quod prohibitus tenebatur non facere: & aut prohibitus*
  - **Nullam iuſtam** *cauſam habet credendi, ſe poſſe facere: & tunc ſufficit ſimplex prohibitio, nec requiritur cauſa, quoniam cauſam habet in ſe ipſa, & poteſt fieri à quocunque. l. prohibere. in pr. ff. quod ui aut clàm. Et habet effectum, quod ante prohibitionem dicitur factum clàm, poſt prohibitionem dicitur factum ui. l.1 §. quid ſit. ff quod ui aut clàm.*
  - **Habebat** *cauſam præcedentem: & non tenetur credere, niſi cauſa proteſtationis notificetur, oſtendendo inſtrumentum.*
- **Id quod** *prohibito eſt permiſſum, non tamen eſt obligatus ad faciendum uel nõ: & aut prohibetur tale, quod ſola uoluntate prohibentis*
  - **Fit illicitum:** *& tunc ſufficit ſecunda prohibitio, ſine alicuius cauſæ expreſſione. l fin. de neg. geſtis.*
  - **Non fit illicitum:** *& aut prohibitum eſt illi quod proteſtationi parere*
    - **Non poteſt,** *ſalua honeſtate ſua: et talis proteſtatio nihil operatur. l. Quintus. ff.mandati.*
    - **Poterat ſalua** *honeſtate ſua: & tunc aut proteſtationi*
      - **Nulla iuſta** *cauſa inſeritur: et proteſtatio nullius eſt effectus. l.ſi maior. C.de reſcind. uendit.*
      - **Inſeritur** *cauſa: & aut eſt cauſa de*
        - **Futuro,** *pendens ex facto proteſtantis: & tunc proteſtatio eſt ualida. l.denunciaſſe. §.1. ff.de adulter.*
        - **Præterito:** *& aut denuncians eſt*
          - **Cuius nõ** *principaliter intereſt: et proteſtatio eſt nullius effectus.*
          - **Cuius** *principaliter intereſt: & dic ut Bartolus ulterius diſtinguit, nu.43. in fin*

D.l.Non,

QVIS SIT EFFECTVS PROTESTATIONIS INCITATORIAE? CCLXXI.

D.l. Non ſolùm, §. morte, nu. 46. cum ſeq. de no. op. nunciat.

- R. Aut quis incitatur ad id, ad quod de iure
  - Erat obligatus: *et tūc aut erat obligatus*
    - Facto alieno: *tunc talis proteſtatio debet fieri cum cauſæ expreßione: & notificatione, taliter quòd reddatur certus oſtendendo inſtrumentum, uel copiam dimittendo, ut c. cauſam, de elect.*
    - Facto ſuo: *& tunc aut obligatio com mutuur*
      - Ex euentu *alicuius conditionis, uel alterius facti extrinſeci: & debet fieri proteſtatio cum expreßione & notificatione illius, ita quòd ille cui fit proteſtatio, cum expreßione reddatur certus.*
      - Mere, & pure: *& tunc ſufficeret mera proteſtatio, ut factum impleat, ſeu det: aliàs conſtitueretur in mora, l. quod te, ff. ſi cert. pet. dum tamen fiat loco & tempore congruo, prout ſingula illa per Bartol. hic copiosè explicantur.*
  - Nō erat obligatus: *et tunc aut ille qui nō eſt obligatus*
    - Habet alium *ſibi obligatum: & poteſt fieri proteſtatio, & habet effectum ut dicatur creditor in mora conſtitutus, l. ratio, aliàs datio, §. ſi per uenditorem, ff. de action. empti.*
    - Non habet aliū *obligatum & aut ad id*
      - Poterat *compelli officio iudicis: & debet illa proteſtatio fieri in iudicio, aliàs non habere effectum, l. cum poſtulaſſem, in princip. ff. de dam. infecto.*
      - Non poterat cō pelli: *& tunc aut quis proteſtatur*
        - Ad ſuum *commodum tantum, & ad eius excuſationem, non tamen ad damnum uel incommodum eius cui fit talis proteſtatio: & poteſt fieri, & habet effectum, l. 1. §. inſpiciendo, ff. de uentre inſpic.*
        - Ad dānum *eius cui fit proteſtatio: & aut quis ad id tenebatur*
          - Nec expreſſè, *nec cauſatiuè: & tunc talis proteſtatio nullius eſt effectus, l. ſi fideiuſſor creditori, ff. de fideiußor.*
          - Licet non *expreßè, tamen cauſatiuè: & aut pendet ex diſpoſitione*
            - Contrahentium: *& talis proteſtatio nihil releuaret, ſed debet expectari donec deſinat poſſe dari uel fieri, l. ita ſtipulatus, ff. de uerb. oblig.*
            - Legis: *& poteſt fieri proteſtatio, cui ſi non paruerit, incidit in legem: ut in matre, quæ filio pupillo tutores petere debet.*
            - Teſtatoris: *& aut fit, ut is cui fit*
              - Incurat *damnum. ſi proteſtationi non paruerit: & poteſt fieri cum effectu, l. ſi pœna, ff. quand. dies leg. ced.*
              - Perdat *lucrum: & aut illud lucrum eſt per modū*
                - Fideicōmiſſi *uel legati: & poteſt fieri, ut eo non parente proteſtationi, perdat lucrum, ut l. hæc conditio ſi Capitolium, ff. de cōdit. & demonſt.*
                - Hæreditatis: *& nō poteſt fieri niſi iudicis autoritate, ut l. ſi quis inſtituatur, §. 1. & ibi notatur, de hæred. inſtit.*
  - Non faciendum *tenebatur, hoc eſt ut delinquat: et iſto caſu talis incitator tenetur ut mādator, l. 1. §. incidit, ff. ad Sc. Tur.*

AD PRIMVM DECRETVM QVALITER PROCEDATVR contra contumacem in non defendendo, cum agitur pro ſeruitute? CCLXXII.

L.Si prius, nu.9.ff.de noui op.nunc.

R. Aut agitur
- Perſonali pro ſeruitute conſtituenda: & tunc aut reus
  - Latitat: et fit miſſio in poſſeſſionẽ omniũ bonorũ, l. Fulcinius, §. Celſus, & §. item uideamus, ff. ex quibus cauſis in poſſ. eatur.
  - Non latitat: & tunc mittitur tantum in quaſi poſſeſſionem iuris petiti, ſicut ſi ageretur actione perſonali ad certam ſpeciem, l. is cuius, ff. ſi ſeruitus uindic.
- Reali pro ſeruitute conſtituta: & tũc aut agit
  - Pro ſeruitute, & etiam intereſſe prohibitionis prætendit: & fit miſſio in quaſi poſſeſſionem iuris petiti. & etiam in omnibus bonis, d. l. is cuius, ff. ſi ſer. uind. hodie uerò pro menſura debiti declarati, Gloſſ. in uerbo auditur, §. ſin autem reus, l. properandum, ff. de iudicijs, auth. ei qui, C. de bonis aut. iud poſsid.
  - Pro ſeruitute tãtũ: et tunc aut reus
    - Nõ latitat: & aut actor
      - Erat in quaſi poſſeſſione iuris petiti: & primum decretum erit quòd iudex reum iubeat cauere, l. ſi prius, ſecundum quod legit Dynus, ut dicit ibidem Bartol. de noui oper. nunc.
      - Non erat in quaſi poſſeſſione: & aut ad conſtituendum actorem in dicta quaſi poſſeſſione
        - Requiritur aliqua ædificatio uel demolitio in loco ſeruiente: & mittetur in poſſeſſionem rei quæ dicitur ſeruitutem debere. l. à quo fundus, ff. de dam. infecto.
        - Non requiritur ædificatio: & fit miſſio in quaſi poſſeſſionem iuris petiti, iubendo reum cauere, Bartol. in l. ſi prius, ff. de noui oper. nunc.
    - Latitat: & fit miſſio in omnibus bonis. argumento d. l. Fulcinius, §. Celſus, ſicut in alijs realibus.

QVALITER SVCCVRATVR REO, SI ACTOR SECVNDVM ſuperiorem diſtinctionem ſit miſſus in poſſeſsionem? CCLXXIII.

D.l.ſi prius.nu.10.de noui op.nunc.

R. Quòd aut actor agebat
- Perſonali: & quandocunq; rediens ante interpoſitionem ſecundi decreti auditur, l. cum proponas, iuncta auth. ei qui, C. de bon. auth. iud. poſſ.
- Reali: et tũc aut actor
  - Erat in quaſi poſſeſſione iuris petiti: & tunc reo non ſuccurritur, niſi in proprietate.
  - Non erat in quaſi poſſeſſione iuris petiti: & tunc aut reus fuit contumax
    - Poſt litem conteſtatam, uel quaſi: & non auditur, niſi de proprietate, l. 2. in fine, C. ubi in rem actio.
    - Ante litem conteſtatam, uel quaſi: & aut quæritur an audiatur de
      - Poſſeſsione: & auditur intra annum
      - Proprietate: & auditur etiam poſt annum, l. ſi quis emptionis, § ſed ſi quis, C. de præſcript. 30. annorum.

AN POSSESSIO VEL QVASI POSSESSIO ALICVIVS STATVS ſeu qualitatis, transferat onus probandi in contradicentem? CCLXXIIII.

D.l.Si pri°, num. 18.

R. Aut talis ſtatus

- Ineſt, & eſt aptus ineſſe ab origine rei: & transfert onus probandi in eum qui contradicit, l.liberis, circa finem, ff.de liberali cauſa.
- Non ineſt, nec eſt aptus ineſſe ab origine rei: et tūc aut ſtatus uel qualitas naturalis & originalis rei
  - Non concordat de neceßitate, ſeu eſt apta non concordare cum intentione contradicenti s: e t tūc idem quod transfertur onus probandi in eum qui contradicit, l.circa, ff.de probat.
  - Cōcordat cum intentione cōtradicentis: & tūc aut talis ſtat° ſeu qualitas
    - Diuiditur in petitorum & poſſeſſorium, ita quòd poſſeßio poteſt eſſe ſeparata ab ipſa ueritate & proprietate: & tunc non transfert onus probandi in contradicentem totaliter, ut in ſeruitutibus realibus, l.ſicuti, §.ſed ſi quæratur, ff ſi ſeruitus uindicetur.
    - Eſt talis quòd proprietas non ſeparatur à poſſeßione: & tunc talis poſſeßio transfert onus probandi in eum qui contradicit, c.ſemel.de reg.iur.in 6.

SVPER IVRE MERE PERSONALI SI AGATVR, QVALITER contra contumacem interponatur decretum? CCLXXV.

D.l.Si pri°, num. 27.

R. Aut agitur actione

- Perſonali: ut quia ſeruus dicebat hæredem grauatum, ut eum manumittat, uel alio modo: & tunc ſi ille à quo petitur, latitat, & cauſa cognita iudex decernit ei libertatem, & illum priuat omni iure patronatus, l.cum uerò. §. ſubuentum, ff.de fideicom. libert. & hoc caſo non interponitur ſecundum decretum, quia primum habet uim perfectionis in continenti.
- Reali: & tunc aut ille qui conuenitur, eſt contumax
  - Ab initio: & interponitur primum decretum, transferendo onus probandi de uno in alium, & interponendo cautionem, per quam transfertur poſſeßio iuris petiti.
  - Poſt præſtitam ſatiſdationem, uel cautionem de lite proſequenda: & tunc ſiquidem citatus per annum fuerit contumax, iudex pronunciabit ſubijciendo contumacem ſeruituti, uel actorem in perfectam libertatem ponendo, ſecundum intentionem agentis, l.1.§.finali, C.de aſſert.toll.
  - Poſt litem conteſtatam: & tunc actor habet duplicem uiam, uel quòd intentet remedium, d. l. 1. de aſſert.toll. uel quòd exerceat litem ſecundum formam l.iuri.§.1.ff.de lib. cauſa, unum enim remedium non tollit alterum, l.quoties, ff.de actio. & obligat.

VNAM INTERLOCVTORIAM SI DEDIT IVDEX, POSTEA dedit aliam ex qua quæritur ius parti à qua eſt appellandum? CCLXXVI.

L.Cū procurator.§. ſi domin°, nu.5.ff.de noui op. nunc.

R. Aut interlocutoria

- Non poteſt reuocari: tunc ſicuti duæ definitiuæ, ita illæ duæ non poſſunt fieri ſuper eadem, l.1. C.quando prouoc. non eſt neceſſ. & tunc ualet prima, non ſecunda.
- Poteſt reuocari: & tunc aut
  - Conſtat quòd ſecunda eſt lata animo recedendi à prima: & ualet ſecunda, l. ſi quèm de reſcind. uend. iuncta l.quod iuſsit, ff.de re iudicata.
  - Dubitatur quo animo fuerit lata ſecundæ: & tūc aut ſecunda
    - Eſt contraria primæ: & tunc uidetur receſſum à prima, l.ſi opus, ff. de noui op. nunc.
    - Diuerſa à prima: & idem quod uidetur receſſum à prima, l.pen. ff. de prætor. ſtipulat.
    - Eadē eſt cū prima: & aut prima eſt talis, quæ
      - Statim trahit ſecum executionem, ut ſi pronunciat aliquos articulos non eſſe admittendos: & tunc ſecunda eſt nulla, l.apud Aufidiū, ff.de opt.legata.
      - Non ſtatim ſecum trahit executionem: & ualet utraque, & ex utraque debetur idem, l.ſi quis ante cum Gloſſa, ff.de acquir. poſſeſſ.

LEX PROHIBENS SI VLTRA' PROCEDAT, POENAM imponendo, an actus remaneat ualidus? CCLXXVII.

L. Prætor ait, in princip. num. 3. ff. de noui op. nunc.

- R. Aut de mente legis eſt
  - Certum & ſtamus certo, ſcilicet ſi lex diſponat, quòd actus non ualeat, & ualeat, & tamen pœna imponatur, l. iubemus, C. de ſacroſ. l. 1. C. de ſepulch. uiolato.
  - Dubium: & tunc aut pœna quæ apponitur
    - Reſpicit annullationem ipſius actus: & tunc actus etiam annullatur, l. ſi remunerandi, §. rei turpis, ff. mandati, l. pacta quæ contra, C. de pactis.
    - Eſt pœna extrinſeca: & tunc aut pœna
      - Non eſſet pœna, actu inualido remanente: & tunc actus remanet ualidus, l. ultima, ff. de diuortijs.
      - Poteſt eſſe pœna etiam actu nullo: & tunc aut nullitas actus reſpicit præiudicium
        - Eius cui pœna tantum imponitur: & tunc actus eſt nullus, l. 1. ff. de his quæ pro non ſcriptis hab.
        - Alterius: & tunc actus non eſt nullus, l. filius, §. finali, ff. de falſis.

IVDEX AN TENEATVR OFFICIVM SVVM INTERPONERE non petitum? CCLXXVIII.

L. Dies cautioni, §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infecto.

- R. Aut officium reſpicit
  - Principaliter publicam utilitatem: & tenetur interponere officium ſuum non petitum, l. congruit, ff. de off. præſidis.
  - Vtilitatẽ priuatam: & aut reſpicit
    - Reuerentiam alterius iudicis: & tenetur interponere officium ſuum non petitum, l. eos, in fine, & l. iudicib. de appellat.
    - Solùm partis utilitatem: & aut reſpicit
      - Miſerabiles perſonas, et actum pium & tunc aut iudex
        - Non poteſt prætendere probabilem ignorantiam: & tenetur interponere officium ſuum non petitum, l. ſancimus. §. 1. C. de adminiſt. tut.
        - Poteſt prætendere porbabilem ignorantiam: & non tenetur interponere officium, niſi petitum, l. 1. §. magiſtratibus, ff. de magiſt. conuen.
      - Non miſerabiles perſonas, uel actum pium: & non tenetur ſuum officium interponere niſi petitum, l. dies cautioni, §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infecto.

L.Dies cautioni,§.hoc autem iudicium,num 3.ff.de damn.infecto.

R. Aut interponit officium ſuum
- Nobile: & aut tale officium reſpicit
  - Publicam utilitatem: & ualet in omnibus caſibus, in quibus poteſt procedi per inquiſitionem, l. 2. §. ſi publico, ff. de adulterijs.
  - Non publicã utilitatem: & tunc aut ad certam perſonam illud officium
    - Dirigitur, ita quòd inde ſperatur ſequi certa ſententia: & tunc non ualet, ſi non petatur, c. iudicis officium, extra de officio iudicis.
    - Nõ dirigitur, nec ſententia certa inde ſperatur: & tunc aut officium in
      - Dãdo adminiſtratorem miſerabilibus perſonis: & tunc aut loquimur
        - In furioſo & prodigo: & poteſt dare adminiſtratorem etſi non petatur, l. Fulcinius, §. adeò, ff. ex quibus cauſis in poſſ. eatur.
        - In pupillo uel adulto: & dicitur ut per Bartol. in l. qui habet, §. ſi pupillus, ff. de tutel.
      - Alio commodo: & tunc poteſt interponere officium non petitum, l. ſeruus, in princip. ff de bon. poſſ. non tamen habet effectum niſi ſecuta ratihabitione partis ad cuius utilitatem interponitur, l. 3. §. inuito ff. de bon. poſſeſſ.
- Mercenariũ: & illud officium quando conſiſtit in ijs, quæ radicantur principaliter in perſona
  - Ipſius iudicis: & aut illud officium exercetur
    - Contra contumacem: & non ualet niſi parte petente, l. properandum, §. & ſi quidem, C. de iudicijs.
    - Partib. præſentibus: & aut pertinet ad litis
      - Ordinationem: & tũc aut reſpicit
        - Iuris publici obſeruantiam: ut in libellis, dilationibus, iuramento calumniæ: & ualet etiam parte petente, l. 1. de offic. aſſeſſ.
        - Partis utilitatem: & non ualet parte non petente, l. iam tamen, §. pen. ff. iudicat. ſolui.
      - Deciſionem: et aut loquimur in emergentib. lite
        - Nondum conteſtata: & non ualet, niſi petatur.
        - Iam conteſtata: & ualet, etiamſi non petatur, l. ædiles, §. item ſciendum, ff. de ædilic edicto.
  - Partis: et aut uult exercere officium in ijs quæ pertinẽt ad
    - Tuendam publicam utilitatem, uel ſuum decorem: & poteſt, l. quos probibet, ff. de poſtul.
    - Priuatum commodum: & tunc aut
      - Vult inducere probationem interrogando partes, uel reuellendo teſtes, aliàs in iudicio inductos: & poteſt, l. ubicunque, ff. de interrogat. act.
      - Vult inducere teſtes, et inſtrumenta nunquam in iudicio inducta: & aut iudex illa uult inducere pro parte
        - Abſente, in caſu quo contra eam procedi poteſt ad definitiuam: & poteſt, auth. qui ſemel, C. quomodo & quando iudex.
        - Præſente, & non poteſt niſi petatur, per illud quod dicitur, quod iudex non poteſt ſupplere de facto, l. illicitas, §. ueritas. de offic. præſid. fallit, ut per Bartol. in l. dies cautioni, §. hoc autem iudiciũ, nu. 7. de dam. infecto.

AN IVDEX IN CRIMINALIBVS POSSIT INDVCERE probationes pro partibus?

CCLXXX.

D. l. Dies cautioni, §. hoc autem, ff. eod. nu. 8.

R. quòd aut uult inducere probationes

- Accuſatore & *accuſato præſente, & tunc iudex poteſt nouas probationes producere, l. ſi non defendantur, in fine, ff. de pœnis, ubi ſeruo accuſato permittitur, quòd ſe defendat, item domino, item iudici, ut ex ſuo officio de ſui innocentia quærat, item, l. 1. in fine, ff. de quæſtion. ubi poſt confeſſionem rei iudex alios examinat; ut certior efficeretur, quod princeps ibi laudat.*
- Præſente *accuſatore, & abſente reo, & aut loquimur in delictis,*
  - In quibus *imponitur pœna uſque ad relegationem, & tunc quia contra abſentem poteſt procedi ad definitiuam ſententiam, l. abſente, ff. de pœnis, & tunc poteſt pro abſente probationes inducere, quia hoc poteſt in ciuilibus, multo ergo magis in criminalibus, ubi uerſatur maius præiudicium.*
  - Et tunc Bartol. *in l. dies cautioni, §. hoc autem iudicium præſupponit, quòd non poßit producere probationes pro partibus.*
- Præſente *reo, accuſatore abſente, & tunc de iure communi iudex non poteſt ſibi aſſumere officium accuſatoris, ſed reo poſtulante debet ipſius nomen aboleri, l. libellos. §. finali, de accuſat. ratio differentiæ inter hunc & proximũ caſum per* Bartol. *in d. l. dies cautioni. §. hoc autem iudicium, ff. de damno infecto.*

FRVCTVARIVS VEL PROPRIETARIVS SI DE DAMNO infecto non caueant, quid agendum?

CCLXXXI.

L. quamuis, num. 1 ff de dam. infecto.

R. quòd aut interpellatur

- Dominus & *fructuarius, & tunc quilibet pro ſuo iure liberatur cauendo, & contra non cauentem fit mißio pro iure ſui non cauentis, l. ſi finita, § ſi de uectigalibus, ff. de damno infecto.*
- Solus fructuarius, *et tunc aut fructuarius eſt*
  - Cõtumax; *& tunc aut pars*
    - Petit interponi *primum decretum, mittendo in poſſeßionem totarum ædium, l. hoc amplius, § quæſitum, ff. de dam. infecto, & ſi poſt primum decretum non cauet, tũc priuatur iure uti frui per ſecundum decretum, d. l. hoc amplius, §. Celſus, 2. reſponſo, ff. de damno infecto.*
    - Propter *contumaciam fructuarij deuenit ad dominum, & dominus cauendo priuabit fructuarium iure utendi fruendi, l. hoc amplius, §.* Celſus, *in fine, ff de damno infecto.*
  - Obediens: *& tunc repetit à domino demum, cum præſtitit pro rata ſibi contingente, l. quamuis, ff. de dam. infecto.*
- Solus *dominus, & tunc ſi dominus eſt cõtumax, aut pars*
  - Petit *procedi interponendo decreta contra talem contumacem, & tunc fiet mißio ex primo decreto, ita* Bartolus, *ubi etiam huius aßignat rationem, in l. quamuis, ff. de damno infecto.*
  - Propter contumaciam *domini reuertitur ad fructuarium, & tunc fructuarius nihil poteſt petere, niſi aliquid præſtiterit, d. l. quamuis, in fine, ff. de dam. infecto, ratio, quia ad eum primo loco hoc onus pertinebat.*

IVRAMENTVM AN POSSIT PRAESTARI PER PROCVRATOREM? CCLXXXII.

L. qui bona fide. §. ſi alieno, nu. 2. ff de damno infecto.

R. Aut loquimur in iuramento
- Calumniæ, quod eſt ſolennitatis, & tunc aut procurator habet mandatum
  - Speciale, & poteſt iurare de calumnia, & hoc in animam domini, c. fin. de iuram. calum. in 6. item etiam in animam ſuam, ut c. 2. eodem titul. in 6.
  - Generale, & non poteſt iurare de calumnia, ita præſupponit Barto. in l. qui bona fide, §. ſi aliena, ff. de dam. infecto, & hoc ſiue generale, ſiue ſpeciale habebat mandatum, ut hic per Bartolum.
- Veritatis, & aut aduerſarius procuratori
  - Nō cōtradicit, & tunc aut iuramentum illud præſtatur in abſentis
    - Commodum, & poteſt fieri etiam ſine ſpeciali mandato, cum etiam hoc a defenſore poßit fieri, l. nam poſtea, §. iuſiurandum. ff. de iureiur.
    - Præiudicium: & tunc etiam poteſt, ſi habet ſpeciale mandatum cū libera, uel in rem, l. iuſiurandum quod ex conuentione, ff. de iureiur.
  - Contradicit, non ſtando eius dicto, ſed uult quòd dominus reſpondeat, & tunc dominus cogitur iurare, & reſpondere per ſe, l. quoties, §. prætor, & §. ſeq. ff. de noxalibus act.
- In litem, & illud procurator non cogitur præſtare, l. uideamus, ff. de in litem iurando, ſed ſi utraque pars uellet, poſſet argumento eiuſdem, l. uideamus, non quòd ligaret dominum, niſi haberet ſpeciale mandatum ad ſic iurandum, tunc enim ſufficeret per procuratorem præſtari.

AN ET QVANDO TOLERETVR VEL EVITETVR INFINITAS? CCLXXXIII.

L. Qui bona fide, §. huic ſtipulationi, nu. 3. ff. de dam. infecto.

R. quòd aut loquimr in
- Exceptione, & infinitas toleratur regulariter, l. purè, in fine, de exceptionibus, fallit in exceptione nō numeratæ pecuniæ, l. in contractibus, ff. de non num. pec. & in exceptione non numeratæ dotis, l. fin. cum Auth. ibi poſita, C. de non num. pec.
- Obligatione, & aut loquimur de infinitate
  - Temporis & aut loquimur de obligatione
    - Inducenda, & aut inducitur
      - Ex neceſsitate, & infinitas euitatur, l. ſi finita, 3. reſp. ff. de damno infecto.
      - Ex uoluntate, & tunc toleratur infinitas, ut in omnibus legibus loquentibus de obligatione conditionali, l. cedere diem, ff. de uerb. ſignificatione.
    - Conſeruāda, & aut reus
      - Eſt paratus perſonæ ſatisfacere, tunc euitatur infinitas, l. ſi mora, ff ſolut. matrim.
      - Nihil dicit, & aut actor ius ſuum
        - Negligit, & euitatur infinitas, l ſi. C. de ſacroſ. eccleſ.
        - Non negligit, et toleratur infinitas, l. cū debere, ff. de ſer. urban. prædiorum.
  - quantitatis, & aut loquimur de infinitate
    - Propriè, quæ non habet numerum, & illa euitatur, l. 1. C. de ſententijs quæ pro eo quod intereſt.
    - Impropriè; quæ eſt immenſitas, & tunc aut obligatio contrahitur
      - Præter uoluntatem obligati, & tunc euitatur, l. ſi ſeruus, in fine, ff. de pignor. act.
      - Ex uoluntate obligati, & tunc toleratur, l. continuus, §. illud, ff. de uerb. obligat.

* *

Numeri,

- * (continued)
  - *
    - **Numeri**, *quod eſt quando multiplicatur præſtatio, ut ſi eſt præſtatio annua: & tunc aut uerba cõtrahentium ſeu diſponentium ſunt*
      - **Expreſſe** *apta ad infinitatẽm: & tunc toleratur infinitas, l. ſi ita ſtipulatus à Seio. ff. de fidiuſſor.*
      - **Expreſſe** *contra infinitatem: & non toleratur infinitas, l. ſi ſic, la ſecunda, ff. de uerb. oblig.*
      - **Dubia**, *& aut multiplicatio obligationis contingit*
        - **Facto** *eius, ſeu culpa qui obligatur: & tunc toleratur, d. l. ſi ſic, 2. reſponſo, de uerb. oblig.*
        - **Facto eius** *cui obligatio quæritur, & aut obligatus*
          - **Ex hoc** *non læditur: & infinitas toleratur, l. ueluti, §. 1. de edendo.*
          - **Ex hoc læditur**, *& aut facto eius q̃ acquirit*
            - **Adeſt obligatio** *tantum, quã tum tenetur reddere, & infinitas toleratur, l. ſicut in annos, ff. quib. mod. uſusfructus amitt.*
            - **Nõ adeſt** *obligatio ad id quod præſtare tenetur: & tunc infinitas euitatur, l. ſtipulatio iſta de uerb. oblig.*
        - **Natura**: *& infinitas toleratu, l. pen ff. de ann. legatis.*
        - **Caſu uel** *fortuna: & idem quod toleratur, l filiæ, l. in ſingulos, ff. de ann. legatis.*
  - **Actione**, *& illa nunquam toleratur: regulariter enim omnes extinguuntur præſcriptione, l. ſancimus, C. de ſacroſ. eccleſ. ſed huius non meminit Bartol.*
- **Perſona**: *& tunc infinitas euitatur, l. inter ſtipulantem, ff. de uerb. obl.*

QVANDO DEBEAT SATISDARI DE OPERE QVOD fit in alieno? CCLXXXIIII.

L. Si finita. §. deinde ait prætor. nu 3 l. dãni. la ſecunda. nu. 2. ff. de dam. in fecto.

- **R. quòd aut ille locus eſt**
  - **Publicus**: *et tunc aut ille*
    - **Non eſt** *in uſu publico: & debet ſatiſdari, ut in priuato. l. 2. §. i. ff. ne quod in loco publico.*
    - **Eſt in uſu** *publico: & tunc aut*
      - **Nemo** *ibi ædificat: & non eſt ſatiſdandum. l. ſi finita. §. deinde ait prætor. ff. de damno infecto.*
      - **Aliquis ibi** *ædificat: & aut ædificat*
        - **Nemine** *permittente: & debet ſatiſdare de uitio operis, non ſoli.*
        - **Aliquo** *permittente, qui habet maiorem autoritatem, et aut ædificat*
          - **Ad publicam** *utilitatem, & non debet ſatiſdare, ſed pro indemnitate conſeruanda prætor aditur. l. flumi.*
          - **Ad priuatam** *utilitatem, tunc debet ſatiſdare, quia conceſſio ſibi facta ſemper intelligitur ſine præiudicio alterius. l. 2. §. merito. §. ſi quid à principe. ff. ne quid in loco publico.*
  - **Priuatus**, *et aut ædificatur ab eo qui ius in re*
    - **Non habet**, *& indiſtinctè debet ſatiſdare. l. prætor. in principio. ff. de dam. infecto.*
    - **Habet**, *& aut interponitur inter*
      - **Dominum**, *& ipſum, & tunc ſemper eſt nuda promiſsio.*
      - **Extraneũ** *& ipſum, & tunc aut reſpectu*
        - **Iuris** *ædificantis tantum, & debet cauere. leg. qui bona. §. i. ff. de damno infecto.*
        - **Totius**, *& debet ſatiſdare. l. hoc amplius. §. quæſitum. & §. finali. ff. de damno infecto.*

Quod dicitur, *de publico eſt. l. ſi finita. §. deinde ait prætor. nu. 3. ff. de damno infecto. quod de priuato eſt. l. damni. la. ſecunda. nu. 2 ff. eodem.*

SI QVIS HABEAT AEDES PRO DERELICTO, AN TEneatur cauere de damno præterito, & futuro?

CCLXXXV.

L. Si finita. § eleganter & §. pen nu. 3 ff. de damno infecto.

R. Aut dãnũ fuit cõmiſſum

- Ante cautionem petitam: & tunc omni caſu habendo ædes pro derelicto ſufficit, ita ut cauere non teneatur. latè per Bartolum, in l prætor ait. § fin. & l. ſequenti ff de dam. infecto.
- Poſt cautionem petitam ante decretum interpoſitum: & aut fuit cautio petita
  - Extra iudicium: & perinde eſt ac ſi non fuiſſet petita. l. cum poſtulaſſem ff. de dam. infecto.
  - In iudicio: & tunc aut dilatio contingit
    - Propter ſubterfugia non cauentis, & tunc tenetur ac ſi iam antè cauiſſet. l. ſi finita. § eleganter. ff. de dam. infecto. niſi moram purgaret antè damnum datum. d. l. ſi finita. §. ſi quis damni infecti.
    - Propter negligentiam non petentis: & imputet ſibi, argumento l ſi finita. § penultimo. ff. de dam. infecto.
    - Alio caſu: & tunc poteſt habere ædes pro derelicto, ita ut diſtinguendo in alio caſu dicit Bartol. in l. ait prætor. ff. de dam. infecto. & Bartol. in d. l. ſi finita. §. eleganter.
- Poſt decretum interpoſitum: & aut poſt decretum
  - De cauendo: & tunc diſtinguitur & concluditur prout ſuprà proximè, quòd aut curatio fuit dilata propter ſubterfugia non cauentis, pro negligentia non petentis eam. Bartol. in l. ſi finita. §. pen. ff. de dam. infecto.
  - Demittendo: & tunc aut in poſſeſſionem
    - Venit: & tunc aut
      - Perſeuerauit: & non eſt dubium.
      - Receſsit: & tunc aut animo
        - Deſerendi.
        - Retinendi.
        - Dubitatur.
    - Nõ uenit: & tunc aut
      - Non neglexit: & perinde eſt ac ſi ueniſſet.
      - Neglexit: et aut damnum
        - Contingit: & perdit beneficium prætoris.
        - Contingit: & non perdit, quia adhuc pro eo intrare poſſet.

AN ET QVANDO QVIS POSSIT PETERE SIBI CAVERI, ſeu inſtrumentum fieri & an quis poſsit petere à iudice pronunciari ſibi deberi, uel ſe non teneri?

CCLXXXVI.

L. Si finita. § eleganter nu 3 ff. de dam. infecto.

R. Aut loquimur in

- Reo: & tũc aut ille eſt liberatus
  - Ipſo iure: & tunc poteſt petere de hoc ſibi inſtrumentum fieri. § . 2. Auth. de collat. collatione 9 poteſt etiam implorare iudicis officium, ut pronunciet eum liberatum eſſe. l. ſi contendat. & ibi notatur. ff. de fideiuſſor.
  - Ope exceptionis. & aut exceptione
    - Ex ultima uoluntate: & poteſt petere liberationem ſibi fieri, & inſtrumentum. l. non ſolum. §. 1. & l. quod mihi, de liberat. legat. poteſt etiam petere ut pronunctietur ſe non teneri, ſeu ut actori ſilentium imponatur l. Aurelius. §. centum. & ibi notatur. de ff liberat. legata.
    - Alia: & tũc aut exceptio habet originem
      - Tempore contractæ obligationis, ut quia obligatio fuit extorta metu, & tunc poteſt petere reus actionis liberationem, & eius inſtrumentum, l. ſi cum exceptione, §. ſed etſi quis, ff quod metus cauſa.
      - Ex poſt facto: & aut ex uerbis diſpoſitiuis colligitur
        - Actionem dari: & poterit tunc agi. l. criminali & ibi notatur. C. de iuriſdict. om. iud.
        - Exceptio tantũ: et tũc nõ poſſũ petere liberationem, ſeu eius inſtrumentũ. l. dedi. in princip. de condict. ob cauſam. poſſũ tamen iudicis officio petere inſtrumentũ exceptionis ad probandum, non ut aliud addatur. l. plures C. de fide. inſtrum.
- Actore: & tũc aut actor ſibi debitum ſtatim
  - Poteſt petere: & non poteſt petere ſibi caueri, l. hoc ſenatus, §. 1. ff. de uſufr. earum rer. quæ uſu cõſum. niſi ſua actio eſſet extraordinaria.
  - Non poteſt petere: & tunc aut ad petendam cautionem
    - Competit actio ſeu officium iudicis mercenarium: deſeruiens actioni: & tunc non eſt dubium. l. barum ff. ſi ſeruitus uind.
    - Agitur mero officio iudicis, & cogitur præſtare cauſa cognita, Bartol. in l. ſi finita, §. eleganter, ff. de damno infecto.

L. Damni.

AN ET QVANDO VSVFRVCTVARIVS DEBEAT CAVERE, ET AN ET quando uſufructuario debeat caueri de damno infecto? CCLXXXVII.

L. Damni, §. & cui uſusfructus, nu. 1. ff. de damno infecto.

R. quòd quandoq;

- Dominus & *uſufructuarius petunt caueri ab extraneo, & poſſunt, l. damni infecti, §. 1. ff. de dam. infecto.*
- Dominus, *et uſufructuarius petit unus ab alio, et tunc aut*
  - vſufructuarius *petit a domino, & aut petit caueri de damno quod timetur de*
    - Domibus, *in quibus habet uſufructũ: et aut refectio poteſt fieri*
      - Sine ædificii *depoſitione, et pertinet ad uſufructuarium, nec cautionem poteſt petere, l. damni, §. ei cui, ff. de dam. infecto.*
      - Non ſine ædificii *depoſitione, & tunc petet cautionem, l. inter fructuarium, ff. de damno infecto.*
    - Domo uicina, *in domo in qua habet uſumfructum, & tunc poteſt peti cautio, cum alia actione cõſultum eſſe non poßit, l. damni, §. ſed inquilino, ff. de damno infecto.*
    - Domo uſufructuaria *in domum propriam, & tunc diſtinguitur qualiter refectio fiat, & tunc diſtingue prout ſuprà, in primo caſu.*
  - Dominus *petit ab uſufructuario, & aut petit caueri de damno quod timetur*
    - De ipſa domo *uſufructuaria in ſe ipſa, & aut timetur*
      - De uitio *ipſius ædificij, & tunc non petit cautionem damni infecti.*
      - Damnum *de opere, & aut uſufructuario culpa leuis*
        - Poteſt imputari, *& non petet cautionem, ſed aget cautione de utendo fruendo.*
        - Non poteſt *imputari, & tunc petitur cautio, l. inter fructuarium, ff. de damno infecto.*
    - De domo uicina *in domum uſufructuariam, et tunc aut culpa leuis*
      - Poteſt imputari *uſufructuario, & non poteſt peti cautio, quia uenit in cautione de utendo.*
      - Non poteſt *imputari uſufructuario, & tunc poteſt peti cautio.*
    - De domo uſufructuaria *in domum propriam domini, & tunc diſtinguitur, ut in primo membro per eaſdem rationes.*

AN ET QVANDO VIDEATVR REMISSVM HOMICIDIVM, STANTE ſtatuto quòd illud poſſit remitti? CCLXXXVIII.

L. Damni, §. Sabini, nu. 1 ff. de damno infecto.

R. Aut de mente cõtrahentiũ

- Eſt certum, & *tunc ſtamus certò, ita dicitur illud uel remiſſum, uel non remiſſum, l. 1. §. ſi conuenerit, ff. depoſiti.*
- Non conſtat, & *tunc aut eſt remiſſa*
  - Iniuriarum *actio, & non uidetur alia de homicidio actio remiſſa, l. ſi duo patroni, §. Iulianus, ff. de iureiur.*
  - Iniuria, *et tunc aut uulnus erat*
    - Mortale, & *omnia uidentur remiſſa, l. damni, §. Sabini ſententia, ff. de dam. infecto.*
    - Non mortale *prima facie, & mors non uidetur remiſſa, l. ſi uulnerato, ff. ad l. Aquil. quia de ea non uidetur cogitatum, l. qui cum tutorib. ff. de tranſact.*

STIPVLATIO DE DAMNO INFECTO, SIMPLICITER INTERPOSITA, propter quod damnum committatur?

CCLXXXIX.

L. Fluminum, §. ſi præterea, ff. de dam. infecto.

R. Aut dãnum contingit

- Vitio rei: et tũc aut aliud uitium eſt
  - Naturale, & *non uenit in hac ſtipulatione, l. fluminum, §. uitium, ff. de dam. infecto.*
  - Accidentale: & *tunc aut aduerſus illud uitium*
    - Non potuit *prouideri, & non uenit in hac ſtipulatione, l. fluminum, §. hæc ſtipulatio, & § ſeq. ff. de damn. infecto.*
    - Potuit prouideri, & *tunc uenit in hac ſtipulatione, l. fluminum, §. ſeruus & §. ſeq. & §. item apud Iulianum, ff. de damn. infecto, fallit, ut per Bartol.*
- Culpa *hominis in faciendo, & aut illa culpa uitio rei*
  - Eſt admixta, & *committitur hæc ſtipulatio, l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi furnum, ff. ad l. Aquil.*
  - Non eſt admixta: & *tunc aut culpa*
    - Venit *punienda per actionem directam legis Aquiliæ, & non committitur ſtipulatio directè, l. fluminum, §. præterea, ff. de damno infecto.*
    - Non uenit *in actione directa legis Aquiliæ, & committitur ſtipulatio, l. ſi fiſtulæ, ff. de ſeruitut. urban. præd.*
- Facto *hominis licito & culpabili, & tunc non committitur ſtipulatio, niſi in duobus caſibus, ſcilicet quando ſcienter, & expreſſè cauet de illo damno, uel quando uolebat alij nocere, d. l. fluminum, §. penult. ff. de dam. infecto.*

AN ET QVANDO COMMITTATVR STIPVLATIO DE DAMNO INFECTO, ſi illa propter communem parietem ſit interpoſita?

CCXC.

L. Inter quos in princi ff de dam. infecto.

R. quòd aut ſtipulatio eſt interpoſita

- De neceſſitate, & *tunc aut damnum contingit*
  - Culpa *parietis tantum, & ſtipulatio non committatur, l. ex damni, §. quoties in princip. ff. de damno infecto.*
  - Culpa *unius ſocij, & aut culpa uitio rei*
    - Non eſt admixta, & *tunc ſtipulatio non committitur, l. fluminum, § præterea, ff de dam. infecto.*
    - Eſt admixta, & *aut culpa*
      - Venit *in actionem communi diuidundo, & non committitur ſtipulatio, l. hæredes, §. non tantum, ff. famil. erciſc. iuncta, l. ſi ædibus, ff. de dam infecto.*
      - Non uenit *in actionem communi diuidundo, & tunc committitur ſtipulatio, l. ex damni. §. quoties, 2. reſponſo, de damno infecto.*
  - Culpa utriuſq; *ſocij, & tũc aut culpa*
    - Erat *æqualis utriq;, & non committitur ſtipulatio, d. l. ex damni, §. quoties. 3. reſponſo.*
    - Vnius *fuit grauior culpa alterius, & tunc committitur ſtipulatio, argumento l. item ſi obſtetrix, ff. ad l. Aquil.*
- Ex uolũtate, & *aut eſt interpoſita*
  - Ex certa *ſcientia, tunc aut eſt*
    - Simplictier, & *commmittitur ad medium intereſſe.*
    - Fuit expreſſum *in totum, & tunc in totum committitur, l. damni, §. cuius parietem, ff. de dam. infecto.*
  - Per errorem, & *tunc non commttitur ſtipulatio, l. ſed etſi quis, in fine, ff. ſi quis cautionib.*
  - Ita quòd *dubitet an per errorem, uel non, & in dubio præſumitur per errorem, l. cum de indebito, ff. de probat. & ibi hoc ponit Gloſſa.*

AN ACTIO PERSONALIS COMPETENS VENDITORI tranſeat ad emptorem? CCXCI.

L. Si tertius.§. ſi quis prius ff.de aq pluuia. arcenda

R. quòd aut actio incipit cō petere
- Ante contractum & traditionē: & aut uenditur
  - Ius ſeu nomen: & tunc tranſit ceſſione omne ius competens ante contractum illius nominis occaſione.l.emptor.ff.de hæred.uel actione uend.
  - Corpus: & aut exactio, competens pro damno
    - Præterito: & non competit uenditori, nec eam cedere tenetur.l.1.§.ſi.fundum.ff. de aqua quotid. & æſtiua.
    - Futuro: & aut eſt actio
      - Merè perſonalis: & non tranſit, niſi ceſſione facta.l.damni.§.ſi is.& §.emptor.ff.de damno infecto.
      - In rem ſcripta: & tranſit.l.ſi tertius.§.ſi quis prius.ff.de aq.pluuia.arcenda.
- Poſt contractum ante traditionem: & aut loquimur
  - In caſib. in quibus in caſu præcedenti, tranſit ſine ceſſione: & tunc etiam in caſu noſtro tranſit ſine ceſſione. Bartol.in l.ſi tertius.§.ſi quis prius.ff.de aqua pluuia arcenda.
  - Aliis: & tunc non tranſit, ſed tenetur cedere. probatur in l.is qui in puteum. §.ſi poſtea. ff. quod ui aut clam.
- Poſt contractum, & poſt traditionem: & ille caſus licet uideatur indubitabilis, eſt magis dubitabilis quàm aliquis, & de eo plenè dicitur per Bartolum in l.cum uir.ff.de uſu cap.

AN IVS EXCIPIENDI TRANSEAT CONTRA SVCCESſorem ſingularem? CCXCII.

D l.Si tertius.§.ſi quis prius.nu 7.de aq.plu arcendi.

R. Aut per tranſitū ad ſucceſſorē ſingularē
- Aequitas exceptionis perimitur: & exceptio non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem. leg. finalis. in princip. C. de iuretur.
- Aequitas exceptionis non perimitur: & tunc aut erat
  - Merè exceptio: & tunc aut eſt exceptio
    - Rei cohærens: & tranſit contra eum.l.exceptio.ff.de except.
    - Cohærens perſonæ: & aut quis ſucceſſit titulo
      - Lucratiuo: & tranſit contra eum. Bartol. in l.ſi tertius. §. ſi quis prius.ff.de aqua pluuia.arcend.
      - Oneroſo: & non tranſit contra eum l. apud Celſum.§. de autoris.& §.ſeq.ff.de dol.except.
  - Exceptio, quia actio, & ſic non propriè: & tunc non tranſit contra ſingularem ſucceſſorem.l.emptorem.C.locati.cum ſimilibus.

AN ET QVANDO FILIVSFAMILIAS POSSIT DONARE? CCXCIII.

L. Si cum filius.§. ſi uerò pater. nu.1.ff. de donat.

R. Quòd aut filius
- Donat pro ſe ipſo: & aut eius donatio incipit à
  - Traditione: & aut donat rem
    - Caſtrenſis, uel quaſi caſtrenſis peculij: & ualet.l filius. in fine.ff.de donat.
    - Aduēticii peculij: & ualet patre permittente.l.fina.§.filius.C.de bonis quæ liberis.
    - Profecticii peculij, uel rē patris, eo permittente.l.in ædib.§.filius.ff.de donat. et rectè intelligendo uidentur duæ donationes, una, qua pater donat filio, alia, qua filius donat extraneo.
  - Promisſione: & tunc ualet, ut filius ipſe obligetur. l. finali §. 1.de uerb. obligat. tamen non præiudicaret patri in peculio, niſi conſenſiſſet.l.ſi cum filius.§.ſi uerò pater.ff.de donat.
- *

Dat uel

*

Dat uel promittit pro patre uolente donare. & aut filius incipit à
- Traditione: et aut tradit rem peculij
  - Caſtrenſis uel quaſi, & ualet: & erunt duæ donationes, ſi filius donare uolebat. l. ſi cum filius. §. ſi uerò pater. uerb. cum uerò. iuncta l. filius. ff. de donat.
  - Aduentitii, & ualet: eruntq; duæ donationes.
  - Profecticii, uel rem patris, & ualet: & una tantum eſt donatio, & ipſe pater uidetur donare. l. in ædibus. §. quod filius. 1. reſponſo. ff. de donat.
- Promiſſione: & aut filius eſt patris
  - Debitor: & tunc pater uidetur donare. l. ſi cum filius. §. ſi uerò pater. ff. de donat.
  - Non debitor: & non ualet. Bartol. in d. l. ſi cum filius. §. ſi uerò pater ff. de donat.

AN MODVS SIT CAVSA FINALIS, AN VERO impulſiua? CCXCIIII.

L. Si cum filius §. Titio. nu 2 ff de donat.

R. Aut modus uel cauſa reſpicit
- Vtilitatem alterius, quàm eius cui datur: ut, do tibi centum, ut emas fundum Titio: tunc præſumitur finalis. l. Titio. in fine. ff. de condit. & demonſt.
- Commodum eius cui datur: & tunc aut
  - Ad ſubſtantiam actus cauſa requiritur de neceſſitate; & tunc præſumitur cauſa finalis. l. ſed ſi mors. § finali cum l. ſeq ff. de donat. inter uir. & uxor.
  - Cauſa non requiritur de neceſſitate: & tunc aut ille modus
    - Reſpicit cauſam fauorabilem & piam: & præſumitur finalis. l. ſi ego. in princip. ff. de iure dot. & hoc uidetur pro anima ſua facere qui donat.
    - Non reſpicit cauſam fauorabilem & piam: & præſumitur inpulſiua. l. Titio centum. §. 1. ff. de condit. & demonſt.

QVID ACQVIRITVR EX ELECTIONE ABSENTI ET ignoranti? CCXCV.

L. Abſenti. nu. 2 ff de donat.

R Quòd eſt quoddã officium, quod quis debet ſubire
- De neceſſitate: et aut quæritur, an ei acquiratur
  - Adminiſtratio: & non acquiritur ei niſi tradatur ſibi. l. ultima. §. finali. C. arbitrium tutelæ.
  - Aliud ius: & aut quæritur de iure
    - Quod non poſſit amplius reuocari: & dicitur quòd ſibi quæratur. C. in quibus cauſ. empt. abſ. per totum.
    - Alio: & dicitur quòd ei acquiruntur illa iura. l. illud. l. la. 2. ff. de tutor. & curat. datis ab his. nihil tamen illi præiudicant, ſi non adminiſtrat, niſi tempore ſcientiæ. l. & ſi ſciſſes. C. de aminiſt. tut.
- Solũ uoluntariæ: & aut ille qui eligit, eligit
  - Ex neceſſitate: & aut quæritur, an abſenti acquiratur ius
    - Quod amplius reuocari non poßit: & dicitur quòd ſic. c. cum inter. c. publicato. extra, de election. eſt enim functus officio ſuo, ſemel eligendo. l. iudex. ff. de re iudic.
    - Aliud: & dicitur, quòd nullum ius ei acquiritur, niſi acceptatione facta. & ſic loquuntur omnia iura, quæ requirunt acceptationem. leg. finali. C. de conſul. lib. 12.
  - Non de neceſſitate; & tunc antequam acceptet, poteſt reuocari. l. ſi quis abſenti. ff de acquir. poſſeſſ.

L. qui

SOLVTIONE FACTA SERVO VEL PROCVRATORI MEO, an & quando mihi ſit quæſitum dominium ? CCXCVI.

L. qui mihi donatū. nu. 5. & 6 & ibi Gloſſa ff. de donat.

R. quod aut

- Vterquæ, *hoc eſt dans & accipiens, hoc agit, ut nihil quæratur: & immediatè mihi quæritur. l. per ſeruum. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. cum ſimilib.*
- Accipiens *hoc agit tantum: & non queritur mihi, niſi facta traditione. l. ab ſenti. ff. de donat.*
- Tradens *hoc tantum agit, & tunc transfertur in me dominium. l. ſi tradiderim. ff. de donat.*
- Neuter *agit ut in me transferatur dominium: & mihi non acquiritur, niſi tradatur. l. 1. § hæc quæ. ff. de acquir. poſſeſſ.*
- Traditio *eſt facta ſimpliciter, ita quod non appareat quid quiſque in animo geſſerit: & tunc aut contractus eſt celebratus*
  - A domino, *traditio uerò fit à procuratore; & tunc in dubio uidetur agi, ut domino quæratur. l. qui ſaxum. uerſic. planè ſi mercenarius. ff. de donat.*
  - Cum procuratore, *& fit traditio procuratori: & tunc aut procurator*
    - Non exprimit *ſe contrahære procuratorio nomine domini: & tunc neuter uidetur agere, quod mihi quæratur, ſed ipſi procuratori. l. res ex mandato. ff. de acquir. rer. dominio.*
    - In contractu *& traditione dicit, ſe agere procuratorio nomine: & tunc uterquæ uidetur agere ut domino quæratur. l. ſi procurator rem ff. de acquir. rer. dom.*
    - In contractu *dicit ſe agere procuratorio nomine & traditio eſt facta ſimpliciter: & tunc aut fit traditio*
      - In continenti *poſt contractum: & uidetur repetitum procuratorio nomine. l. Titia. §. idem reſpondit. ff. de uerb. obligat.*
      - Ex interuallo *poſt contractum: & non intelligitur agi quòd domino quæratur. l. multum in fine. C. ſi quis alteri, uel ſibi.*

ALIENATIO FACTA AB EO QVI COMMISIT CRIMEN capitale, an ualeat ? CCXCVII.

L. Poſt contractum. nu 1 ff de donat.

R Aut alienauit

- Ante crimen *commiſſum: & tunc aut uendidit*
  - Antequam *propoſuerat facere delictum: & ualet, pro ut alias de iure ualet donatio.*
  - Cum iam *propoſuerat facere delictum, & ſic propter delictum committendum alienauit, & tunc eodem modo reuocatur, prout poſt delictum. quia ſatis eſt in fraudem fiſci factum & ſuſpicione pœnæ. l. 1. in princ. ff. de iure fiſci. & eius quidem præſumptiones ponuntur per Bartol. in l. poſt contractum. ff. de donat.*
- Poſt delictum *ante accuſationem: & tunc quædam ſunt delicta*
  - Propter *quæ ſtatim ipſo iure ſunt publicata bona, ut in l. commiſſa. ff de publican. Auth. in ceſtas. C. de inceſtis nupt. & tunc non ualet donatio.*
  - In quibus *licet dominium non perdat ſtatim, interdicitur ipſo iure adminiſtratio. l. quæ ſitum. ff. qu & a quib. & non poteſt alienare, niſi ſit alienatio neceſſaria, l. reo. ff. de ſolut.*
  - In quibus *non interdicitur adminiſtratio: & aut alienatio eſt*
    - Irreuocabilis *ut manumiſſio: & tūc interdicitur alienatio. l. qui pœnæ. ff de manumiſſ.*
    - Reuocabilis *& nō interdicitur. l. poſt cōtractū. ff. de donat.*
- Poſt accuſationem *ante litem conteſtatam: & tūc in illis caſibus, in quibus ante accuſationem alienari non poteſt, poſt alienari non poteſt. ſed quia antei accuſationem permittitur alienatio neceſſaria, hic debea diſtingui, ut per Bartol. nu. 13.*
- Poſt litem *conteſtatam: & non poteſt fieri alienatio. Gloſſa in l. ex iudiciorum. ff. de accuſat. contra tamen uidetur tenere Bartol. hic, ex mente Guilhelmi de Cuneo.*
- Poſt ſententiam: *& tunc aut ſententia*
  - Non ſuſpenditur *appellatione: & non ualet alienatio. l. poſt contractum. de donat.*
  - Eſt ſuſpenſa, *& ualet, ſed reuocatur. l. chirophis. §. 1. ff. de adminiſt. tut.*

VERBA ENVNCIATIVA QVANDO INDVCVNT diſpoſitionem? CCXCVIII.

L. Ex hac ſcriptura. nu. 16. & 17. de donat.

R. Aut proferuntur
- In contractibus: *& tunc aut erat ad*
  - Liberationem: *& tunc aut proferuntur*
    - Principaliter *propter ſe: & tunc faciunt diſpoſitionem. l. tale. pactum. in princip. ff. de pactis.*
    - Incidenter *ob aliud: & non inducũt diſpoſitionem. l. iubemus. C. de liberal. cauſa.*
  - Obligandum: *& aut illa uerba proferuntur*
    - Principaliter *propter ſe: & inducunt probationem, non diſpoſitionem. l. Publia. § finali ff. depoſiti.*
    - Incidenter *ob aliud & aut proferuntur in contractu celebrato inter*
      - præſentes: *& tunc inducunt probationem ſeu præſumptionem, donec probetur contrarium. l. optima C. de contrah. ſtipulat.*
      - Abſentes: *& tunc nec probationem inducunt. l. epiſtola. in principio. ff. de pactis.*
- In iudiciis: *& tũc aut proferuntur*
  - Ante litem *conteſtatam: & non inducunt diſpoſitionem, ſeu probationem, quia poteſt pœnitere ante litem conteſtatam.*
  - Poſt litem *conteſtatam: & inducunt probationem.*

CAVTIO SVPERIMPOSITA AN ET QVANDO ualeat? CCXCIX.

L. Si patronus. ff. de donat.

R. quod aut interponitur cautio ſuper eo quod
- Aliquo iure *peti poterat: & tunc aut eſt cautio*
  - Ordinaria: *& ualet in tantum, in quantum peti poterat. l. qui hæres erat ff. famil. herciſc.*
  - Extraodinaria: *& non ualet cautio. l. in ædibus l. damni. §. emptor. ff. de damn. infecto.*
- Nullo iure *peti poterat: et tunc aut a*
  - Sciente: *& ualet, ſiue ſit ordinaria, ſiue extraordinaria. l. damni. §. cum parietem. ff. de dam. infecto.*
  - Ab ignorante: *& aut errauit in*
    - Facto: *& cautio facta non committitur cum effectũ. l. 1. ff. ut in poſſeſſ. legat.*
    - Iure, *& aut erat illud:*
      - In debitum *omni iure, uel ſaltem iure naturali indebitum: & tũc cautio non committitur. l. ſi patronus in princip. de donat.*
      - Naturaliter *debitum: & tunc aut loquimur in*
        - Fideiuſſore *cauẽte: & non ualet cautio, quia eius reſpectu eſt omnino debitum.*
        - Principali *cauente: & ualet. d. l. ſi patronus. § fin. l. ult. C. ad l. Falcidiam.*

L. Poſſeſsio

DOMINVS AN ET QVANDO AMITTAT POSSESIOnem ſerui? CCC.

L. Poſſeſsio appellata. §. per ſeruum. nu. 1. ff. de acquir. poſſeſſ.

R. Quòd aut ſeruus
- Incipit ſe gerere pro libero: & tunc aut incipit ſe gerere ita
  - Bona fide: & tunc aut
    - Ex aliqua cauſa, ſiue iuſta, ſiue non: & ſtatim dominus perdit poſſeßionem. l. liberis. in fine. & l. igitur. §. poteſt. ff. de liberali cauſa.
    - Propter liberale iudicium: & tunc dominus perdit naturalem; & retinet ciuilem. l. ſi cui. §. licet. ff. de liberali cauſa.
  - Mala fide: & aut dominus hẽt animũ
    - Perdendi poſſeßionem: & ſtatim perdit, ſicut in alijs rebus. Bartol. in l. poſſeßio appellata. §. per ſeruum. ff. de acquir. poſſeſſ.
    - Retinendi poſſeßionem, uel dubitatur: & ita demum perdit, ſi diu, &c. l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acquir. poſſ.
- Fortè in prouincia gerit negocia domini: & tunc per mille annos dominus non perderet poſſeßionem, niſi incipiat ab alio poßideri. l. 1. §. per ſeruum fugitiuum. ff. de acquir. poſſeſſ.

LEGATVM EIVS QVOD EST DEBITVM, AN ualeat? CCCI.

L. Poſsideri autem. §. ex pluribus cauſis. nu 23. ff. de aquir. poſſeſſ.

R. Quòd aut legatur debitum.
- Quãtitatis: & aut illud legatum continet
  - Commodum: & ualet. l. ſi creditor. ff. de legatis 1.
  - Nullum commodum: & tunc non ualet legatum. Bartol. in l. Mæuius. §. 1. ff. de legatis 2.
- Speciei: & tunc aut legatur mihi
  - Purè, quod debetur purè: & tunc ualet legatum, propter commodum quod eſt in legato, in acquiſitione dominij, quæ fit ipſo iure. l. 1. §. pen. de legatis 3.
  - Sub conditione, quod debebatur purè: & non ualet legatum, quia non habet commodum. l. ſi creditori, de legatis 1, niſi conditio exiſteret, uiuente teſtatore: quia tunc ualeret, ut in legato purè. d. l. 3. §. pen. ff. de legatis 3.
  - Purè, quod debebatur ſub conditione: & ualet legatum: & exiſtente conditione debiti, deſino habere ex cauſa legati. & habeo ex cauſa debiti. l. fundo. ff. ad l. Falcidi.
- Sub conditione, quod debebatur ſub conditione: & aut ſub conditione
  - Eadem: & aut erat mihi prius debitum ex
    - Teſtamento: & ſolum ex prima cauſa efficitur mea. l. ſi mihi Sempronius. ff. de legatis 1.
    - Contractu: & aut res erat mihi
      - Tradita: & ſolum ex prima cauſa debita efficitur mea.
      - Non tradita: & ualet legatum, quia habet emolumentum conſecutionis dominij. d. l. 3. §. pen. ff. de legatis 3.
  - Diuerſa: & aut primò competit condictio
    - Debiti: & habetur perinde ac ſi debitum purè legetur ſub conditione.
    - Legati: & tunc perinde habetur ac ſi debitum ſub conditione legetur purè: & hoc caſu latius ſubdiſtinguendum, ut per Bartol. in l. poßideri. § ex pluribus cauſis, nu. 13. ff. de acquir. poſſeſſ.

L. Naturaliter.

VTRVM ADMITTATVR CONCVRSVS PETITORII & poſſeſſorii, ſi unus illa proponat?

CCCII.

L. Naturaliter. § nihil cōmune. nu. 16. ff. de acquir poſſeſſ.

R. quòd aut quid proponit primò

- Petitorium, ſecūdò poſſeſſoriū: & aut erit poſſeſſoriū poſſeſſionis
  - Adipiſcēdæ: & tūc aut poſſeſſorium & petitorium ſic ſe habent, quòd
    - Electione tollantur: & tunc ſolum ſuper primo proceditur, & ſecundum non poterit proponi,
    - Electione non tolluntur: & aut
      - Non eſt concluſum in cauſa ſuper petitorio: & tunc non admittitur concurſus, ſecundum gloſſam in l. fin. ff. de ui & ui armata.
      - Eſt concluſum in cauſa: & tunc non poteſt poſſeſſorium proponere, niſi ex cauſa aliter iudici uideretur, c. paſtoralis. extra, de cauſa poſſeſſ. & prop.
  - Recuperādæ: & tunc aut actor qui proponit utrunque
    - Sponte uult probare: & tunc procedunt dicta iudicia ſine dubio. Bartol. in l. naturaliter. § nihil commune. nu. 17. ff. de acquir. poſſeſſ.
    - Dicit ſe non debere probare in petitorio, cum reus poſſideat uiolenter tunc ſine dubio ſuſpenſo petitorio procedetur ſuper poſſeſſorio, ut appareat cui onus probandi incumbat. l. liberis. § fin. ff. de liberali cauſa,
  - Retinēdæ: & aut iudicia proponuntur ratione
    - Iuris incorporalis: et tūc aut actor
      - Sponte uult in quolibet iudicio onus probationis ſubire: et certum eſt quòd ipſa iudicia procederent.
      - Vult ſe ab onere releuari propter poſſeſſionem, quam ſe habere aſſerit: & dicitur prius iudicium ſuper poſſeſſorio agitari ratione ordinis, ut ex hoc appareat quis debeat ſubire onus probandi. l. 1. § hoc interdictum. ff. uti poſſidetis.
    - Rei corporalis: & proponuntur illa duo iudicia
      - Diuerſis reſpectibus: & tunc concurrunt. l. naturaliter § nihil commune, ſupra 5. lectura,
      - Eodem reſpectu: & tunc aut
        - Dico poſſeſſionem cuius reſpectu intento poſſeſſorium mihi quæſitam, poſtquam propoſui petitorium, & iſta iudicio concurrunt. l. naturaliter. § nihil commune. ſuper quarta lectura.
        - Ago ratione poſſeſſionis, quam dico me habuiſſe tempore intentati petitorij: & tunc diſtinguitur, an per me poſſideam, an uerò per alium: ut per Bartol. in d. § nihil commune. nu. 19. circa medium.
- Poſſeſſorium, ſecundò petitoriū: et tūc aut erat poſſeſſorium poſſeſſionis
  - Adipiſcendæ: & procedit niſi electione tollantur, ut ſuprà proximè dictum eſt: & multo magis, ſi abſolutoria lata in primo ſcilicet poſſeſſorio, non pariat exceptionem rei iudicatæ, in ſecundo ſcilicet petitorio. l. & an eandem. § fin. ff. de excep. rei iud.
  - Recuperandæ: & idem dicitur quod ſupra quia concurrunt, niſi actor ab onere probandi uellet releuari.
  - Retinēdæ: & aut illa iudicia ſunt reſpectu
    - Iuris incorporalis: & idem per omnia quod ſuprà.
    - Rei corporalis: & aut agitur
      - Diuerſis reſpectibus: & idem quod concurrunt.
      - Eodem reſpectu: et aut petitoriū intentatur reſpectu poſſeſſionis, quam ſe dicit perdidiſſe
        - Ante intentatum poſſeſſorium: & proponendo petitorium, uidetur renunciare poſſeſſorio.
        - Poſt intentatū poſſeſſorium: & aut dicit eam perdidiſſe
          - Ante litem conteſtatam ſuper poſſeſſorio: & uidetur renunciare poſſeſſorio.
          - Poſt litem conteſtatam: & procedit utrunque iudicium.
- Simul & ſemel utrunque: & tunc diſtinguitur ut ſupra proximè: ut per Bartol. in d. § nihil commune. nu. 22. ff. de acquir. poſſeſſ.

VTRVM ADMITTATVR CONCVRSVS PETITORII ET poſſeſſorii, ſi à diuerſis intentetur? CCCIII.

D.l.Naturaliter,§.nihil commune,nu.23.cum ſeq ff.de acquir.poſſeſſ.

R. quòd aut proponit

- Vnus primò petitoriū, alius ſecundò poſſeſſ.r.ū et aut petitoriū poſſeſsionis
  - Recuperādæ: & aut ago ratione uiolentiæ illatæ.
    - Iam incepto, & poteſt fieri concurſus, & procedit iudicium, l.ſi conſtiterit.C.finiū regund.
    - Nondū cepto, & aut proponuntur
      - Diuerſis reſpectibus, & tunc illa iudicia procedunt, argumento, l.naturaliter,§.nihil cōmune, iūcta ſecūda lectura Bart.ibi, de acquir.poſſeſ.
      - Eodem reſpectu, et tūc aut
        - Ante litem conteſtatam, & poteſt proponi poſſeſſorium, & ſ.lū ſuper eo procedetur ſuſpenſo petitorio, quia ſpoliatus ante omnia debet reſtitui, l.ſi quis ad ſe fundum, C. ad l.Iul.de ui.
        - Poſt litē cōteſtatā, & aut in petitorio ſe poſsidere
          - Reſpondit, & non poterit agere poſſeſſorio recuperandæ, quia eſſet ſibi contrarius, l.1.C.de furtis.
          - Non reſpondit: & tunc potuit proponere poſſeſsoriū recuperandæ, non tamen per hoc ſuperſedebitur in petitorio, nā illa exceptio eſt dilatoria, et non opponitur poſt litē conteſtatam, l.final.C.de except.
  - Adipiſcendæ, et aut iſta iudicia proponuntur
    - Diuerſis reſpectibus, & non eſt dubium quòd procederet.
    - Eodem reſpectu, & aut reus illud proponit lite ſuper petitorio
      - Nondum conteſtata, & in petitorio non procedetur.
      - Iam conteſtata, & diſtinguitur ut ſuprà, quod aut reſpondit ſe poſsidere, aut non.
  - Recuperandæ, & aut iſta iudicia proponuntur
    - Diuerſis reſpectibus, & procedit utrumque iudicium.
    - Eodem reſpectu, & diſtinguitur ut per Bartolum in l. naturaliter,§, nihil commune, ff de acquir.poſſeſſ nu.26.
- Vnus primò poſſeſſorium, alius ſecundo petitorium: & aut eſt propoſitum poſſeſsorium
  - Recuperādæ: et aut petitorium in ſecundò proponitur p modū
    - Agendi, & non poteſt, quia ille intentando poſſeſſorium, negat ſe poſsidere ergo nō conuenitur petitorio, l.fin.ff.de rei uindicat.
    - Excipiendi, & tunc ſi ille qui primò agit poſſeſſorio, aſſentit quòd ſuper illa exceptione dominij cognoſcatur, cognoſcitur ſimul de utraque, aliàs non, quia debet cognoſci prius cauſa ſpoliationis, c.1.extra, de reſtit.ſpoliat.
  - Adipiſcendæ, & aut petitorium in ſecundo intentatur
    - Eodem reſpectu, et non poteſt, quia qui proponit tale interdictum negat ſe poſsidere ergo, &c.
    - Diuerſo reſpectu, & poteſt.
  - Retinendæ, & aut iſte qui ſecundò agit, petitorio agit
    - Diuerſo reſpectu, & procedunt iudicia.
    - Eodem reſpectu, & tunc prius cognoſcitur de poſſeſsione.
- Simul & eodem tempore ab uno poſſeſſorium, ab alio petitorium, & tunc ſemper debet præcognoſci de poſſeſſorio, Gloſſa in l.incerti, C.de interdictis.

AN IN CASV IN QVO NON ADMITTITVR CONCVRSVS petitorii & poſſeſſorii, requiratur quòd illud opponatur? CCCIIII.

D. l. Naturaliter, §. nihil commune, num. 30.

R. Quòd aut non admittitur cõcurſus ratione
- Ordinis ſeu prælationis, & iſto caſu ſi non opponatur, procedunt iudicia, & ualent, l. ſi mancipium, §. 1. & ibi notatur. ff. de euictio.
- quòd abſolutoria in uno parit exceptionem rei iudicatæ in alio, & iſto caſu debet opponi exceptio, l. fundi, & l. fundũ, ff. de except.
- quòd electione tolluntur, & aut iſta iudicia proponuntur
  - Simul, & debet opponi, aliàs procederet iudicium, tamen una perceptione debet eſſe contentus, l. 1. §. quia autem, ff. quorum legat.
  - Succesſiuè: & tunc non eſt neceſſe quod opponatur exceptio nam cum primum iudicium fuit propoſitum, ad ſecundum aditus fuit ipſo iure præcluſus, l. finali, C. de codicillis.
- Contrarietatis, et aut contrarietas apparet
  - In uno & eodem iudicio, & iudex poteſt reſpuere libellũ etſi nihil dicat, tunc aut
    - Etiam in proceßu ſunt contraria, & ſequitur abſolutoria, etiam parte non opponente, ipſe enim ſe excludit, l. 2. §. ſed ſi alius, ff. quando appell. ſit.
    - Proceſſus non continet contraria, & tunc ualet proceßus, & ſuper eo erit iudicandum, argumento, l. 1. §. quia autem, ff. quorum legat.
  - In diuerſis iudicijs, & aut iſta iudicia intentatur tempore
    - Diuerſo: et tunc aut ſunt contraria
      - quæ electione tolluntur: & tunc dicitur ut per Bart. in d. §. nihil commune, nu. 33. in fine.
      - quæ electione non tolluntur: et debet opponi exceptio, l. poſt quam liti, C. de pactis.
    - Eodem: & tunc dicitur ut per Bartol. intrando difficultatem nouam, in d. §. nihil commune, nu. 33. in fine, concludit tamen, tutius eſſe hoc caſu exceptionem.

ACCESSIO DE POSSESSIONE AD ALIAM, AN ET QVANDO permittatur? CCCV.

L. Pomponius, §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.

R. Aut ille qui petit acceſſionem
- Nullo modo poßidet, nec per ſe, nec per alium, & tunc non habet acceßionem, Bartol. in l. Pomponius, §. præterea nec uitioſe, ff. de acquir. poſſeſſ.
- In totum poßidet per alium, & tunc hàbet acceßionem, ſicut ſi poßideret per ſe, l. pomponius, §. ſi is qui precariò, & ibi not. ff. de acquir. poſſeſſ.
- Posſidet per ſe, & aut ſua poßeßio eſt
  - Iniuſta, & nullam habet acceßionem, d. l. pomponius, §. præterea nec uitioſe, ff. de acquir. poſſeſſ. niſi forte ad præſcriptionem 30. ann. Gloſſa in d. § nec uitioſe.
  - Iuſta: & aut uult uti acceſſione eius à quo cauſam
    - Non habuit, & non poteſt niſi illud cum iudicis autoritate facta fuerit reſtitutio, l. pomponius, §. ſi liber, §. iuſſu, ff. de acquir. poſſeſſ.
    - Habet: & aut poßeßio
      - Medio tempore fuit poſſeſſa per alium, & poteſt, l. pomponius, §. quæſitum, ff. de acquir. poſſeſſ. fallit in hærede, d. l. pomponius, §. ſed & legat.
      - Eſt cõtinua, & aut poſſesſio autoris erat
        - Vitioſa, et non habet acceßionem, niſi ad præſcriptionem 30. annorum.
        - Non uitioſa, & procedit ſine dubio acceſſio, d. l. pomponius.

DEFECTVS SVPERVENIENS IN PERSONA PRAESCRIBENTIS, an interrumpat præſcriptionem?

CCCVI.

L. Naturaliter ff de uſucap.

R. quod aut interuenit defectus
- Animi *tantum, non tamen efficitur incapax dominij, id eſt, non capax illius rei: & tunc uſucapio non extinguitur. l. iuſtè. §. eum qui. ff. de uſucap.*
- Talis *qui facit ipſum incapacem dominij: & aut iſta incapacitas*
  - Reſpicit *dominium rei ſimpliciter, ut in Iudæo & mancipio Chriſtiano: tūc puto abſque dubio quòd interrumpit præſcriptionem. l.* Deo *nobis. circa finem.* C. *de epiſcop. & cler. l. 1. C. ne mancip. Chriſtia.*
  - Eſt *mixta, conſideratione dominij & tituli: ut quidam poſſunt acquirere ex omni cauſa, præter quā ex teſtamento, ut damnatus de libello famoſo: & tunc aut*
    - Ille *titulus ſuperuenit tempore debito, ut quia legatum fuit: & dies legati ceſſit antequam erat incapax: & tunc non interrumpitur uſucapio.*
    - Ille *ab initio fuit eius conditionis: & non procederet uſucapio. l. ultima. ff. de uſucap. pro hærede.*

FICTIO POSTLIMINII CIRCA POSSESIONEM ET VSVCAPIONEM quid operetur?

CCCVII.

L. Si is qui pro emptore. nu. 19. ff de uſucap.

R. quòd aut
- De *poſſeßione tantum: & aut loquimur in poſſeßis*
  - Per ſe: *& fictio nil operatur. Bartol. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap.*
  - Per *alium: & tunc ſiue peculiari nomine ſiue non operatur fictio, ut retrò uideatur poſſediſſe, non uſucepiſſe.*
- De *uſucapione: & aut de poſſeßis*
  - Ante *captiuitatem: & tunc aut poſſidebatur*
    - Per *ſe aut per alium, ex cauſa non peculiari: & non procedit fictio poſtliminij uel legis Corneliæ. l. ſi is qui pro emptore ff. de uſucap.*
    - Per *filium uel ſeruum, ex cauſa peculiari: & tunc procedit fictio. l. in bello. §. ſactæ. ff. de captiuis.*
  - Poſt *captiuitatem: & aut illa quærebatur per*
    - Seruum *& tunc aut ex cauſa*
      - Peculiari: *& procedit utraque fictio. d. §. factæ.*
      - Non *peculiari, & non procedit uſucapio, niſi à die aditæ hæreditatis, & apprehenſæ poſſeßionis.*
    - Filium: *& aut loquimur in poſtliminio*
      - Quia *pater reuertitur: & idem quod in ſeruo.*
      - Quia *pater ibi moritur: & tunc uidetur filius ſemper ibi poſſediſſe. l. iuſto. §. fin. ff. de uſucap.*

VSVCAPIO, LICET NON AB VNO ET EODEM HABEAM titulum & poſſeſsionem;an procedat? CCCVIII.

L.Cum ſolus.nu.4.ff.de uſucap.

R. quòd aut

- Habeo *titulum ab eo, à quo poſſeßionem, & hoc conſtat: & tunc procedit uſucapio.l.Celſus ff.de uſucap.*
- Habeo *titulum ab uno, ab alio poſſeßionē: & tūc aut*
  - Poſſeſsio *præcedit titulum: & tunc ſine dubio uſucapio procedit, ſiue ſuperueniat titulus uerus, ſiue putatius.l.non ſolùm.§ 1.ff.de uſucap.*
  - Titulus *præcedit poſſeßionem: & aut me opinor*
    - Habere *titulum & poſſeßionem ab eodem, licet in ueritate habeam à diuerſis: & ſufficit Gloſſa in.l.cum nemo.C.de acquir.poſſeſſ.*
    - Habere *à diuerſis: & tunc aut habeo illa*
      - Diuerſa, *& non ſufficit ad uſucapionem.l.cum ſolus.ff.de uſucapion.*
      - Eadem: *& tunc aut titulus erat*
        - Putatiuus: *& non ſufficit ad uſucapionem.d.l.cum ſolus.*
        - Verus: *& ſufficit, & procedit præſcriptio.ut.ff.pro legato.per totum.*
- Dubitatur, *an habeam titulum & poſſeßionem ab eodem, an uero à diuerſis: & tunc præſumor poſſeßionem habere occaſione tituli præcedentis, & conſequenter ſufficit ad uſucapionem. Bartol.in d.l.cum ſolus.*

DOMINVS QVANDO SVCCEDIT AVTORI MEO, AN confirmet ius meum? CCCIX.

L.Cum uir nu 14 ff.de uſucap.

R. Aut quæritur an cōfirmetur meum

- Quo *ad ius agendi: & non confirmatur.l.rem alienam ff.de pign.act.*
- Quo *ad ius excipiendi: & tunc aut dominus qui ſuccedit*
  - Tenetur *de euictione tanquam hæres: & tunc aut*
    - Non *fecit inuentarium: & indiſtinctè in totum compellitur ſtare.l.cum à matre ff.de rei uendic.*
    - Fecit *inuentarium: & exceptione repellitur, uſque ad quantitatem quæ ſibi remanſit.l.ſcimus.§.in computatione: & in Gloſſ.mag.C.de iure delib.*
  - De *euictione non poterat conueniri: & tunc eatenus exceptione repellitur, quatenus ex illa hæreditate lucratus eſt, & non plus.l.ſi ab eo.C.delib.cauſa.l.filium.ff.eod de lib.cauſa*

VSVCAPIO, SI QVIS NON PVTET SE VSVCAPERE, an procedat? CCCX.

L.pro emptore.§ ſi ſub conditione nu.2.ff.pro emptore.

R. quòd aut non putat propter errorem

- Iuris: *& uſucapio non procedit.l.ſi fut. §.1 ff.de dolo malo.*
- Facti: *& tunc aut*
  - Ignorat *ſe poßidere & detinere, & titulum habere, licet in ueritate habeat: & non procedit præſcriptio.l.2.ff.pro hærede.l.1.ff.de acquir.poſſ.*
  - Scit *ſe detinere, ignorat tamen ſe præſcribere: & tunc aut*
    - Non *credit ſe præſcribere alteri uel ſibi: & non procedit præſcriptio.l.pro emptore §.ſi ſub conditione.ff.pro emptore.*
    - Scit *ſe præſcribere alteri, ſibi ignorat: & procedit præſcriptio.l.iuſto § filius familiâs.ff.pro emptore.& ibi notatur in ultima Gloſſa.*
    - Scit *ſe poßidere ſuo nomine, ignorat tamen ſe titulum habere: & procedit præſcriptio.d.l.pro emptore.§ ſi ſub contidione.*

VSVCAPIO AN PROCEDAT, SI QVIS EMIT AB EO quem ſcit precium conſumpturum? CCCXI.

L. Si quis cum ſciret. nu. 1. ff. de uſucap.

R. Quòd aut ei à quo emit
- Ob hoc *erat interdictum bonis: & tunc non ualet contractus, nec transfertur uſucapiendi conditio. l. qui fundum. §. qui ſciens ff. de uſucap.*
- Non erat *interdictum bonis: & tunc aut ille à quo emit, erat*
  - Minor: *& non ualet, & non procedit uſucapio eodem modo. leg. quòd ſi minor. §. pen ff. de min. l. ſi uerò. § ſi adoleſcens. ff. mandati.*
  - Maior: *& tunc aut ille qui emit*
    - Sciebat *illum conſumpturum, ſed ignorabat in quem uſum: & ualet, & eſt bonæ fidei. lege. ſi quis cum ſciret. nu. 1. ff. de uſucap.*
    - Sciebat *eum conſumere in aliquem certum malum uſum: & non ualet. d. l. ſi quis cum ſciret. in fine.*

IN RE EMPTA A' PVPILLO, AN VSVCAPIO procedat? CCCXII.

L. Pro emptore. §. ſi à pupillo. nu. 4. ff de uſucap.

R. Aut ille qui emit
- Sit eum *eſſe pupillum: & tunc aut emit*
  - Non cum *ſolennitate: & non acquirit dominium, nec uſucapiendi conditionem. l. pro emptor §. ſi à pupillo. ſecundo reſponſo. ff. pro emptore.*
  - Cum ſolennitate *& cum decreto: & ſi dominus eſt pupillus transfert dominium: ſi non dominus, uſucapiendi conditionem. l. pro emptore. §. tutor. ff. pro emptore. & ff. de reb. eorum. per totum.*
- Putat *eum adultum & tunc aut emit.*
  - Rem pupilli, *& non procedit. uſucapio. l. bonæ fidei. ff. de acquir. rer. dom. l. 3 ff. de autor. tut. ſiue res ſit mobilis. ſiue immobilis.*
  - Rem alterius *& tunc aut erat res*
    - Immobilis: *& tunc non procedit: quia ſciuit, aut ſcire debuit, adultum talem rem uendere non poſſe. l. ubi lex. cum gloſſa ff. de uſucap.*
    - Mobilis: *et aut res eſt*
      - Quæ ſeruando *ſeruari pot eſt & non procedit uſucapio. l. lex quæ tutores. ff. de adminiſt. tutor.*
      - Quæ ſeruando *ſeruari non poterat: & procedit uſucapio. Bartol. in l. pro emptore. § ſi à pupillo. nu. 4. & 5 ff. pro emptore.*

VSVCAPIO AN PROCEDAT IN RE DONATA FILIO A' PATRE? CCCXIII.

L.1..§.ſi pater filio.nu 3 ff pro donato.

R. Aut pater donauit filio
- Emancipato: *& procedit uſucapio, titulo pro donato, quia ualet donatio, l.penult.ff.pro ſuo, ſecundum unam lecturam.*
- In poteſtate: *& tunc aut natur*
  - Vt *haberet in peculio: & tunc non procedit uſucapio, titulo pro donato, l.1.§.ſi pater filio, ff. pro donato.*
  - Tanquam *extraneo: & tunc aut donauit*
    - Sibi *ut bene meritò, & præceſſerunt merita: & ualet donatio, & procedit uſucapio pro donato, notatur in* Auth. *unde ſi parens, C.de inoffi.teſtam.*
    - Non *ut bene meritò: & tūc aut pater*
      - Emancipauit *in uita: & procedit à tempore emancipationis uſucapio, l.donatio, § pater, ff.de donat.*
      - Eum *non emancipauit: et aut quæritur an procedat uſucapio*
        - Viuente *patre: & non procedit, l.1.§.ſi pater filio, ff pro donato.*
        - Mortuo *patre: & aut pater*
          - Mutauit *uoluntatem: & non ualet, niſi hæres patris confirmauit, l.ſi pater, ff.pro donato.*
          - Perſeuerauit *in uoluntate: et uſucapit à tempore mortis non pro donato, ſed quaſi pro donato, uel quaſi legato, l.2.§.fin.ff. pro herede.*

COMMISSA EXECVTIONE, AN VIDEATVR COMMISSA cognitio? CCCXIIII.

L. A'diuo Pio. in princip. nu.4.ff de re iudicata.

R. Quòd aut cōmittitur executio
- Nulla *præcedente cauſæ cognitione, & tunc uidetur commiſſum, ut cognoſcat de ueritate.l. etſi non cognitio. C.ſi contra ius uel util. public.*
- Cognito *prius de cauſa, unde lex committit alicui executionem in defectum iuriſdictionis, tunc ſine dubio habet cognitionem, quæ requiritur in executione.l.à diuo* Pio.*in princip ff de re iudicata.*
- In auxilium *iuriſdictionis poſt latam ſententiam, & tunc quædam eſt cognitio*
  - Circa *res in quibus debet fieri executio, & hoc caſu executor poteſt cognoſcere. leg. à diuo* Piò.*§.in uenditione.ff.de re iudicata.*
  - Super exceptionibus *quæ oppponuntur poſt ſententiam, & aut illæ exceptiones reſpiciunt*
    - Merita *principalis cauſæ, de quib. in l.i.C.de iur. & facti ignor. & de iſtis non poterit conoſcere, ſed debet remittere ad priorē iudicem.l penult.ff.de confeſſ.*
    - Solùm *executionem, nec infringunt ſententiā, ut exceptio ne ab aliquo ultrà quàm facere poſſit exigatur, & de iſtis cognoſcet executor.d.l.penult.*
    - Contrarietatem *ſententiæ, ut exceptio nullitatis, & tūc executor poteſt de his cognoſcere, non ut pronunciet ſententiam exequendam non eſſe ratione nullitatis, ſed deinde remittit ad primum iudicem ordinariū.l. ſi prætor in princip. & §. Marcellus.ff. de iudicijs.*
- Poſt *ſententiam, & poſt habitam cauſæ cognitionem, & iſte eſt uerus executor, & nullam habet cauſæ cognitionem, quia omnis cognitio præceſſit, & uera executio uidetur commiſſa.*

L.A'diuo

IVDEX AN ET QVANDO POSSIT DEMANDARE EXECVTIONI ſententiam latam per alium iudicem?

CCCXV.

L. A diuo Pio § ſententiam Romæ, nu. 1. ff. de re iudicata.

R. Quòd aut iudex alius
- Eſt iuſdem *tribunalis: quia ſucceßit, uel primus eſt remotus: & tunc poteſt, quia uidetur idem iudex. l. ponebatur. ff. de iudic. ſi uero non ſucceßit ei, ſed ſunt duo iudices eiuſdem tribunalis: tunc alius non poteſt ſe intromittere ſine uoluntate primi iudicis. ut l. 1 ff. de off. conſul.*
- Non eſt *eiuſdem tribunalis: & tunc aut mandat ſentẽtiam executioni.*
  - Non tamen *uoluntate primi iudicis: & tunc non poteſt ſe intromittere. l. 1. ff. de officio conſul.*
  - De petitione *alterius iudicis: & tunc aut iudex eſt*
    - Talis *ad quem executio pertineat de iure communi uel municipali: & poteſt exequi l. à diuo Pio. in princip. ff. de re iudicata.*
    - Alius: *& unc aut petit executionem*
      - Ad literas *& preces primi iudicis ſententiantis: & poteſt. Bar. in l. a diuo Pio. §. ſententia Romæ. nu. 1 ff. de re iudic.*
      - Sine literis: *& tunc non poteſt. l. 1. ff. de off. conſul.*

AN TERTIVS VENIENS POSSIT IMPEDIRE EXECVTIONEM?

CCCXVI.

L. A diuo Pio. §. ſi ſuper reb. ff de re iudicata.

R. Quòd aut antea gebatur actione
- Perſonali *& tunc quilibet intendens de iure ſuo in re non petita, in qua fit executio, impedit executionem. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper reb. ff. de re iudicata. ratio, quia de iure rei illius nunquam fuit cognitum, ſed in ſequentibus caſibus erat de iure rei cognitio.*
- Reali: *et tũc aut fit executio in re*
  - Petita: *& tunc aut illa res*
    - A nemine *erat poſſeſſa: & tunc quilibet ſuperueniens impedit executionem. argumento l. ultimæ. C. de edicto. diui Had. toll.*
    - Non *uacabat, ſed erat poſſeſſa: & tunc tertius ueniens non impedit executionem, ſed cauebitur de indemnitate poſſeſſori. l. is à quo. de re iudicata.*
  - Non *petita, ut pro pecunia, in qua quis eſt debitor: & tunc debet ſummariè cognoſci, & ſic per poſſeſſorem quilibet habet impedire. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iudicata.*

AN ET QVANDO VALEAT PEREMPTORIA?

CCCXVII.

L. Contra pupillum, ff. de re iudicata.

R. Quòd aut illa fertur contra
- Maiorem *& tunc aut ille maior*
  - Abeſt *reipub. cauſa; & tunc non ualet peremptoria. quia reſtituitur. l. contra pupillum. ff. de re iudicata.*
  - Non *abeſt reipub. cauſa: & ualeret premptoria, ita præſupponitur à contrario ſenſu. d. l. contra pupillum.*
- Minorem *& tunc aut tutor uel curator*
  - Non *interuenit nec ab initio, nec in cauſæ proceſſu: & tunc non ualet peremptoria. l. cum minores. in primo reſp. C. ſi aduerſ. rem. iudic.*
  - Interuenit *& tũc aut*
    - Ab *initio, & in cauſæ proceſſu: & tunc ualet, ſed reſtituitur. l. cum & minores, ſecundo reſponſ. C. ſi aduerſ. rem iudic.*
    - Ab *initio, non in cauſæ proceſſu: & ualet, ſed reſtituitur. ut colligitur in l. ſi præſes. C. quomodo. & quand. iudex.*
    - In *cauſæ proceſſu, non autem ab initio: & eſt ipſo iure nulla, quaſi non cum legitima perſona ſit initiatum iudicium. l. momentaneæ. C. qui legit. perſonam.*

L. Non

FALSVM SI QVIS IN IVDICIIS PRAEPARATORIIS CONfitetur, an & quando poſsit reuocare?
CCCXVIII.

L.Non fetetur.nu 1 ff.de confeſsis.

- R. quod aut confitetur falſum
  - Scienter: *et tunc aut aduerſario*
    - Sciente: *& poteſt reuocare.l.is qui ſe obtulit.ff de rei uindicat.*
    - Ignorante *& tunc aut*
      - Ante litem *conteſtatam: & poteſt reuocare, ſi nulla ſit captio actoris ſeu aduerſarij.l.de ætate.§.final.ff.de interrogat.act.*
      - Poſt litem *conteſtatan: & non eſt locus pœnitentiæ d.l.is qui ſe obtulit.ff.de rei uindicat.*
  - Ignorãter: *& tunc aut loquimur in caſibus*
    - Inquibus *poteſt reuocari, ſi ex certa ſcientia eſſet confeſſus: tunc multo magis, ſi per errorem. Bartol.in.l non fatetur.ff.de confeßis.*
    - Aliis: *& tũc aut iuſtam erroris cauſam*
      - Nõ habet *& aut fuit in*
        - Lata culpa: *& non poteſt reuocare.l.de ætate.§ qui iuſto.in fine ff.de interrogat.act.*
        - Leui culpa: *& tunc uſque ad ſententiam poteſt reuocare, probãdo contrarium.l.error.C.de iuris & facti ignor.*
      - Habet ita, *quód in nullam culpam cadit: & uſque ad ſententiam poteſt reuocare.l.error.C.de iuris & facti ignor.*

FALSVM SI QVIS CONFITEATVR CIRCA EA QVAE pertinet ad litis deciſionem, an poſsit reuocare?
CCCXIX.

D.l.Non fatetur.nu.9.ff.de confeſsis.

- R. Quòd aut cõfitetur falſum
  - Scienter: *& præiudicat ſine dubio.l.quidam in.iure.ff.de donat.*
  - Ignoranter: *& tunc aut queritur.*
    - An ſibi *præiudicet interim, donec probetur contrarium: & ſine dubio præiudicat.l.iubemus.ff.de liberal.cauſa.*
    - An poſsit *probari contrarium: & aut quis confitetur in cauſa*
      - Quæ creſcit *per inficiationem: & nõ poteſt probari contrariũ.l.ſi is.ff.de cõfeß.*
      - Alia *& tunc aut talis error cadit in*
        - Latam *culpam: & non poteſt reuocari.d.l.de ætate.§. qui iuſto. ff.de interrogat.act.*
        - Leuem culpam: *& tunc ante ſententiam poteſt* reuocari, *non poſt.l.error.C.de iuris & facti ignor.*
        - Nullã culpam: *& tunc ante ſententiam poteſt reuocari de iure communi, errore probato.d.l.error. & poſt ſententiam poteſt reuocari per reſtitutionem in integrum, ex clauſula generali. Si qua mihi iuſta cauſa. & l.de ætate.§.ex cauſa.ff. de interrogat. action.*

L.Non

ERROR FACTI VT PRAESVMATVR IVSTVS, ITA VT POSSIT reuocari confeſsio an ſufficiat probari, quòd res aliter ſe habeat?

L.non fatetur,nu.10. de confeſs.

R. quòd aut uolo reuocare confeſsionem

- Alterius, *ut mei procuratoris, & tunc ſufficit rem aliter ſe habere, ut præſumatur error, l.certum, § ſed an & ipſos, ff. de confeſs.*
- Propriam: *& tunc aut circa factum erraſſe*
  - Alienum: *& probando rem aliter ſe habere ſatis eſt, quia in facto alieno probabilis eſt ignorantia, l ſi ff pro ſuo.*
  - Propriũ: *& tunc aut dicit quis ſe erraſſe*
    - Extra iudicium: *& aut qui dicit ſe errac*
      - Certat *de damno uitando: & tunc probando rem aliter ſe habere præſumitur error, l.ſi poſt, C.de iuris & fact.ign.*
      - Non *certat de damno uitando, ſed eſt in pari cauſa cum aduerſario: & tunc in facto proprio non præſumitur error, l.quanquam, ff. ad Vellcian.*
    - Iudicio: *& aut*
      - præparatoria: *& idem quod extra iudicium, quia probando rem aliter ſe habere præſumitur error, l.de ætate, § qui iuſto, ff.de interrog.act.*
      - Deciſoria: *& tunc dicitur quòd error non præſumitur, ut perſuaſio aduerſarij longinquitas temporis, quod negocium implicitum Bartol.in l.non fatetur,nu 10 ff.de confeſsis.*

CONFESSIO IN IVDICIO FACTA PER EVM QVI PRO ME eſt in iudicio, an & quando mihi præiudicet? CCCXXI.

L.Certum,§ ſed an & ipſos,ff. de confeſsis.

R. Quòd aut confitetur

- Defenſor *ſine mandato: & non præiudicat domino, niſi ſequatur ratihabitio, l. ſi defenſor, ff.de interrog.act. l.certum, §.ſed an & ipſos, ff.de confeſſ.*
- Procurator: *& tunc aut habet mandatum*
  - Speciale: *& tunc præiudicat domino eius confeſsio, l.qui ſeruum, ff.de interrog.act. l proinde, §. 1. ff ad l. Aquil.*
  - Generale: *& tunc idem dicitur, quòd infrà in tutore uel curatore, Bartol.in l.certum, §.ſed an & ipſos, nu.2. ff de confeſsis.*
- Tutor *aut curator: & tunc aut confitentur*
  - per modum *uoluntariæ iuriſdictionis: & non præiudicat eorum confeſsio, Gloſſ.in l.proinde, §.1.ad l. Aquil.*
  - Per modum *contentioſæ iuriſdictionis: & præiudicat pupillo, domino & adulto, l.non ſolum, in princip.ff.de procurat, l.quoties, §.ſicut, ff.de adminiſt.tut.*

L.Prætor

POENA QVAM QVIS CONSEQVITVR RATIONE REI meæ quam debet mihi reſtituere, utrum ueniat reſtituenda cum ipſa re? CCCXXII.

L. Prætor ait. §. quod de fruƈtib. nu. 1 ff de bon. auth iud. poſsid.

R. Quòd aut conſequitur pœnam
- A me: & aut illa pœna
  - Succedit *loco rei amiſſæ: & debet reſtituere. l. quoties ff. de iure dotium.*
  - Non *ſuccedit loco rei meæ, ut in furto: & non debet reſtituere. l. ſi pignore 2. reſponſo. ff. de pignor. act.*
- Ab alio: & tunc aut ex prouiſione
  - Mea: *& debet mihi reſtitui. l. prætor ait. § quod de fruƈtibus. ff. de bonis auth. iud. poſsidend.*
  - Sua: *& tunc aut iſta pœna*
    - Succeſsit *loco rei amiſſæ: & debet mihi reſtituere. l. ſed & ſi. in princip. ff. de petit. hæred.*
    - Non *ſucceſsit loco rei amiſſæ: & tunc non debet mihi reſtituere. l. at ubi ff. de petit. hæred.*
  - Legis: *et tunc aut conſequitur propter deliƈtum*
    - Commiſſum *in ipſam rem, ut in damno dato: & tunc mihi debet illa pœna reſtitui l. euiƈta. ff. de petit. hæred.*
    - Commiſſum *in perſonam ſuam occaſione rei, ut fuit iniuriatus propter rem: & tunc non debet mihi illa reſtitui. l. bouem. §. ſed ſi per eum ſeruum ff. de Aedil. ediƈto*
    - Quod *reſpicit uſum rei, ut in furto, in quo ſolo uſu delinquitur: tunc tenetur reſtituere rem, non autem pœnam conſequutam. l. is qui rem. ff. locati.*

IN PIGNORIBVS AN ET QVANDO PROCEDAT ut qui prior in tempore, potior ſit in iure? CCCXXIII.

L. Cum unus. nu. 10. ff de bon. auth. iud. poſsid.

R. quòd aut loquimur in pignore
- Conuentionali: *& tunc ſine dubio procedit, ut prior in tempore, potior ſit in iure. l. cum tabernam. de pignor. cum ſimile concord.*
- Iudiciali: *& tunc idem quòd prior in tempore, potior ſit in iure. l. 2. ff. qui pot. in pig hab.*
- Prætoris: *et tunc aut omnes prætendunt*
  - Ius *obligationis: & tunc nullus erit potior in iure, quia nullus eſt prior in tempore, quàm alius: quòd uno immiſſo, omnes ſunt ſtatim immiſsi, & ſic omnes ſunt pares in tempore. l. qui autem. §. ſciendum. ff. de his quæ in fraud. cred.*
  - Officium *iudicis: & tunc non procedit illa regula. quia ſicut prætor ſua æquitate primum admiſit, ita ſua æquitate non uult ut unus alteri præferatur. l. ſi finita. §. ſi plures. ff. de danno infeƈto.*
  - Vnus *ius obligationis, alius officium iudicis: & tunc habet locum regula. Qui prior. l. 2. C. qui pot. in pign. hab.*

L Pupillus.

CREDITOR VNVS QVOD EXIGIT, AN TENEATVR cum aliis communicare? C.C C X X I I I I.

L. Pupillus. ff. quæ in fraud.

R. quòd aut eſt ſolutum.

- Indebitum: *& reuocatur per creditores. l. tutores ff. de condict. indebiti.*
- Debitū: *& tunc aut alij creditores prætendunt*
  - Hipothecā, *& tunc aut creditor*
    - Poſsidet, *uel dolo deſijt poßidere, & alij creditores reuocare poſſunt per hypothecariā. l. ſi fundus. §. in uenditione. ff. de pignorib.*
    - Sine *dolo deſijt poßidere, & conuenitur condictione ex lege. l. ſancimus. §. ſi uerò creditores. C. de iure delib.*
  - Priuilegiū: *& tunc aut ſoluitur*
    - Species: *& diſtinguitur ut ſuprà in hipotheca. Bartol. in l. pupillus. ff. quæ in frau. cre.*
    - Genus *immediatè dicitur, quod poteſt reuocari. l. pecunia. C. de priuileg. fiſci. genus enim perire non poteſt. l. in ratione. §. incertæ. ff. ad l. Falcidiam.*
  - Simplicē *æquatem, et aut erant*
    - Bona *poſſeſſa, & poſſum reuocare. l. qui autem. § ſciendum. ff. quæ in fraud. credit.*
    - Bona non *poſſeſſa, & aut creditor exigit*
      - Iudicis *autoritate, & non poteſt reuocari. d. l. qui autem. §. ſciendum.*
      - Sine *iudice, & tunc aut*
        - Per *gratificationem, & cogitur communicare. l. pupillus. ff. de his quæ in fraud.*
        - Sine *gratificatione, & tunc aut*
          - Cum *extorſione, & cogitur communicare. d. l. pupillus.*
          - Sine *extorſione, & tunc aut erat*
            - Idem *debitū diuiſum inter ſocios, & debet communicari. l. uerum. §. ſi cum tres. ff. pro ſocio.*
            - Idem *debitum inter cohæredes: et dicitur ut p Bartol. in d. l. pupillus.*
            - Diuerſa *debita pluribus, & non debet cōmunicare. l. ſi nō expedierit §. i. ff. de bonis auth. iudicis poßid.*

IN IVDICIO VTI POSSIDETIS, REO ABSOLVTO, quòd actor non poſsidet, an debeat actor condemnari ne reum decætero moleſtet? C C C X X V.

L. Ait prætor. §. quod ait prætor. num. 5. ff. uti poſsidetis.

R. quòd aut reus abſoluitur

- Quia *actor non poßidebat, & tunc actor in nihil condemnabitur, reſpectu poſſeßionis de qua agitur, & proderit actori. Quòd ſi decætero moleſtaret reum, & reus inciperet agere contra eum interdicto uti poßidetis, reus poſſet ſuccumbere, ſi apparet eum poßidere ab aduerſario ui, clàm uel precariò. l. 1. quod ait prætor. ff. uti poßidetis.*
- Quia *docuit ſe poßidere, & aut docuit ſe poßidere*
  - Iuſtè, *& poterit imponi ſilentium, ne decætero eum moleſtet. l. circa. ff. de probat.*
  - Simpliciter, *et non imponitur ſilentium, quod poſſet eſſe, quia poßidet ui, clàm, uel precariò. Bartol. in d. §. quod ait prætor.*
- Quòd *actor nec reus poßidet aliquo modo, utputa creditori miſſus in poſſeßionem ex primo decreto. l. ſi duos. §. creditores. ff. uti poßidetis. tunc non eſt dubium quòd reus abſoluitur. d. §. creditores. tunc actor ſibi in nullo condemnatur.*
- Vterq; *poßidet, & tunc aut poſsidet*
  - Vterq; *iuſtè: ut quia ego habeo ciuilem, quia dominus, tu naturalem quia fructuarius, tunc uterque uincit, quia neuter debet in poſſesſione ſua turbari, & uterque uincet, quia neuter debet turbare aliū, ſed uti poßident, poßidere debent. l. 1. in princip. & l. ſi ſuo. ff. uti posſidetis.*
  - Vnus *iuſtè, alius iniuſtè ab alio quàm ab aduerſario, & iſto caſu idem quod quando uterque iuſtè poßidet. l. i. § finali. cum lege ſequenti. ff. uti posſidetis.*

L. Si

SENTENTIA IN INTERDICTO VTI POSSIDETIS, QVA liter feratur? CCCXXVI.

L. Si duo. in princip. nu. 4. ff. uti poſsidetis.

R. Quòd aut ex actis apparet quòd poſsidet

- Vnus iuſte, *& alius non poſsidet, ſed inquietat: & condemnabit illum, ut à turbatione deſiſtat, in futurum non turbet, & ad intereſſe turbationis præteritæ.* Bartol. *in l. ſi duo. in princip. nu. 4. ff. uti poſsidetis.*
- Vterq;: *& tunc titulo poſsidendi*
  - Diuerſo: *et tunc aut*
    - Vterq; iuſte, *ut dominus & fructuarius, tunc utrumque condemnabit, & utrumque abſoluet diuerſis reſpectibus.*
    - Vnus iuſte, *alius iniuſtè, & aut poſsidet iniuſtè*
      - Ab aduerſario; *& tunc ille condemnabitur ad illa tria, ut ſuprà in primo caſu.*
      - Ab alio, *non ab aduerſario, & idem dicitur, ac ſi uterque poſsideret iuſtè.*
  - Eodē, *quia uterque probauit ſe dominum, & aut*
    - Vnus probauit *de poſſeſsione ſua per plures uel meliores teſtes, & ille debet obtinere. l. ob carmen. in fine. ff. de teſtib.*
    - Teſtès *uniuſcuiuſq; ſunt æquales dignitate & numero, & tunc aut*
      - Vnus probat *de ſua poſſeſsione antiquioris temporis quàm alius, & ille uincet. quia ſecunda poſſeſsio præſumitur clandeſtina, cum duo in ſolidum non poſsint poſsidere. l. 3. §. ex contrario. de acquir. hæred.*
      - Vterq; probat *æquale tempus poſſeſsionis, & tunc aut*
        - Vnus *oſtendit titulum poſſeſsionis ſuæ, alius non, & uincit qui titulum oſtendit l. 1. C. de edict. diui* Had. *toll.*
        - Nullus *oſtendit titulum, uel uterque æqualem. & tunc iudex debet utrique dare partem.*

CONVENTIO VNIVS DE PLVRIBVS DELINQVENtibus, an reliquos liberet? CCCXXVII.

L. Semper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod ui aut clàm.

R. Quòd aut delictū propter quod imponitur pœna eſt

- Ex *parte agentis, & conuenti, & tunc aut delinquentes*
  - V*na familia, uel unum collegium, uel una uniuerſitas, & tunc unius ſolutio liberat alios, & perinde eſt, ac ſi unus deliquiſſet, per totum titulum. ff. ſi famil. furtum feciſſe dicatur.*
  - Diuerſis *nominibus diſtinguuntur, nec ſunt de eadem domo ſeu familia, & tunc ſiue fecerunt cōmunicato conſilio, ſiue proprio motu, quilibet tenetur in ſolidum, nec unus ſoluendo liberat alium. l. uulgaris. §. ſi duo. ff. de furtis.*
- Ex *parte rei, & ex parte actoris: & tunc aut deliquerunt*
  - Communicato *conſilio, tunc unius conuentio liberat alterum de rigore. l. ſemper. §. ſi in ſepulchro. ff. quod ui aut clàm. ſed de æquitate non liberantur conuentione, ſed perceptione. leg. ſi ex duobus. §. 1. ff. de peculio.*
  - Quilibet *proprio animo, & tunc aut*
    - Concurrunt *in idem tempus, & unius conuentio liberat alium perceptione ſecuta. l. 1. § fin. ff. de his qui deiecer.*
    - Deliquerunt *diuerſis temporibus, tunc uno ſoluente, alter non liberatur. quod patet. quia ubi agitur rei perſecutoria, uno ſoluente, alter non liberatur. l. qui re. §. 1. ff. de furtis. ergo multo magis ubi ex altera parte eſt pœnalis.*

L. Si poſt

AN ET QVANDO PARTICVLARE IVDICIVM POSSIT EXCIPI, ne ius fiat petitioni hæreditatis? CCCXXVIII.

L. Si poſt litem, ff. de except.

R. quòd aut loquimur in cauſis
- Summariis, & *tunc non poteſt opponi illa exceptio, l. ille à quo, §. ſi de teſtamento, ff. de petit. hære d.*
- Aliis, & *tunc aut illa actio eſt*
  - Tempore *peritura, & nõ poteſt opponi illa exceptio, l. cum hæreditas ex trebell. in fine, ff. ad* Trebell.
  - Non *eſt tempore peritura, & tũc aut petitor uel poſſeſſor hæreditatis*
    - Agit *aliquo particulari iudicio, & tunc indiſtinctè poteſt opponi exceptio hæreditatis.*
    - Conuenitur, & *aut mouetur iudicium*
      - Inter *eos, inter quos ſperatur moueri uniuerſale iudicium, & tunc illa poteſt opponi, l. non diſtinguemus, §. ſi is, ff. de arbit.*
      - Inter *poſſeſſorem & tertium, & aut iudicium eſt*
        - Reale, *& tũc aut illud mouetur*
          - Ex *eadem cauſa, & tunc poteſt opponi illa exceptio, Gloſſ. in l. poſt litem, ff. de exception.*
          - Ex *alia cauſa, & tunc non obſtat exceptio, quia non facit præiudicium, l. ſi quis libertatẽ, in fine, ff. de petit. hæreditatis.*
        - Perſonale: *& tunc diſtinguitur, ut in l. ultima,* C. *de petit. hæred.*

DE IVRE TERTII, AN ET QVANDO OPPONI POSSIT? CCCXXIX.

L. Qui cum hærede, ff. de except. rei iud.

R. quòd aut oppono de iure tertii
- Cui *ſucceſſi, & tunc de eo dicitur notari in c. is qui in ius. de reg. iur. in ſexto, & in l. ſi tertius, ff. de aqua pluuia arc.*
- Vt *fideiuſſoris, & de hoc in l. exceptiones, l. 2. ff. de exception. & in l. 2. ff. de duobus reis.*
- Prorſus *extranei, & aut ius tertij*
  - Excludit *ius agentis ipſo iure, & tũc aut excludit*
    - Siue *uelit, ſiue nolit tertius, & tunc poteſt opponi de iure tertij, l. fin.* C. *de rei uindicat.*
    - Non *niſi tertius uoluerit, & tunc de iure tertij non poſſum opponere, l. 2. ff. ſi ager uectigal. cum Gloſſa, iuncta l. 2.* C. *de iure emphyteut.*
    - Ius *alterius ipſo iure, ſi tertius non contradicat, licet non requirat ur uoluntas eius expreſſa, & tunc poteſt opponi de iure tertij, l. 1. ff. de except. rei iud. iuncta, l. filio præterito, ff. de iniuſto. rupto, &c.*
  - Non *elidit intentionem agentis ipſo iure, & tunc aut ius tertij ut alijs proſit*
    - Tendit, *& poteſt uti alius iure tertij, l. ſi poſt mortem, §. fin. ff. de bon. poſſeſſ. cõtra tabul.*
    - Non *tendit, & tunc ſi non opponeret cõuentus,*
      - Incideret *in periculum, quòd teneatur bis ſoluere, & tunc poteſt opponere, l. qui cum hærede, ff. de except. rei iudicatæ.*
      - Non *incideret in tale periculum, & tunc non poteſt de iure tertij, l. ſi quis emptionis, § ſi uerò nullum, C. de præſcript. 30. annorum.*
  - Solum *diminuit in aliquo ius agentis: et tunc aut illud ius tertij eſt*
    - Quædam *acceſſio rei uel perſonæ, ut ſeruitutes reales & perſonales, & non poteſt opponi de iure tertij, l. loci corpus, §. competit, ff. ſi ſer. uind. l. indebiti, §. ſed ſi nummi, ff. de condict. indeb.*
    - Ius *per ſe, ut utilis dominij, & tunc de iure tertij poteſt opponi, ſicut quando eſt excluſiuum totius, notatur per Gloſſ. in d. §. ſi nummi, in fine.*

EXCEPTIO REI IVDICATAE AN OBSTET IN OMNIBVS CAVSIS? CCCXXX.

L. Et an eadem. §. actiones, num. 6. cũ ſeq. & 12. ff. de except. rei iud.

R. Aut loquimur in actione

- perſonali, & tunc aut quis propoſuit actionem
  - Simpliciter & generaliter: & aut expreßione actionis
    - Colligitur expreßio cauſæ, & tunc ad illam tantum reſtringitur actio. l. & an eandẽ, ſecundum lecturam Dyni, & notatur in l. 1. in Gloſſa magna, ff. de edendo.
    - Non colligitur expreßio cauſæ, & tũc aut eſt proſecutus
      - Simpliciter: & obſtat exceptio rei iudicatæ in omnibus cauſis, l. fin. C. de annali except.
      - Vnam cauſam, & aut ſententia fuit
        - Specialis, & non obſtat exceptio rei iudicatæ in alijs, l. age, C. de tranſact.
        - Generalis & tunc aut quis omiſit alias cauſas proſequi
          - Ignoranter, et licet in alijs obſtet exceptio rei iudicatæ, tamen replicatione eliditur, l. licet, C. de iudicijs.
          - Scienter & malicioſe, & in alijs rei iudicatæ obſtat exceptio, l. de reb. ff. de arbitris.
  - Expreſſa certa cauſa: et tunc aut uult agere iterato
    - Actione alia deſcendente ex alia cauſa, & poteſt, l. ſi mater. §. 1. & ibi notatur, ff. de exceptio. rei iudic.
    - Actione eadem, cum adiectione diuerſæ qualitatis, & tunc non poteſt, l. in delictis, §. ſi detracta, de noxal. ſed per reſtitutionem in integrum ex cauſa iuſtæ ignorantiæ poßet, l. habebat, in princip. ff. de inſtit.
- Reali: et tũc aut quis propoſuit actionem
  - Expreſſa certa cauſa, & non obſtat exceptio rei iudicatæ, agenti ex alia cauſa, l. ſi mater, §. ſi quis autem, ff. de except. rei iud.
  - Non expreſſa certa cauſa, et tunc aut eſt proſecutus
    - Simpliciter, & obſtat exceptio rei iudicatæ in omnibus, l. & an cãdem, §. actiones ff. de except. rei iudic.
    - Vnam cauſam tantum, & tunc aut
      - Sum reſtitutus ex iuſta cauſa ignorantiæ: & tunc poßum agere ex alia, l. ſi mater, in princip, ff. de except. rei iudicatæ.
      - Non habeo iuſtam cauſam ignorantiæ, & non poſſum agere ex alia cauſa. Bartol. in d. l. & an candem, §. actiones, nu. 12. fallit in matre, ut ibidem.
- perſonali in rem ſcripta, & tunc iudicabimus ſecundum actionem perſonalem, Bartol. in d. l. & an candem, § actiones, nu. 17.

VTILIA TEMPORA VT CVRRANT, AN AD HOC REQVIRATVR miſſio procuratoris, ſi ipſe fuerit impeditus? CCCXXXI.

L. 1. ff. de diuerſ. & tẽp. præſcript.

R. Quòd aut loquimur ex parte

- Actoris ad præſcriptionem interrumpendam, & tunc tenetur mittere procuratorem, l. 1. ff. de diuerſ. & temporal. præſc.
- Rei ad contumaciam excuſandam, & tunc aut quis impeditur
  - Ratione dignitatis ſeu priuilegij: & tunc aut impedimentum eſt
    - Perpetuum, & tunc tenetur mittere procuratorem, l. ult. C. de procurat.
    - Temporale, & non tenetur mittere procuratorem, l. pars literarum, ff. de iudicijs.
  - Propter aliam cauſam, & tunc aut eſt impedimẽtum
    - Non neceſſarium, ſed uoluntarium, & tunc tenetur mittere, l. 1. ff. eum qui appell. in prouinc.
    - Neceſſarium, ſed non probabile, & tunc non tenetur mittere, l. ſed etſi per prætorem, §. aduerſus, & §. ſeq. ff. ex quib. cauſ. maior.
    - Neceſſariũ et probabile, et tũc aut eſt
      - Parũ duraturũ, & nõ tenetur mittere, l. 2. §. ſi quis, ff. ſi quis caut.
      - Diu duraturum, & tunc dicitur ut in l. eandem, ff. de legatis, quod aut uenit impedimentum ante aut poſt litem conteſtatam.

L. In

RES FISCI QVANTO TEMPORE PRAESCRIBANTVR? CCCXXXII.

L. In omnibus. ff de diuerſ. & temp. praeſc.

R. quòd aut loquimur i[n] reb. in patrimonium fiſci

- Incorporalis: & praeſcribuntur ſpacio 30. annorum. fallit in caſibus poſitis in l. ultima. C. de ſacroſ. eccleſ. & in alijs poſitis per Bartol. in l. in omnibus. ff. de diuerſ. & temp. praeſcript.
- Incorporā dis: & tunc delata ſunt in fiſcum propter
  - Vectigal non ſolutum: & ſufficit quinquennium, ut in l. 2. C. de uectigal. & commiß.
  - Aliam cauſam: & tunc aut fiſco
    - Sunt denunciata: & ſpacio quatuor annorum praeſcribuntur. l. in quatuor. §. 1 ff. de diuerſ. & temp. praeſcript.
    - Non ſunt denunciata: & tunc aut poſſidet
      - Titulo: & ſufficiunt 10. uel 20 anni l. quamuis ff de uſucap.
      - Sine titulo: & ſufficiunt 20. anni. l. in omnib. ff. de diuerſ. & temp. praeſcript.

PROCVRATOR AN ET QVANDO POSSIT SVBSTITVERE? CCCXXXIII.

L. In uſucapione § acceſsio ff de diuerſ & temp praeſcript.

R. quòd aut loquimur in procuratore ad

- Iudicia: & tunc aut ſubſtituit
  - Ante litem conteſtatam: & non poteſt. Bartol. in l. in uſucapione. §. acceſſio poſſeſſionis. ff. de diuerſ. & temp. praeſcript.
  - Poſt litem conteſtatam: & poteſt. l. quod quis. C. de procurat.
- Negocia et tunc aut habet mandatum
  - Generale: & quandocunque uult poteſt ſubſtituere. l. 1 § magiſtrum. ff. de exercit. l. quandocunque in fine. ff. de inſtitor.
  - Speciale: et tunc aut mandatum
    - Habet certam & limitatam formam: & non uidetur electa perſonae induſtria: ideo poteſt alteri delegare. l. ſi ego. ff. quod ui aut clam.
    - Non habet certam formam: & tunc non poteſt alteri delegare. quia uidetur electa induſtria certae perſonae. l. in uſucapione. § acceſſio poſſeſſionis. ff de diuerſ & temporal. praeſcript.

LITIGIOSVM AN ET QVANDO QVID REDDATVR? CCCXXXIIII.

L. 1. § ſi inter. nu. 2 de litigioſis

R. quod aut agitur actione

- Reali: & tunc aut contenditur
  - Principaliter de dominio, uel de eo quod pars dominij eſt, ut de uſufructu: & tunc fit litigioſa per ſolam citationem. Auth. litigioſa. C. de litigioſ. & ibi notatur per Gloſ.
  - Non de dominio, ſed de alio, ut hypothecaria, confeſſoria & negatoria, & pro alijs ſeruitutibus: & tunc iſta res non efficitur litioſa, ut in Auth. de litigioſis. §. ad hoc ipſa tamen actio efficitur litigioſa per litis conteſtationem. l. 2. C. de litigioſ.
- *

*
- Perſonali: & tūc aut cō tenditur
  - Non de ipſa, ſed de aliquo opere facto in re: tunc ipſa res nunquam efficitur litigioſa, ſed bene actio per litis conteſtationem.l.2.C.de litigioſis.
  - De ipſa re: & tunc efficitur litigioſa ipſa res, & actio per litis conteſtationem.d.l.2.C.de litigioſis
- Mixta: & tunc aut eſt actio
  - Vniuerſalis: & tunc olim & hodie efficitur litigioſa per ſolam citationem.l. diuus.ff.de petit. hæred.
  - Particularis: & tunc res & actio efficitur litigioſa per litis conteſtationem.l.1.in fine.C. commun. diuid.

ACTIO VTILIS AN EX SOLO CONTRACTV SINE ceſsione tranſeat? CCCXXXV.

L.1.nu.27.ff de action.& obligat.

R. quòd aut alicui debetur ius ſeu nomen
- Ex ultima uoluntate & tunc aut titulo.
  - Singulari, ut ex cauſa legati: & tranſit utilis ſine ceſsione.l.ex legato.C.de legatis.
  - Vniuerſali: & non tranſit ſine ceſsione.l.reſtituta ff. ad Trebell.fallit, ſi non reperitur qui cedat, & in alijs caſib.notatis in l.penult §.1.C.ad Trebel.& ff.ad Trebel.l.1.§.de illo
- Ex contractu & tunc aut ex contractu
  - Innominato: & tranſit utilis actio ſine ceſsione.l.1 ſecundum primam lecturam.C.de action.& obligat.
  - Nominato: & regulariter non tranſit ſine ceſsione.l.1.& 2.ff.pro ſocio.l.emptor.ff.de hæred. uel action.uend.item fallit in dote, fauore dotis.l.1.ff ſolut.mat.& in alijs caſibus, de quibus per Bartol.in l.1.nu.7.ff.de act.& obligat.
- Ex aliqua alia æquitate: & actio non tranſit ſine ceſsione, niſi in ſubſidium, quando non reperitur qui cedat: quo caſu ſemper tranſit utilis ſine ceſsione, licet aliàs ceſsio requiratur.l.1.C.de action.& obligat.

STIPVLATIO QVANDO PER INTERVALLVM INTER interrogationem & reſponſionem non uitietur? CCCXXXVI.

L.1.§ qui præſens ff.de uerb.obligat.

R. quòd aut eſt interuallum
- Magnum: & tunc ſtipulatio uitiatur.l.ſi ex duobus ff.de uerb.obligat.
- Non magnum: & tunc aut
  - Nullus actus eſt interim factus: & non uitiat.l.continuus.in princip & l.1.§. qui præſens.ff.de uerb obligat.
  - Aliquis actus eſt interi factus: et tūc aut eſt actus
    - Ex neceſsitate naturæ: & non uitiat.l.cum antiquitas.C.de teſtamentis.
    - Non de neceſsitate naturæ; & aut erat
      - De pertinētijs contractus: & non uitiat.l.duos reos.in fine.ff de duob.reis.
      - Non de pertinentijs contractus: & uitiat.l.continuus.in principio.ff.de uerb.obliga.

L.1.§.

SI QVID NON VALET VT AGO, AN VALEAT PROVT ualere poteſt? CCCXXXVII.

L. 1. § ſi quis ita, nu. 5 ff de uer. oblig.

R. quòd aut diſponentem ualere uoluiſſe

- Conſtat, & tunc ualet, pro ut ualere poteſt, l. 1. de codicill. l. fin. C. de codicill. & Gloſſa in l. 1. §. ſi quis ita, ff. de uer. obligat.
- Non apparet: & tūc aut inter id quod agitur, & q. ualere poteſt eſt differentia
  - In commodo, & non in conſtituendi modo, & tunc ualet prout ualere poteſt. l. ſi tam anguſti. ff. de ſeruitut.
  - In conſtituēdi modo, & tunc aut in his quæ pendent ex uoluntate
    - Vnius, & tunc aut loquimur
      - In diſpoſitione totali, & tunc ualet ut ualere poteſt, l. non codicillū, C. de teſtam.
      - De parte illius, & ualet ut ualere poteſt. l. filius, §. ut quis hæredem de legatis 1.
    - Duorum, & aut loquimur de obligatione
      - Cōtrahenda: & ſi nō ualet ut agitur, nec ualet ut ualere poteſt. l. 1. §. eum qui, ff. de conſtit. pec.
      - Diſſoluenda: & aut eſt defectus in
        - Forma, & ſi non ualet ut ago, etiam non ualet ut ualere poteſt, l. an inutilis, ff. de acceptil.
        - Materia: & ualet ut ualere poteſt, l. ſi accepto latū, ff. de acceptil.
        - Cauſa efficiente, hoc eſt in perſona, & tunc idem, quia ualet ut ualere poteſt, argumento eius quod notatur in l. multum, ff. de uerb. obligat.

DIVERSITAS INTERROGATIONIS ET RESPONSIONIS an & quando poſſit uitiare ſtipulationem? CCCXXXVIII.

L. 1. §. eadem, nu. 5. ff de uerb. obliga.

R. quòd aut eſt diuerſitas

- Loquelæ, & tūc aut eſt diuerſitas
  - In idiomate, ut quia unus Latinus, alius Græcus, & non uitiat ſtipulationem, l. 1. §. eadem, ff. de uerb. obligat.
  - Non in idiomate, ſed in ſono uocis tantum, ut quia unus dicit tres ſolidos, alius 36. denarios, & non uitiatur ſtipulatio, l. quæ extrinſecus, in fine, ff. de uerbor. obligat.
- In effectu, & tunc aut eſt diuerſitas in
  - Qualitate obligationis, & uitiatur ſtipulatio, l. 2. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de nerbor. obligat.
  - Re, quæ deducitur in obligationem, & aut interrogatio continet
    - Vnam rem, reſponſio aliam penitus diuerſam, & tunc uitiatur ſtipulatio §. ſi de alio, Inſtit. de inutil. ſtipul.
    - Totum, reſponſio partem, & aut loquimur de toto & parte
      - Numerali: & tunc aut
        - Eſt actum, quòd non ualeat ſtipulatio niſi ſuper toto, & non ualet, §. præterea, Inſtit. de inutil. ſtipul.
        - Nihil eſt dictum, & non ualet ſtipulatio, ſi noceret ſtipulatori, l. decem, ff locati, Aliàs ſi non noceret, ualet, l. 1. §. ſi ſtipulanti, ff. de uerb. obligat.
      - Non numerali, et aut pars illa ē pars
        - Impropriè, & uitiat, l. & per iuſiurandum, 2. reſponſo, ff. de acceptil.
        - Propriè et aut præcedit interrogatio
          - Generalis, & ſequitur reſponſio generalis cum exceptione, uel particularis & tunc ſtipulatio ualet.
          - Vniuerſalis, ſeu indefinita, & diſtingue, ut latè per Bart. in l. 1. §. eadē, nu. 7. de uerb. obliga.
          - Indiuidua, & ſequitur reſponſio partis, & ualet ſtipulatio, ut in l. ſi ſtipulatus, § 1. ff. de ſolut.
    - Vnum, & reſponſio idē cum adiectione alterius, uel contrà, & tunc aut quid adijcitur
      - Copulatiuè, & ualet ſtipulatio, l. inter ſtipulantem, §. ſi ſtipulante, ff. de uer. obl.
      - Alternatiue, & aut inter
        - Species, & non ualet ſtipulatio, d. l. inter ſtipulantem, §. ſi ſtipulante, in princip.
        - Quantitates, & ualet, d. §. ſi ſtipulante, 2. reſponſo, de uerb. oblig.

VTRVM IN OBLIGATIONE GENERIS VEL ALTERNATIVA PARTIS ſolutio faciat obligationem eſſe in pendenti? CCCXXXIX.

L. Stipulationum, §. & harum, ff. de uerb obliga.

R. Aut quæritur an ſit in pendenti
- Obligatio uel liberatio ad repetendum ſolutum, & eſt in pendenti, l. ſtipulationum, §. & harum, ff. de uerb. obligat.
- Ipſa obligatio: et aut quæritur an ſit in pendenti obligatio
  - Quo ad ſubſtantiam ipſius, & non eſt in pendenti, l. pecuniam, ff. ſi cert. pet.
  - Quo ad exercitium, & tūc aut præceſſit obligatio
    - Alternatiua, & eſt in pendenti, l. ſi non ſortem, §. ſi decem, ff. de condict. indeb.
    - Generis: et aut loquimur in
      - Principali promiſſore, & tunc non eſt in pendenti, ſed ſtatim potuit exigi, l. ſi ſtipulatus, § 1. ff. de ſolut.
      - Pluribus hæredib. promiſſoris, Gloſſ. in l. ſtipulationum, §. & harum, ff. de uerb. oblig. l. in executione, §. pro parte, ff. eod. & hoc intelligitur, ſi unus ſoluit totum quod debet, ſecus, ſi partem partis quam debet, quia eſſet idem quod in ipſo principali. Bartol. in d. l. ſtipulationum, §. & harum.

QVALITER QVIS AD SOLVTIONEM INDIVIDVI TENEATVR? CCCXL.

L. Eadem dicemus, §. Cato, nu. 6. ff. de uerb. oblig.

R. quòd aut
- Eſt ſolus unus reus, & non eſt dubium qualiter ſolutio fieri debeat.
- Sunt plures rei, & tunc aut
  - Plures principales, et aut loquimur in indiuiduo, quo ad
    - Stipulationem, obligationem & ſolutionem, uel quo ad obligationem & ſolutionem, & tunc quilibet tenetur in ſolidum, ſed non tanquam duo rei, argumento, l. 2. §. ex his, & l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de uerb. obligat.
    - Solutionem tantum, ut rem reſtitui, & tunc quilibet tenetur pro parte, niſi aliter actum ſit, l. 1. §. ſi apud duos, & ibi notatur, ff. depoſiti, & hoc uerum, niſi eſſet res apud unum tantum, quia tunc dicitur ut infrà in plurib. hæredib.
  - Plures hæredes unius principalis, et aut eſt indiuiduū
    - Vtroque modo, & tunc quilibet tenetur in ſolidum ſed non tanquam duo rei, argumento l. 2. §. ex his, ff. de uerb. obliga.
    - Solutione tantū, & tunc aut illud poßidet
      - Quilibet hæres pro portione hæreditaria, & ſic tunc quilibet tenetur, l. pro hæreditarijs, C. de hæreditar. action.
      - Vnus totū, & aut eſt iudicium
        - Bonæ fidei, & ille ſolus tenetur, l. 3. §. hæres, ff. commod.
        - Stricti iuris, & tūc aut pro illa reſtituenda
          - Poſſet competere rei uendicatio, & ille ſolus tenetur, l. ſi plures, ff. de ui et ui armata.
          - Non poſſet competere rei uendicatio, et tenētur pro portionib. hæreditarijs, l. ſi tibi homo, §. ſi fundus, ff. de legatis 1.

L. Eadem

QVALITER ET ADVERSVS QVOS COMMITTATVR pœna ſeu intereſſe, ſi fiat contra obligationem facti indiuidui? CCCXLI.

L. Eadem dicemus. §. Cato. nu.11. ff. de uerb. obligat.

- R. quòd aut ſunt plures
  - Debitores, & tunc aut quód quilibet teneatur in ſolidum
    - Eſt actum, & tunc ſunt duo rei, & factum unius facit committere pœnam, & intereſſe aduerſus omnes. l. finali. C. de duob. reis.
    - Non eſt factum: & tunc aut contra obligationem
      - Facit unus, & non alij, & ſolus ille tenetur in ſolidum, & alijs non præiudicat. l. 1. §. ſi apud duos ff. depoſiti.
      - Faciunt omnes, & omnes tenentur in ſolidum. l. ſi ut certò. §. ſi duobus uebiculum. ff. commod.
  - Hæredes unius debitoris, et tūc aut factū indiuiduū ex cauſa hæreditaria
    - Non deſcendit, & factum unius ſibi nocet, et non præiudicat alijs. l. finali. ff. ad Syllan.
    - Deſcendit: & tūc aut intereſſe ſeu pœna petitur per iudicium
      - Bonæ fidei, & agitur contra eum qui contrà fecit lege in depoſiti. cum leg. ſeq. ff. depoſiti. & ſi omnes contrà fecerint, contra omnes agendum eſt.
      - Stricti iuris: & tunc ſiue petatur pœna, ſiue intereſſe, ex facto unius committitur pœna contra omnes pro hæreditaria portione, licet poſtea contra illum ſolum habeatur recurſus, per actionem famili æ ercij. l. hæredes. §. in illa. ff. famil. erciſc.

QVALITER ET ADVERSVS QVOS COMMITTATVR pœna, adiecta facto diuiduo uel dationi? CCCXLII.

D. l. Eadem. §. Cato, nu.19. ff. de uerb. obligat.

- R. quòd aut loquimur in
  - Principali: & tunc aut pœna
    - Non ſuit adiecta, & ſtipulatio committitur ad intereſſe pro ea parte, pro qua non eſt obſeruatum l. ſi procucator. in princip. ff rem rat. haberi.
    - Fuit adiecta, & tunc aut loquimur in
      - Contractibus: & pœna committitur ſine obſtaculo exceptionis, ut l. eadem dicemus, §. Cato. ff. de uerb. obligat. & in leg. ſi is qui ducenta. §. cum ita. ff. de reb. dub.
      - Iudiciis:, & tunc aut in his quæ pertinent ad
        - Deciſionem: & tunc ſine obſtaculo in totum committitur pœna. l. ſtipulationum aliæ. § fin. ff. de uerb. obligat.
        - Præparationem: & tunc ſi in parte obſeruatur pœna, in totum committitur pœna de rigore: ſed de æquitate in parte obſtat exceptio. l ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis caution.
  - Hæredibus eius: & tunc aut loquimur in obligatione
    - Dandi: & tunc uno contrà faciente, pœna committitur contra omnes. d. l. ſtipulationum aliæ. §. fin. ff. de uerb. oblig.
    - Faciendi: & committitur ſolùm contra eum qui contrà fecit. d. l. eadem. §. Cato. hoc ſemper ſaluo tam in principali quàm hæredibus, & tam in obligatione dandi quàm in faciendi, quòd ſi aliquis ex caſu ſuperuenienti impeditur implere totum uel pro parte, quòd illa difficultas excuſat à pœna. l. ſi uehenda. §. idem iuris. ff. ad l. Rhod. de iactu.

L. Stipula-

STIPVLATIO PER VERBA PRAESENTIS TEMporis an contrahi poſſit?

CCCXLIII.

L. Stipulationum aliæ. §. ſtipulatio autem. ff de uerb. obligat.

R. Quòd aut loquimur in ſtipulatione

- Prætoria uel iudiciali. quæ ab inuitis extorquetur: & tunc aut petuntur interponi
  - Principaliter, & debent interponi per uerba futuri temporis, uel per infinita quæ ſunt apta ad omne tempus, ut patet in ſtipulationib. damni infecti, legatorum, rem ratam haberi, ſi ſit per uerba præſentis temporis, non ualeret. Gloſſa. in l. ſtipulationum aliæ. §. ſtipulatio autem. ff. de uerb. obligat.
  - Acceſſoriè ad alium contractum, & tunc licet ſint uerba præſentis temporis, tamen interpretantur in futurum ſecundum naturam contractus. l. quia dicitur. ff. de euiction.
- Conditionali, & tūc aut illud quod de præſente profertur.
  - Non eſt uerum, ut ſi dico, Do & concedo tibi ſtipulanti fundum, qui fundus non eſt præſens, & non dicetur transferri dominium, ſed dicta uerba interpretabuntur, hoc eſt, quod dabo. l. ad eum, in princip. ff de donat.
  - De ueritate interuenit, & tunc aut obligatio eſt
    - Momentanea, ut dandi ex cauſa lucratiua, ita quòd de euictione non teneor. tunc obligatio non contrahitur, quia cum ipſa traditione ſi eſſet contracta extingueretur, ergo tunc non naſcitur. l. Titio cum morietur. ff. de uſufructu.
    - Non momentanea, & tunc illa uerba quantumcunque præſentis temporis interpretantur, ut futurum reſpiciant ex illius contractus natura. l. finali ff. de condict. ob cauſam.

SINE CAVTIONE AD AGENDVM VTRVM QVIS ADMITTATVR

CCCXLIIII.

L. Si Titius & Seius, ff. de uerb. obligat.

R. quòd aut actio deficit

- Ab initio: & tunc aut
  - Speratur, ut actio oriatur in conteſtatione, & admittitur quis ad agendum. l. ſi Titius & Seius. ff. de uerb. oblig.
  - Non ſperatur quòd actio oriatur, & tunc aut quis agit ut ex illo iudicio
    - Sententia ſequatur, & tunc aut loquimur
      - Reo inuito, & non admittitur ad agendum l. ſi pupilli. §. uideamus. ff. de neg. geſtis.
      - Reo uolente expreſſè, & admittitur. l. Iulianus. §. quantum ff. de exhib.
    - Alia ſtipulatio committatur: & tunc admittitur ad agendum. l. nuda. C. de contrah. empt.
- Ex pòſt facto, & ab initio competebat, & tunc, aut ſi iudiciū non procederet, reus
  - Locupletaretur cum aliena iactura, & tunc procedit iudicium. l. ſi poſt acceptum. ff. de rei uind.
  - Non locupletaretur cum aliena iactura, & tunc iudicium non procedit, ſed fiet abſolutio ab obſeruatione iudicij §. fin. inſtit. de perpet. & tempor. &c,

SI IN CONTRACTV FVIT ERRATVM IN MATERIA, uel intercesſit alius defectus, qua actione aget pars quæ decepta eſt? CCCXLV.

L. Si id quod ff. de uerb. obligat.

R. Quòd aut loquimur in cõtractu
- Innominato, qui nullus eſt ipſo iure: & tunc aut
  - De partium uoluntate, & tunc agitur actione præſcriptis uerbis lege naturalis. §. 1. ff. de præſc. uerbis.
  - Non ex partium uoluntate, & tunc agetur conditione ob cauſam, uel de dolo, ut notatur in l. 1. ff. de donat. & l eleganter. in princ. ff. de dolo.
- Nominato bonæ fidei, & tunc aut contractus eſt
  - Adhuc aliquis, licet habeat defectum: & tunc agitur actione ex eo contractu, l exempto, § ſi quis uirginem. ff. de actionib. empti.
  - Ipſo iure nullus: & tunc aut eſt nullus
    - De partium uoluntate: & tunc non poteſt agi actione ex eo contractu, ut reddatur quod eſt utrinque datum. l. ex empto §. is qui uina. ff. de action. empt.
    - Præter partium uoluntatem, & aut debet agi ad id, ad quod
      - Obligatio oritur, tempore illius contractus ſic de facto initi: & tunc agitur actione ex eo contractu.
      - Obligatio non fuit orta, ſed ex pòſt facto, ut ad repetendum quod eſt pòſt traditum, & tunc agitur de dolo. l. eleganter. in princip. ff. de dolo.

STIPVLATIO RESPECTV TVRPITVDINIS QVAE IN ea continetur, an & quando ualeat? CCCXLVI.

L Generaliter. ff de uerb. obligat.

R quòd aut ſtipulatio turpitudinem
- Non habet: et tunc aut illa ſtipulatio eſt
  - Secundum legem: & ualet, ut per totum titulum. ff. de uerb. obligat.
  - Præter legem, ut quando quis alteri ſtipulatur: & tunc non ualet principale, ſed pœna l. ſtipulatio iſta. §. alteri de uerb. obligat.
- Habet turpitudinem: & tunc aut
  - In ſtipulatione uenit turpe: ut, promittis facere homicidium: & eſt nulla. l. generaliter nouimus. ff. de uerb. obligat.
  - In ſtipulatione non uenit turpe, ſed eſt turpiter facta, ut quod dolo uel metu: & tunc ualet, ſed datur remedium à iure quod metus cauſa, & de dolo.
  - Stipulatio habet turpem cauſam, ſed quod promittitur non eſt turpe: & tunc aut cauſa in ſtipulatione
    - Exprimitur: & ſtipulatio eſt nulla ipſo iure. l. iuriſgentium. §. ſi ob maleficium. ff. de pactis. l. ſi | lagij ff de uerb. obligat.
    - Non exprimitur: & tunc ualet ſtipulatio, ſed obſtat exceptio. l. penult. ff. de condict. ob turpem cauſam.

L. Sciendum.

SOLENNITAS AN ET QVANDO PRAESVMATVR? CCCXLVII.

L. Sciendum nu. 5 ff. de uerb. obligat.

R. quòd aut loquimur in ſolennitate
- Extrinſeca: & tunc aut de ea in inſtrumento
  - Non fit mentio, & non præſumitur. l. quæcunq; §. fin. ff. de publ. in rem act.
  - Fit mentio, & tunc aut eam ſolennitatem tempore confecti inſtrumenti interueniſſe
    - Eſt poſſibile, & ſtatur inſtrumento. §. finali. Inſtitut. de fideiuſſ.
    - Non eſt poſſibile, & aut quæritur an inter
      - Eaſdem perſonas, & præſumitur. l. optimam. C. de contrah. ſtipul. ſi tamen eſt talis ſolennitas cui partes poſſunt renunciare, alias ſecus.
      - Diuerſas perſonas, et tunc non præſumitur. Auth. ſi quis in aliquo. C. de edendo.
- Intrinſeca, & tunc aut quæritur de ſolennitate
  - Materiali, & illa non præſumitur. §. precium. Inſtit. de empt. & uend.
  - Formali, & tunc præſumitur pro inſtrumento. l. ſciendum. ff. de uerb. obligat.
  - Quam natura uerborum prolatorũ non comprehendit, ſed eſt apta comprehendere, tunc aut loquimur in
    - Teſtibus, & non præſumitur niſi probetur. l. 1. C. de uſur. & ibi notatur.
    - Inſtrumento, & præſumitur. §. ſi ita ſcriptum. Inſtit. de inutil ſtipulat.

EIVS REI CVIVS COMMERCIVM NON EST, VEL PROmiſſor non habet, in ſolidum æſtimatio quando debeatur CCCLXVIII.

L. Multum intereſt ff. de uerb. obligat.

R. quòd aut promiſſor
- Nullum rei habet cõmercium, & aut illud nõ habet ꝑpter
  - Ipſius rei naturam, ut quia ſacra, uel religioſa, & æſtimatio non debetur. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. obligat.
  - Quandam qualitatem, ut quia eſt coniuncta ædibus, tunc æſtimatio debetur. l. cætera. §. ſi duobus. l. ſi quis inquilinis. in princip. ff. de legatis. 1.
- Habet rei commercium, ſed illud in communi, & tunc aut
  - Cum magna difficultate, & habetur pro impoſſibili. l. apud Iulianũ. § fin. ff. de legatis. 1.
  - Sine difficultate: & aut eſt defectus ex parte
    - Promiſſoris, & indiſtinctè debetur æſtimatio. Bartol. in l. multum intereſt. ff. de uerb. obligat.
    - Stipulatoris, & non debetur æſtimatio. d. l. multum intereſt, quia lex indiſtinctè loquitur, nec per aliam legem diſtinguitur.

L. Stipulatio

STIPVLATIO HABERE LICERE, EX CVIVS FACTO committatur? CCCXLIX.

L. Stipulatio iſta habere licere.nu.1.ff. de uerb. obligat.

R. quòd aut quis promiſit
- *De ſe tantum, et aut præcedit contractus, cuius natura*
  - Inducit, *ut de facto tertij quis teneatur, & tunc tenetur de facto tertij. l. emptorem. §. qui autem. ff. de action. empti.*
  - Illud *non inducit: & committitur ſtipulatio ex facto ſuo, & ſucceſſorum ſuorum. l. ſtipulatio iſta. §. 1. uerſ. ſed ſi ſe. ff. de uerb. obligat.*
- De tertio: *& tunc aut ſe curaturum & facturum quòd alius*
  - Promiſit: *& tunc ex facto tertij committitur, argumento l. quoties qui. ff. de uerb. obligat.*
  - Non promiſit: *& aut contractus de cuius natura de euictione tenetur*
    - Præceſſit: *& tunc de facto ſucceſſorum & extranei. argumento l. emptorem. § qui autem. ff. de act. empti.*
    - Non *præceſſit: & aut ſtipulatio interpoſita eſt*
      - Pœnalis: *& metu pœnæ de facto alterius tenetur. l. ſtipulatio iſta habere. ibi, at ſi quis uelit. ff. de uerb. obligat.*
      - Non *pœnalis, & tunc non tenetur. d. l. ſtipulatio iſta habere.*
- Simpliciter, *& tunc aut contractus de cuius natura de euictione tenetur*
  - Præceſſit, *& tunc de facto extranei tenetur. lege inter ſtipulantem. in princ. ff. de uerb. obligat.*
  - Non *præceſſit, & non tenetur niſi de facto ſuo, & ſuorum ſucceſſorum. d. l. ſtipulatio iſta. §. 1. uerſ. ſed quatenus ff. de uerb. obligat.*

STIPVLATIO ISTA HABERE LICERE, PRO QVO FActo committatur? CCCL.

D. l. Stipulatio iſta. § ſi quis fortè. de uerb. obligat. nu. 2.

R. quòd aut uenit contrà
- Promiſſor, *uel eius hæres, & tunc aut uenit contrà*
  - Ratione *alicuius iuris, & committitur ſtipulatio. l. ſtipulatio iſta habere. §. ſi quis fortè. ff. de uerb. obligat.*
  - *De facto, & tunc aut*
    - Sententia *eſt lata pro eo, licet iniuſtè, & hæc ſtipulatio committitur. l. ſi quis ſeruus plurium. §. 1. de legatis 1.*
    - Sententia *non eſt lata pro eo, & tunc non committitur. l. ſtipulatio iſta habere licere. §. quæſitum. ff. de uerb. obligat.*
- Tertius, *& tunc aut*
  - De *facto, & non committitur ſtipulatio iſta. d. l. ſtipulatio iſta. §. hi qui. ff. de uerb. obligat.*
  - *De iure, & tunc aut contractus ex cuius natura debetur euictio*
    - Præceſſit: *& committitur ſtipulatio. l. emptorem. §. qui autem: ff. de action. empti.*
    - Non *præceßit, & tunc non tenetur de facto tertij, niſi pœnæ ſit appoſita d. l. ſtipulatio iſta.*

L. Qui

QVANDO DEBEAT SOLVI ID QVOD DEBETVR? CCCLI.

L. Qui hoc anno ff. de uerb. obligat.

R. Quod aut in ſtipulatione apponitur tēpus.
- Cauſa *demonſtrationis ſeu deſignationis: & tunc ſtatim debet uel poteſt peti. lege liber homo. §. decem. ff. de uerb. obligat.*
- Cauſa *limitandæ obligationis: & tunc ſtatim, illo tempore non expectato, debetur lege eum qui. §. qui ita. ff. de uerb. obligat.*
- Cauſa *dilationis, ſeu multiplicandæ obligationis: & tunc aut*
  - Vna *præſtatio eſt facienda: & tunc aut tempus apponitur per*
    - Accuſatiuum, *ut in annos uel poſt annos, & tunc intelligitur in fine temporis. l. ſi in annos. l. non putabam. ff. de condit. & dem.*
    - Ablatiuū: *& tunc aut uerba ſunt relata*
      - Ad *eum cui obligatio quæritur, ut* Accipias *in anno: & in principio anni poteſt peti. l. ſi ita fuerit libertas. la. 2. ff. de manu. teſt.*
      - Ad *eum qui obligatur, ut* Dabo *in anno, & tunc in fine temporis. l. qui hoc anno. ff. de uerb. obligat.*
      - Ita *quòd dubitatur ad quem, & tunc uidetur appoſitum gratia promiſſoris lege eum qui. alias incipit* Iabolenus. *ff. de annuis legatis.*
  - Plures *præſtationes, ſunt faciendæ, & tunc aut adijcitur tempus cauſa*
    - Multiplicandæ *obligationis, quod eſt quando apponitur in tempore obligationis, & debetur in principio cuiuslibet anni tam in contractib. quàm in ultimis uoluntatibus. l. nec ſemel. in principio. ff. quand. dies leg. ced. & in lege eum qui ita. ff. de uerb. obligat. fallit, ut per* Bartol. *in lege qui hoc anno. prope finem. ff. de uerb. obligat.*
    - Differendæ *ſolutionis, quod eſt quando apponitur in executione, & ſemper intelligitur in fine anni. l. lecta. ff. ſi cert. petatur.*

AB ARBITRATORIS ARBITRATV AN ET QVANDO recedatur? CCCLII.

L. Si quis arbitratu: nu. 5 ff. de uerb. obligat.

R. Quòd aut loquimur in
- Vltimis *uoluntatibus, & tunc aut erat datum arbitriū*
  - Quo *ad ſubſtantiam legati, & tunc à perſona eius poteſt recedi. l. fin. §. ſed etſi quis.* C. *communia de legatis. quod intelligendum ſecundum diſtinctionem poſitam per* Bartol. *in l. ſi quis arbitratu. ff. de uerb. obligat.*
  - Quo *ad pœnæ commiſſionem, & à perſona non receditur. l. multa. in principio. ff de condit. & demonſt.*
- In contractibus: *& tunc aut*
  - Eſt *arbitratus iniquè, & receditur à perſona eius. l. ſi libertus. de pen. libert. l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff pro ſocio.*
  - Nunquam *eſt arbitratus, & tunc aut fuit*
    - Vnus *de contrahentibus, & à perſona eius receditur. l. hæc uenditio. ff. de contrah. empt.*
    - Tertius: *& aut fuit aſſumptus ſuper*
      - Contractu *perficiendo, & non receditur à perſona. d. l. ſi quis arbitratu. ff. de uerb. obligat.*
      - Contractu *perfecto, & in aliquo acceſſorio, & receditur à perſona. l. domum. ff. de contrah. empt.*

L. Cum

FIDEIVSSOR AN TENEATVR EX MORA PRINCIPALIS? CCCLIII.

L. Cum filius familiâs. § ſi ſtipulatus ſum ff de uerb. obligat.

R. quòd aut loquimur ī obligatione aliquid

- Non fieri: & tunc non poteſt ex perſona ſua conſtitui in mora, ſed bene ex perſona domini. l. cum filiusfamiliâs. §. ſi ſtipulatus ſum ff. de uerb. obligat.
- Fieri: & tūc aut fideiuſſor promiſit
  - Intereſſe ſeu indemnitatem: & ualet. l. ſtipulatus es. ff de fideiuſſ. & iſto caſu fideiuſſor ex ſua perſona non poteſt cōſtitui in mora, cum teneatur ad intereſſe, quod eſt poſt moram principalis in obligatione l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de uerb. obligat.
  - Se curaturum: & tunc ex ſua mora adhibita in non curando tenetur, & fideiuſſio ualet. Gloſſa in l. cum filiusfamiliâs. §. ſi ſtipulatur. ff. de uerb. obligat.
  - Factum: & aut promittit
    - quòd principalis faciet, & non faciet: & non ualet. l. ſicut reus. ff. de fideiuſſ. fruſtra ergo queritur de mora.
    - quod faciet illud quod debet facere principalis: & aut
      - Eiuſdem eſt peritiæ, cuius principalis: & ex ſua preſona poteſt eſſe in mora. l. nemo eſt quis neſciat. ff. de duob. reis.
      - Non eſt eiuſdem peritiæ: & non ualet fideiuſſio. frruſtra ergo queritur de mora. l. Græcè §. ſi quis Stichum. ff. de fideiuſſ.
- Simpliciter: & aut eſt factum quod per alium explicari
  - Poteſt: & tunc tenetur ex perſona ſua, & conſtituitur in mora. l. ſi reus. ff. iudicatum ſolui.
  - Non poteſt: & tunc non poteſt conſtitui in mora ex perſona ſua. l. inter artifices, ff. de ſolut.

TEMPVS QVANDO DICATVR ADIECTVN CAVSA limitandæ, & quando differendæ obligationis? CCCLIIII.

L. Eum, qui ita § qui ita ſtipulatus. ff. de uer. obligat.

R. quod aut dies apponitur

- Cōditioni: et tunc aut apponitur
  - Affirmatiuè: & tunc uidetur appoſitum cauſa limitandæ obligationis, & conditio ueniens intra tempus facit committi obligationem: ſecus, ſi ueniet poſt tempus. l. damni §. Sabini. ff. de dam. infect.
  - Negatiue: & tunc an limitandæ uel differendæ obligationis cauſa, habetur in l. hoc iure. & l. nulla. ff. de uerb. obligat.
- Diſpoſitioni: et tunc aut apponitur per dictionem
  - Ex: ut die Calendarum: & tunc uidetur appoſitum cauſa differendæ ſolutionis. l. obligationum ferè. §. 1 in primo reſponſo ff. de action. & obligat.
  - Ad, quoad, uſque & ſimiles: & tunc aut præcedit obligatio
    - In qua adiectum eſt tempus cauſa multiplicandæ obligationis. & tunc cauſa limitandæ obligationis uidetur facta: ut, promittis mihi dare decem annua quoad uiuam. l. qui ita. § qui ita. ff. de uerb. obligat.
    - Sipliciter: & aut obligatio continet aliquid quod habet cauſam
      - Succeſsiuam, ut pacti: & tunc, uidetur opponi cauſa limitandæ obligationis. l. 4. ff. de ſeruit.
      - Momentaneam: & tunc cauſa differendæ ſolutionis uidetur facta, niſi agant contrahentes, quod cauſa limitandæ obligationis fiat. l. obligationum fere. §. 1. ff. de action. & oblig.

PACTVM DE FVTVRA SVCCESSIONE AN ET quando ualeat? CCCLV.

L.Stipulatio hoc modo.ff.de uerb.obligat.

R quòd aut eſt pactum
- De iure ſucceßionis conſeruandæ: & tunc ualet pactum, fin.§.inſtit.de legit.agnat.ſucceß.& de hoc latè per Bartol.in l.fin.C.de pactis.
- De amittendo ſeu perdendo iure ſucceßionis. & tunc aut tale pactũ cum delicto
  - Eſt admixtum: & ualet tale pactum.l.§.1.ſi parens.ff.ſi quis à parẽte fuer.manumiß.
  - Non eſt admixtum: & tunc aut pactum
    - Firmatur iuramento: & ualet.c.2.de pactis.in 6.
    - Non firmatur iuramento: & non ualet pactum.l.pactum C.de collat.
- In acquirendo iure ſucceßionis: & tunc non ualet pactum.l.ſtipulatio hoc modo.ff.de uerb.obligat.l.pactum.C.de pactis
- De eo quod acquiretur certo modo diſponendo: & aut eſt interpoſitũ ſuper hæreditate hominis
  - Incerti: & tunc ualet pactum.l.3 §.de illo.ff.pro ſocio
  - Certi: et aut ex conſequentia prioris contractus illud
    - Venit: & ualet pactum.l.ſi quis ſeruum.ff.de action.empt.
    - Non uenit: & tunc aut uenit
      - Sub quadã uniuerſitate: & ualet pactum.l.2.§.illud.ff.de hæred.uel action.uend.
      - Per ſe principaliter: & tũc aut continet paciſcentis
        - Liberationem: & ualet.l.& ſuum §.idem probat.ff.de pactis.
        - Obligationem: & aut ille de cuius hæreditate agitur
          - Non conſentit: & non ualet.l.fin C.de pactis.
          - Conſentit: & ualet.d.l.finali,C.de pactis.

RES DIVIDVAE ET INDIVIDVAE QVANDO dicantur? CCCLVI.

L.Stipulationes non diuiduntur.nu.18.& 21.ff. de uerb.obligat.

R.quod aut loquimur in rebus
- Corporalibus: & tunc quæritur an ſint diuiduæ ſecundum
  - Naturam: & conſtat quod unaquæque res corporalis poteſt in partes diuidi, ut homo uel equus, & hoc patet ad oculum.fallit ratione modicitatis,
  - Iuris ordinationem ſeu diſpoſitionem: & aut eſt diuiduum
    - Quod recipit partes multiplicatorias.puta dimidiam, tertiam, quartam: & hoc caſu unaquæque res dicitur diuidua.l.ſeruus communis,ff.de ſtipulat.ſer.
    - In quaſdam partes iuridicas, ſcilicet proprietatem & uſumfructum: & quælibet res eſt diuidua, niſi ſit res quæ uſu conſumatur.l.1.& 2.ff.de uſufr.earum.
    - Separabile in partes diſcretas: & tunc quælibet res corporalis eſt diuidua regulariter.fallit in caſibus per Bartolum enumeratis in l ſtipulatio nec non diuidundur.nu.18 in fine.
- Incorporalibus: & aut quæritur an ſint diuidua
  - Secundum materiam: & facilis eſt reſponſio.cum enim non poßit uideri, nec tangi, per conſequens nec diuidi §.incorporales.Inſtit.de reb.corporal.
  - Secundum iuris diſpoſitionem ſeu ordinationem, & tunc dicuntur ſecundum naturam eorum diuiduæ & indiuiduæ quæ in actione & obligatione deueniunt. & de eo latißimè Bartol.in d.l.ſtipulationes.nu.22.cum ſeq.ff.da uerb.obligat.

L.Inter

IN DVBIO CVI FAVEATVR, AN REO VEL ACTORI? CCCLVII.

L. Inter ſtipulantem, §. ſi Stichum, nu. 6. ff. de uerb. oblig.

- R. Aut oritur dubitatio
  - Circa uerba, & aut ſunt prolata
    - Ab aliquo ex his in quorum perſona iudicium principaliter ſuſtentatur, & tunc ſemper pro eo interpretatur ſiue ſit actor, ſiue reus, l. ſi quis intentione, ff. de iudicijs.
    - Ab alio, & aut uolo uerba interpretari
      - Cauſa euitandæ contrarietatis, & tunc poteſt fieri interpretatio, c. cum tu. extra, de teſtib.
      - Non cauſa uitandæ contrarietatis, ſed ut proſit alij, uel propter aliam cauſam: & tunc non poteſt fieri interpretatio, ſed illud uerbum nihil ualet. c. in præſentia, extra, de probat.
  - Circa aliud: & aut loquimur in his quæ pertinet ad lites
    - Ordinationem: et tunc aut actor
      - Inſtat & proſequitur, & fauemus actori, ut in l. de die, in princip. ff. qui ſatiſd. cog.
      - Non inſtat, & fauemus reo, l. ſi ea, C. qui accuſ. non poſſ. l. properandum, §. & ſi quidem, & §. ſin autem, C. de iudicijs.
    - Deciſionem, & tunc fit interpretatio pro liberatione, l. Arrianus, ff. de action. & obligat. & ita intelligitur l. fauorabiliores, ff. de reg. iuris.

EA QVAE TOLLVNT IAM CONTRACTA, VTRVM impediant contrahenda? CCCLVIII.

L. Inter ſtipulantem, §. ſacram, num. 1. ff. de uerb. oblig.

- R. quòd aut quæritur de his quæ
  - Reſpiciunt principaliter liberationē, & tunc aut ille actus de liberando reſpicit tantum
    - Præterita, & tunc quæ tollunt iam contracta, non impediunt contrahenda, l. ſi ſtipulatus fuerim, §. 1. ff. de uerb. oblig.
    - Futura: & aut illa liberatio
      - Tendit ad inducendam liberationem doli, & tunc quæ impediunt iam contracta non tollunt contrahenda, l. ſi unus, §. illud, ff. de pactis.
      - Non tendit ad liberationem doli, & tunc non impeditur obligatio contrahi, ſed effectus, ſic & uno contextu obligatio naſcitur & perimitur, l. ſub conditione, ff. de ſolut.
  - Non reſpiciunt liberationem principaliter, & tunc aut illa qualitas
    - Reddit perſonam uel rem inhabilem in futuro, & tunc quæ impediunt contracta, impediunt contrahenda, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de uerb. oblig. l. 3. §. deſinere, ff. uſufruct. quemad. caueat.
    - Non reddit perſonam uel rem inhabilem in futuro, & tunc quæ impediunt iã contracta, non impediunt contrahenda, l. 2. de capitis diminut. l. ſi debitori deportato, ff. de fideiuſſ.

FRVCTVS QVANDO DEBENTVR EX CERTO FVNDO, VTRVM obligatio extinguatur uel differatur? CCCLIX.

L. Inter ſtipulantem, §. ſacram. nu. 6. ff de uer. oblig.

R. quòd aut certus locus adijcitur cauſa
- Deſignationis, *quod eſt quando adijcitur proteſtationi in alia oratione, & tunc quod promiſſum eſt debetur ſtatim, uel ex illo loco uel aliunde, l. Lucius, ff. de adim. legatis.*
- Taxationis: *& tunc aut adijcitur*
  - Per relatiuum, *& ita facit conditionẽ, & tunc aut*
    - Eſt *tantum una præſtatio, tunc ſi primo anno non colliguntur fructus, de cætero non debentur, l. cum certus, ff. de uino, trit. & oleo legato.*
    - Sunt *plures præſtationes annuæ, & quod deficit in uno anno, ſuppletur in alio, l. legatum, §. uini falerni, ff. de ann. legatis.*
  - Non *per relatiuum, & tunc ſpectantur fructus ſequentium annorum, ſi in primo anno non ſufficiunt, l. firmio, in princip. ff. quando, dies, legat. ced.*

QVOD VENIRE POTEST, AN ET QVANDO INSPICIATVR? CCCLX.

L. Inter ſtipulantem, §. ſacram, nu. 7. ff. de uerb. obliga.

R. quòd aut id de quo agitur, reſpicit
- Tantnm *tempus præſens, & nullam habet dependentiam de futuro, & non inſpicitur quod euenire poteſt, l. ſi ſtipulatus fuerim, §. 1. ff. de uerb. obligat.*
- Futurum: *& tunc aut illud quod euenire poteſt, eſt contingens*
  - Secundum *naturam, & hominis diſpoſitionem, & inſpicimus quod euenire poteſt, l. hæres meus, §. fin. ff. de condit. & demonſt.*
  - Secundum *legem: & aut eſt contingens de iure*
    - Speciali: *& non inſpicitur quod euenire poteſt. l. 4. circa princip. ff. de fideicom. libertat.*
    - Cõmuni: *& tunc inſpicitur quod euenire poteſt, d. l. 4. §. ſed etſi per prætorem, §. ſi feriæ, ff. ex quib. cauſ. maior.*
  - Præter *legem, & præter naturam: & aut præſens ſtatus rei*
    - Indicat *contingentiam de futuro, & tunc inſpicimus quod euenire poteſt, l. qui bona, §. cũ inter eos, ff. de dam. infecto, l. habitatores, §. fin. ff. locati.*
    - Non *indicat contingentiam de futuro, & tunc non inſpicitur quod euenire poteſt, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, de uerb. obligat. fallit ratione culpæ; l. diuortio, ff. de neg. geſtis, item fauore libertatis, l. generaliter, §. homini libero, ff. de fideicom. libert.*

MORAE PVRGATIO AN ET QVANDO ADMITTATVR? CCCLXI.

Bartol. in l. Si iſulam. ff. de uerb. obligat.

R. Quod aut loquimur ex parte

- Actoris: & aut purgare ad actionem
  - Iam conſtitutam conſeruandam: & poteſt. l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de uerb. obligat.
  - De nouo quærendam: & tunc aut ad quærendum
    - principaliter & non poteſt. l. Thais. §. intra. ff. de fideicom. libertat.
    - Acceſſoriè, & poteſt. l. Celſus. §. fin. cum l. ſeq. ff. de arbitris.
- Rei: & aut pœna eſt cõmiſſa ꝑpter
  - Male factũ: & aut quodda eſt factum
    - Momentaneum: & tunc non admittetur purgatio moræ. l. 1 §. ſi rem. ff. depoſiti
    - Succeſsiuum: & tunc licet in modico quis contrafaciat, admittitur moræ purgatio intra modicum tempus. ut l. ſi in lege § colonus ff. locati.
  - Non factũ: & aut executio
    - Eſt facta ab homine, uel à lege: & admittitur purgatio. Bartol. in l. ſi inſulam. 3. & 4. quæſt. ff. de uerb. obligat.
    - Non eſt facta: & aut in ſtipulatione iuramentum
      - Eſt: & non admittitur purgatio moræ. l. ſi quis maior. C. de tranſact. & per Bartol. in l. ſi inſulam. in 5. q. de uerb. obl.
      - Non eſt: & aut in aliqua diſpoſitione
        - Eſt dies & pœna et aut dies eſt cauſa
          - Multiplicandæ obligationis: & non impedit purgationem. l. 1. ff. de penu legat.
          - Limitandæ ſolutionis: & aut loquimur in obligationibus
            - Cõuentionalib. et non admittitur purgatio moræ. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & obligat. l. magnam. C eodem.
            - Prætoriis & iudicialib. & aut pertinet ad litis
              - Ordinationẽ, et admittitur purgatio, niſi ius actoris ſit factũ deterius, dũ tamen infra paucos dies, niſi ſit fideiuſſor ĩ iudicio ſiſti.
              - Deciſionẽ, & aut dies eſt appoſita
                - A b homine: & nõ admittitur purgatio.
                - A lege: et admittitur purgatio.
        - Eſt dies, & non pœna: & admittitur purgatio moræ. l. ſi ita quis. §. Seia. ff. de uerb. obligat.
        - Eſt pœna, & dies, & admittitur purgatio. l. 1. ff. de penu leg. quod intellige cũ diſtinctione, quæ ponitur infra proximè quarto caſu.
        - Eſt nec dies, nec pœna: & aut quæritur an admittatur purgatio
          - Ante litem conteſtatam, & admittitur purgatio duobus concurrentibus, ſcilicet quòd actoris non interſit, & quòd ſit infra modicum tempus, aliàs ſecus.
          - Poſt litem conteſtatã: & aut offertur
            - Illud idẽ quod petitur, et aut
              - Tantum offertur, & non purgatur mora generaliter.
              - Offertur, ſoluitur & conſignatur, & tunc mora purgatur. §. fin. Inſtit. de perpet. & tem. act.
            - Aliud, & aut cœpit eſſe in mora
              - Ante litem conteſtatam, et non admittitur purgatio. fallit ut ꝑ Bartol. in d. l. ſi inſulã in fin ff. de uerb. obli.
              - Poſt litem conteſtatam, & admittitur purgatio.
          - Poſt ſententiam, & non admittitur purgatio generaliter, ut per Bartol. in l. ſi inſulam. in fine. ff. de uerb. obligat.

DEBITOR SI CONVENITVR AD REM, AN ET QVANDO teneatur de culpa quæ eſt in negligendo?

CCCLXII.

L. Si ſeruum Stichum.ff.de uerb obligat.

R. quòd aut agitur actione
- Reali: & aut conuenitur poſſeſſor
  - Bonæ fidei: & non tenetur de negligentia.l.ei qui.§.finali.ff.de petit. hæred.
  - Malæ fidei: & tunc ille tenetur de negligentia.l. ſi quid poſſeſſor.§. ſicut autem:ff. de petit. hæred.
- Perſonali: & aut creditor in mora
  - Eſt: & debitori culpa negligentiæ ſpeciei non imputatur.l.ſi mora ff.ſolut.mat.
  - Non fuit: & aut peto quod meum
    - Fuit: & ſemper tenetur de negligentia ſiue circa rem, ſiue circa fructus.l.uideamus in princip.ff.de uſur.
    - Non fuit, ſed mihi debitum, & aut loquimur de negligentia
      - Circa rem ipſam: et tunc imputatur negligentia.l.ſi ſeruum Stichū, ff.de uerb.obligat.
      - Circa fructus: & tunc aut
        - In mora: & non tenetur de negligentia ut l.uenditor.§. quemadmodum.ff. de hæred. uel action. uend.
        - Poſt moram: & tenetur uel ad fructus, uel ad intereſſe, ſecundum diſtinctionem Bartol.inl. ſi filius, in fine.de uerb.obligat.

STIPVLATIO SEQVENS, AN ET QVANDO nouet primam præcedentem?

CCCLXIII.

L. Valerianus, n 3 de præt. ſtip. l.ita ſtipulatus nu. 32.ff de uerb.obligat.

R. Aut loquimur in ſtipulatione
- Coæquali, ſeu æque principali: & aut loquimur ſecundum iura
  - Antiquiſſima, ante tempora digeſtorum: & tunc ſiue addebatur, ſiue detrahebatur, interuentu cuiuslibet nouæ perſonæ præſumebatur nouatio.
  - Digeſtorum: & aut loquimur in ſtipulationibus
    - Prætoriis: & non fiebat nouatio ipſo iure, niſi expreſſe hoc ageretur à partibus, ſed fiebat ope exceptionis.
    - Conuentionalibus: & aut continebat
      - Secunda plus quàm prima: & præſumebatur nouatio.
      - Secunda minus quàm prima,
        - Re: & non præſumebatur nouatio.
        - Tempore, quia promittitur in tempus longius, ſemper uidetur fieri termini prorogatio: & ſic fit nouatio ope exceptionis.
      - Tantum; & aut noua perſona
        - Interuenibat: & præſumebatur nouatio, niſi eſſet actū quod eſſent duo rei.l 3 in princip.ff.de duob.reis.
        - Non interueniebat: & non præſumebatur nouatio, niſi expreſſe hoc ageretur l.ſcire debemus. in princip.ff. de uerb.obligat.
      - Aliud prorſus: & non præſumebatur nouatio niſi expreſſe hoc ageretur.l fundum Cornelianum.ff.de nouationib.
  - Hodierna Codicis: & nunquam præſumitur nouatio, niſi hoc actum ſit expreſſe, ut.l.ultima.C.de nouat.tamen ubicunque olim præſumebatur nouatio tacite, hodie etiam nouatio fit ope exceptionis Bartol.in l.Valerianus.nu.3 ff.de prætor.ſtipul.
- *

Pœnali:

*

- Pœnali, & aut apponitur pœna loco
  - Intereſſe, & aut intereſſe
    - Particularis, & non fit nouatio, ſed utrumque exigitur totum. l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de de action. & obligat.
    - Totalis, & aut præcedit conuentio
      - Liberatoria, & pœnalis nō nouatur. l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pactis.
      - Obligatoria, & tunc aut ex cauſa
        - Oneroſa, et tunc pœnalis non nouat. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de uerb. obligat.
        - Lucratiua, & aut utraq; diſpoſitio confertur in perſonam
          - Vnius, & pœnalis nouat ipſo iure. l. ita ſtipulatus. ff. de uerb. oblig.
          - Diuerſorum, & nouat ope exceptionis.
  - Contemptus, & tunc prima non nouatur. l. ſi quis rem. ff de arbitris.

STIPVLATIO IN DIEM QVALITER ET QVANDO COMMITTATVR, quo ad obligationem actionem & moram? CCCLXIIII.

L. Ita ſtipulatus. nu. 38. 39. ff. de uerb. obligat.

- R. Aut loquimur quãdo cõmittitur quoad
  - Obligationem & actionem, & tunc aut dies adijcitur
    - Poſt obligationem iam contractam, & actionem natam per pactum, & tunc durat obligatio et actio, licet obſtet exceptio. §. temporales. Inſtit. de perpet. & temporal. action.
    - Vnà cum diſpoſitione, et tunc aut dies
      - Adiicitur ab homine, & aut in ſtipulatione deuenit quod ad hæredes
        - Non eſt tranſitorium, ut uſufructus, & tunc ante diem non naſcitur obligatio, nec actio. l. 1. circa finem. ff. quand. dies uſuf. legati cedat.
        - Eſt tranſitorium, & ſtatim committitur quo ad obligationem & actionem. l. qui mandatum. ff. mandati. l. cedere diem. ff. de uerb. ſignifi.
      - Sub intelligitur à lege, & tunc aut ſub intelligitur
        - Ex natura contractus uel rei in ſtipulationem deductæ, & tunc ſtatim eſt nata obligatio. ſed non actio. l. ſi tutor reipu. §. fin ff. de tutel. & ration. diſt.
        - Propter aliquod extrinſecum accidens, tunc ſtatim oritur obligatio et actio. d. l. ſi tutor. § fin. cum leg. ſeq. pro ut ibi dicitur de alijs actionibus quàm tutelæ.
  - Moram: & aut loquimur in caſibus, in quibus ante diẽ obligatio
    - Nata eſt: & tunc per curſum diei appoſiti mora committitur. l. magnam. C. de action. & obligat. l. 2. C. de iure emphyteut.
    - Non eſt nata: & tunc per curſum diei appoſiti non committitur mora, ne eo tempore contrahatur obligatio & mora, quod lex non uult. l. quod dicitur. ff. de ſolut.

STIPVLATIO SIMPLEX CONDITIONALIS, AN ET QVANDO committatur? CCCLX.

L. Ita ſtipulatus nu. 47 ff. de uerb. obligat

- R. quòd aut quæritur an cõ mittatur quo ad
  - Obligationẽ & actionem: et tunc aut eſt conditio
    - Neceſſaria & aut eſt neceſſaria. quæ habet dependentiam
      - De præſenti tãtum & aut eſt neceſſaria neceſſitate
        - Facti, & pro pura habetur, l. impoſſibilis, 2, reſponſo, ff. de uerb. oblig.
        - Iuris; & tunc ſtipulatio non ualet. l. iuriſgentium. §. ſi ob maleficium. ff. de pactis.
      - De futuro. & aut dies conditionis eſt in certa
        - An & quando, & tunc neque actio neque obligatio eſt nata. l. ſtipulatio iſta. § inter certam. ff. de pactis:
        - quando, ſed certa an, & uidetur quòd ſtatim nata ſit obligatio. & actio: quia certum eſt debitum iri. Bartol. in l. ita ſtipulatus. nu 41. ff. de uerb. oblig.
    - Impoſſibilis: & tunc uitiat obligationem. l. impoſſibilis ff. de uerb. obligat,
    - Poſſibilis, ſeu contigens: & non eſt nata obligatio ante conditionis euentum. l. cedere diem. ff. de uerb. ſignifi.
  - Moram, & tunc dicitur quod nec euentus conditionis quem conſtituat in mora: & hoc ea ratione, ut quis eodem tempore obligetur, & in mora conſtituatur, Bartol. in l. ita ſtipulatus. nu. 50 ff. de uerb. obligat.

TIPVLATIO QVAE HABET CONDITIONEM ET DIEM, an & quando commitatur? CCCLXVI.

D. l. Ita ſtipulatur. num. 51. ff de uerb. obligat.

R. quod aut conditio

- Adhuc pendet: & certum eſt quòd non eſt nata obligatio, nec actio.
- Extitit: & dies adhuc ſupereſt: & tunc aut quæritur
  - An nata ſit actio & obligatio: & dicitur quòd ſic. l. cum ſtipulatus ſim. circa princip. ff. de uerb. obligat.
  - An poſſit agi ſine obſtaculo exceptionis & tunc ſiue in contractibus, ſiue in ultimis uoluntatibus: aut loquimur in his quæ diem
    - Recipiunt & aut dies adijcitur
      - Diſpoſitioni: & regulariter ſpectatur dies. l. ſi ita legatum ſit Titio. ff. de condit. & demonſt.
      - Conditioni & aut conditio pendet ex facto
        - Debitoris ſeu promiſſoris: & ſpectatur dies. l. in illa. ff. de uerb. obligat.
        - Alterius: & aut dictio extremitatis temporis ſignificatiua
          - Fuit adiecta: & ſpectatur dies. l. 4 §. 1 ff. de condit. & demonſt.
          - Non fuit adiecta: & tunc dies non expectatur. l. hoc iure. ff. de uerb. obligat.
    - Non recipiunt: & aut exiſtente conditione remanet dies
      - Simpliciter: & illa non ſpectatur. l. ſi quis hæres ff. de acquir. hæred.
      - Non ſimpliciter, ſed cum aliquo facto: & tunc etiam dies ſpectatur. l. 4. in princip. ff. de condit. inſtit.

PRIVATIO AN ET QVANDO PRAESVPPONAT habitum? CCCLXVII.

L. Decem ſtipulatus. num. 6. ff de uerb. oblig.

R. quòd aut priuatio ponitur à

- Iure conſulto, cuius eſt propriè loqui: & tunc ſequitur poſitio habitus. l. decem ſtipulatus ff. de uerb. obligat.
- A partibus: & aut pars
  - Vtraque confitetur priuationem, & aut loquimur in caſu in quo partis cōfeſſio
    - Sibi non præiudicat, ut in ſeruitute. l. interrogatum. C. de liberal. cauſa. & tūc non ſequitur poſitio habitus §. fin. inſt. de ingenuis.
    - Poteſt ſibi præiudicare: & tunc ſequitur poſitio habitus: quia ſi partes confitentur ſolutionem, præſumitur præceſſiſſe debitum, niſi cōtrarium probetur. l. cum de indebito ff. de probat.
  - Vna confitetur, alia negat priuationem: & tunc aut priuatio
    - Non probatur: & non præſumitur habitus d. l. cum de indebito.
    - Probatur: & aut ad negantis
      - Commodum & non præſumitur.
      - In commodum: & præſumitur habitus. d. l. cum de indebito.

L. qui

AN DUO FRATRES PRAESUMANTUR IGNORARE FIdeicommiſſum inter ſe illis relictum? CCCLXVIII.

L.qui Romæ.§.duo fratres.nu.13.cum ſeq.ff.de uerb.obligat.

R.quòd aut fidei commiſſũ eſt relictũ in

- Teſtamento: & aut ſunt hæredes
  - Sui: & aut confitentur ſe hæredes
    - Ex teſtamento: & tunc præſumitur ſcientia, ſicut in extraneis: quia eſt eadem ratio. l.cum bonis ff.de acquir.hæred.iuncta l.ſed & ſi de ſua.ff.de acquir.hæred.
    - Simpliciter, uel de hoc nihil eſt poſitum uel probatur: & non præſumitur ſcientia niſi probetur.l.eius qui in prouincia.§.fin.ff.ſi cert.pet.
  - Extranei: & aut erant
    - Maiores, & præſumitur ſcientia, quia non poſſunt adire niſi ſint certi de uiribus teſtamenti: & ex eo quod hæres eſt: præſumitur ſcire quæ in teſtamento continentur.
    - Minores, & aut erat
      - Infans pro quo adiuit tutor: & maior factus non præſumitur ſcire quia ex facto alieno, niſi poſtea factus maior, interuenit aliquid ex his ex quibus ſcientia præſumitur.
      - Pupillus: tunc ſine eius ſcientia & facto non poteſt adiri.l.potuit. C.de iure delib.licet tamen tunc perfectè non intellexerit, tamen factus maior intelligit, quæ in pupillari ætate ſciuit: ut notatur in l.ad teſtium.ff.de teſtam.indem in adulto.
- Codicilis: et aut sũt codicilli à teſtamẽto
  - Separati & non præſumitur ſcientia.l.non eſt ferendus.ff.de tranſact.
  - Non ſeparati: & præſumitur ſcientia.Bartol.in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu.13.cum ſeq.ff.de uerb.obligat.

SI ILLE CUI FACIENDA EST RESTITUTIO, PER FIDEICOMMISSUM ab aliquo eam emit, an modo habeat locum fideicomiſſum. CCCLXIX.

D.l.qui Romæ.§.duo fratres num.26.ff.de uerb.obligat.

R.quòd aut rem legatã emo ab

- Alio & non præiudico mihi in iure fideicommiſſi.§.ſi res aliena.Inſt.de legatis.l.planè.§.quòd ſi rem emiſſem.ff.de legatis primo.
- Eo a quo mihi relicta eſt & aut res eſt mihi legata:
  - Sub conditione & non uideor renunciare iuri fidei commiſſi.ſiue ſciens ſiue ignorans fuerim.l.fundo.ad.l.Falcid.
  - Purè: & tunc fui ego de fideicommiſſo
    - Ignorans & non præiudico mihi in iure fideicommiſſi.
    - Sciens & tunc mihi in iure fideicommiſſi præiudico.l. Titius.ff.quib.mod.pig.&c.

D.§.Duo

INTER DIVIDENTES AN DETVR ACTIO DE EVICTIONE? CCCLXX.

D. §. Duo fratres. nu. 27.

R. Aut diuiſio eſt facta à
- Teſtatore: et aut res euincitur
  - Culpa cohæredis: & tunc agitur de euictione.
  - Non culpa cohæredis: & non agitur de euictione, ſed excipitur.
- Partibus, ſeu iudice: & tunc aut poſt factam diuiſionem uendicat
  - Vnus ex cohæredib. diuidentibus, & aut uendicat
    - Ex facto alterius cohæredis, ſeu ex diſpoſitione defuncti, & poteſt, nec de uictione tenetur.
    - Ex alio, iure ſuo: & repellitur exceptione lege uendicante. ff. de uerb. obligat.
  - Extraneus: & tunc aut fuerunt
    - Scientes, & non tenetur de euictione, niſi fuerit ſtipalatus, ut l. ſi fundum ſciens. ff. de euict.
    - Ignorantes, & non tenetur de euictione pro parte, qua cohæres à quo euincitur, habuit ab eo. ita dicit Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu 27. ff. de uerb. obligat.

ADIECTA IN PRÆCEDENTIBVS AN ET QVANDO in ſequentibns uideantur repetita? CCCLXXI.

L. Si ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. num. 4. ff. de uerb. obligat.

R. Aut illud eſt repetitum
- Eadem oratione ſeu conceptione uerborum, & aut illud eſt adiectum circa
  - Res, & intelligitur repetitum. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. inſtruct.
  - Perſonas, & tunc dicitur ut in l. fin. §. Seio. ff. de legatis 2.
- Alia oratione ſeu conceptione uerborum, et tunc aut ſequens oratio ſeu diſpoſitio
  - Diſpoſitionem aliam per ſe principalem continet, & tunc non intelligitur facta repetitio, niſi hoc induceret natura alicuius dictionis repetitiuæ. l. in repetendis. ff. de legatis 3.
  - Eſt de acceſſoriis præcedentium, & tunc aut tendit ad effectum
    - Vnum & eundem cum principali, & intelligitur facta repetitio. l. ſi ut proponitur. ff. de fideiuſſ.
    - Aliũ per ſe, & aut illa qualitas reſpicit
      - Actum perſonæ contrahentis, puta contrahit procuratorio nomine, & tunc illa qualitas intelligitur repetita. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerb. obligat.
      - Ipſam diſpoſitionem, & tunc non intelligitur repetita. l. ſi ita quis. in princ. de uerb. obligat. lege qui fundum. ff. de contrah. empt. quæ omnino amplia & limita, ut per Bartol. in d. lege ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de uerb. obligat. num. 4.

L. quod

PATER AN STIPVLARI VEL PACISCI POSSIT FILIO, ita quòd in perſonam filii in uita patris effectus ſtipulationis quæratur? CCCLXXII.

L. quod dicitur patrem, num 4. ff de uerb. oblig.

R. quòd aut pater ſtipulatur
- Filio *illud quod per filium patri acquiritur; & ualet ſtipulatio, & ipſi patri acquiritur l. dominus, ſeruo, l. quod dicitur patrem, ff. de uerb. oblig.*
- Illud *quod ipſi filio poteſt acquiri: et aut ſtipulatur aliquid*
  - Dari: *& aut ſtipulatur ut*
    - Filio: *& ualet ſtipulatio, & filio quæritur utilis, l. uxorem, §. teſtamento, de leg. 3. iuncta l. Pomponius Philadelpus, ff. famil. ercis.*
    - Legitimus *adminiſtrator: & poteſt filio quærere utilem, exemplo tutoris, l. ſi legati, ff de pignor.*
    - Extraneo: *& ſtipulatio eſt ipſo iure nulla, l. ſi tibi, §. ſi pactus, ff. de pactis.*
  - Fieri: *& aut eſt tale factũ quod perſonæ filij*
    - Non *adhæret: & tunc eſt idem quod in obligatione dandi, l. quod dicitur, cum gloſſ. de uerb. oblig. § ſed cum factum, cum gloſſ. Inſtit. de ſtipul. ſer.*
    - Cohæret: *aut quæritur an ualeat quo ad*
      - Filium: *& ualet, & ſibi quæritur utilis, l. ſi quis operas, ff. de oper. libert.*
      - Patrem: *& non ualet, l. quod dicitur. 2. reſponſo, de uerb. obliga. niſi ſua peculiariter interſit, ſicut ſi extraneo ſtipularetur, ut. l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, & §. ſi quis inſulam, ff de uerb. oblig.*

STIPVLATIO SEMEL COMMISSA AN AMPLIVS COMMITTATVR? CCCLXXIII.

L. Si ſic ſtipulatum uum 1. ff. de uerb. obligat.

R. Quòd aut eſt ſemel commiſſa ad
- *Id quod principaliter in ſtipulatione deuenit: & amplius non committitur. l. ſi ita quis. ff. de uerb. obligat.*
- Aliud, *& tunc aut quo ad*
  - Intereſſe, *& aut factum reiterabile*
    - Eſt, *& toties committitur, quoties contrafactum eſt. l. ſi ſic ſtipulatus. ff. de uerb. obligat.*
    - Non *eſt, & aut eſt commiſſa quo ad intereſſe*
      - Totale, *& nunquam amplius committitur. l. cum quærebatur. ff. iudicatum ſolui.*
      - Particulare, *& iterum poteſt committi. lege ſi procurator. ff. rem rat. hab.*
  - Pœnam, *& tunc aut eſt pœna*
    - Mera, *& tunc amplius non committitur, niſi fuerit dictum toties. l. ſi duo. in fine ff. de arbit.*
    - Quæ *apponitur loco intereſſe, et aut pœna*
      - Eſt *nouata, & amplius non poteſt committi, quia ſublata eſt pœna. l. obligationum ferè. in fine ff de act. & obligat.*
      - Non *eſt nouata, & tunc ſæpius poteſt committi. l. ſi quis à ſocio ff pro ſoc.*

STIPVLATIO FACTI NEGATIVE CONCEPTA, AN TRANSEAT ad hæredes, ſi de hærede non fiat mentio. CCCLXXIIII.

D.l.Si ſic ſtipulatus. num.2.ff.de uerb. obligat.

R. quòd aut cõtractus de cuius natura hæres tenetur
- Præceſsit: & *ſtipulatio ſeu pactum tranſit ad hæredes.l.inter ſtipulantem in princip.ff.de uerb.oblig.*
- Non *præceſſit, & aut eſt ſtipulatio, quæ commodum ſi ad hæredes non tranſiret,*
  - Non *afferret, & tunc tranſit ad hæredes.l.ſi ita ſtipulatus.ff de uerb. obligat.*
  - Afferret, & *aut perſona eſt adiecta uerbo*
    - Obligatiuo *ſeu promiſsiuo: ut, ego promitto non petere, uidetur pactum ſeu ſtipulatio in rem, & perſona adiecta ad oſtendendum eum cum quo contrahatur, & tranſit ad hæredem.l.iuriſgentium.§.pactorum.2.reſponſo.ff.de pactis.*
    - Executiuo: *& aut adijcitur perſona*
      - Tertii: *& eſt perſonale, & ad hæredes non tranſit. l. & hæredi.§.nos autem.ff de pactis.*
      - Stipulantis *ſeu paciſcentis, & tunc ſi eſt perſona quæ præſumitur habere hæredem, tunc intelligitur de hæredib. d. l. iuriſgentium.§.pactorum.ff.de pactis.*

STIPVLATIO FACTI AFFIRMATIVA AN TRANSEAT ad hæredes? CCCLXXV.

D.l.Si ſic ſtipulatus num. 3.& 4 ff.de uerb. obligat.

R. quod aut quæritur an tranſeat ad hæredes
- Stipulatoris, *et aut contractus de cuius natura eſt ut ad hæredes non tranſeat,*
  - præceſsit, *& non tranſit ad hæredes, niſi ſit dictum l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita.ff.de uerb.obligat.*
  - Non *præceſſit: & aut factum perſonæ ſtipulantis*
    - Cohæret, *ut operæ obſequiales: & ad hæredes non tranſit, nec ad alium, niſi ſit commiſſa ſtipulatio ad intereſſe: & tunc tranſiret ſicut quælibet ſtipulatio pecuniæ creditæ.*
    - Non *cohæret: & ad hæredes tranſit.l.qui Romæ.§. Flauius ff.de uerb.obligat.*
- Promiſſoris: *& aut factum perſonæ*
  - Cohæret *& ad hæredes non tranſit.l.centeſimis.§.1.ff.de uerb.obligat.*
  - Non *cohæret & aut ſtipulatio in tempus mortis uel poſt*
    - Eſt *concepta & tranſit ad hæredem.l.finali. C.de contrah.ſtipulat.*
    - Non *eſt collata: & aut factum perſonæ induſtriam*
      - Non *reſpicit: & tranſit ad hæredes. l. ueteris. C. de contrah. ſtipulat.*
      - Reſpicit, *& non tranſit ad hæredes.l.inter artifices. & quod ibi notatur ff. de ſolut. tunc enim uidetur cohærere perſonæ, niſi eſſet obligatio contracta ad intereſſe.*

PROHIBITIO DE NON ALIENANDO FACTA PER LEGEM, TESTATOREM & contrahentes, an impediat translationem in hæredem? CCCLXXVI.

L. Si ita qui promiſerit, §. ea lege, num. 7. ff. de uerb. oblig.

R. quòd aut utitur uerbo

- Alienationis *permiſſiue, & tunc hæredis inſtitutio continetur, l. ſi quis prioris, §. certum, C. de ſecund. nuptijs.*
- Alienationis *prohibitiuæ: & aut prohibetur alienatio*
  - Simpliciter, *ut puta fundus dotalis, & tunc hæredis inſtitutio non comprehenditur, l. 1. ff. de fund. dotali, l. quædam, de acquir. rer. dom.*
  - In *certas perſonas ſingulares, & tūc nec per hæredis inſtitutionē ex teſtamēto, nec ab inteſtato poteſt uenire, quod non fiat contra prohibitionem, l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de uerb. oblig. l. codicillis, §. patre, ff. de legatis 2.*
  - In *certum perſonarum genus, & aut eſt prohibitus hæres*
    - Legitimus, *& talis prohibitio ad eum non extenditur, l. cum pater, §. cum inter, de legatis 2.*
    - Teſtatoris, *et tunc uidetur prohibita alienatio, l. peto. §. fratre, ff. de legatis 2.*

TESTATOR AN POSSIT VNVM EX HAEREDIBVS PRAE cæteris grauare? CCCLXXVII.

L. Continuus, §. præterea, num. 9. & 10. ff de uerb. oblig.

R. quòd aut uult cū grauare

- Contrahendo, *& leges uidentur expreſſè dicere, quòd non poſſit, l. eum qui ita, §. te & Titium, ff. de uerb. oblig. ratio, quia ſicut non poſſum obligare extraneum, ita nec poſſum hæredem pro illis portionibus pro quibus non eſt hæres, quia quoad illa, eſt extraneus.*
- Vltimam *uoluntatem condendo, et aut quæritur de obligatione*
  - Iam *contracta, & tunc aut uult*
    - Vni *prouidere legando actionem quam habet, & poteſt, l. 1. & ibi notatur, C. de except.*
    - Vnum *grauare, ut ſuſtineat onus obligationis, qua tenebatur, & tunc quo ad creditorem, non poteſt, ut habeat actionem contra eum ſolum, fallit in actione de dote, ſed poteſt ut cohæredibus teneatur actione familiæ erciſ. l. cum ab uno, de legatis 2.*
  - Contrahenda *ex ultima uoluntate: & tunc aut grauat eum in*
    - Specie *hæreditaria, & tunc non tenetur niſi pro hæreditaria portione, l. ſi fundum ſub conditione, §. ſi libertus, de legatis 1. niſi onus iniunctum fuerit indiuiduum, l. cum quaſi. §. ſi plures, ff. de fideicom. libert.*
    - Specie *non hæreditaria, & grauatur hæres in totum, l. ſi tibi homo, §. 1. ff. de legatis 1.*
    - Quantitate, *& tunc tenetur in ſolidum, l. ab omnibus in princip. de legatis 1.*

DEFECTVS SVPERVENIENS AN POSSIT VITIARE DISPOSITIONEM CCCLXXVII.

L. pluribus, §. etſi placeat, nu. 4 ff. de uerb. obligat.

R. quòd aut defectus ſuper uenit
- Cauſæ naturalis, & tunc quandocunq; ſuperueniens uitiat diſpoſitionem, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de uerb. obl.
- Cauſæ efficientis, & aut actus erat
  - Perfectus & conſumatus, & tunc non uitiatur, l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui uel al. iuris.
  - Non perfectus, & aut defectus ſuperuenit
    - Cum delicto perſonæ, & uitiatur diſpoſitio, l. ſi in metallum, ff. de his qui pro non ſcript. hab.
    - Sine delicto perſonæ, & non uitiatur diſpoſitio, l. is cui bonis, ff. de teſtam.
- Mixtim in cauſa naturali, & in cauſa efficiente, et tunc aut actus erat
  - Perfectus & conſummatus, & non uitiatur diſpoſitio, l. pluribus, §. & ſi placeat, in fine, ff. de uerb. oblig.
  - Non perfectus, & aut diſpoſitio reſpicit
    - Rem propter rem, ut in ſeruitutibus, & diſpoſitio nõ uitiatur, l. ſi ſub una, §. 1. ff. de uerb. obligat.
    - Perſonam, & diſpoſitio non uitiatur, l. damni, §. emptori. ff. de dan. infecto.

DVO REI DEBENDI QVALITER CONSTITVANTVR CCCLXXIX.

L. Cum duo, num. 2. ff. de duob. reis.

R. quòd aut ſint duo rei
- Eſt actum, & tunc ſunt duo rei debendi, l. reos, §. cum tabulis, de duob. reis, Auth. hoc ita, C. eodem.
- Non eſt actum, & aut obligarunt ſe, uel teſtator obligauit eos
  - Alternatiuè, & ſunt duo rei debendi, l. ſi ex toto, §. 1. ff. legatis 1. notatur in l. ſiue. de duob. reis.
  - Copulatiue: & aut ſunt
    - Duo actus promittendi, & duæ reorum expreſſiones, & aut uerbum idem
      - Apponitur, & ſunt duo rei.
      - Non apponitur, & non ſunt duo rei, ſed ſunt duæ obligationes diuerſarum ſummarum, Inſtit. de duob. reis, in princip.
    - Vnus actus promittendi, ſed duæ reorum expreſſiones, & ſunt duo rei debendi, l. ſtipulatio iſta, §. eum qui, ff. de uerb. oblig.
    - Vnus actus promittendi, & una rei expreſſio, & aut per uerbum diſtributiuum quilibet uel ſimile
      - Eſt appoſitum, et tunc ſunt correi, l. ſi pluribus, in princip. & ibi notatur, de legatis 2.
      - Non eſt appoſitum, ſed ſimpliciter dictum, tunc ſiquidem expreſſè eſt actum, erunt duo rei: aliâs quilibet tenebitur in uirilem, Auth. hoc ita, C. de duob. reis.

DVO REI CREDENDI QVALITER CONSTITVANTVR? CCCLXXX.

D. l. Cum duo. num. 3 ff de duob. reis.

R. Quòd aut quòd ſint duo rei credendi
- Eſt actum: & tunc non eſt dubium quod ſint duo rei credendi.
- Non eſt actum: & tunc aut diſpenſatio in eorum perſona eſt collata.
  - Alternatiue: & aut obligatio poteſt acquiri
    - Vni tantum & alter habetur ut adiectus, nec erunt duo rei. l. ſed & ſi filio. § 1. ff. de conſtit. pec.
    - Vtrique: & aut electio in perſonam debitoris
      - Fuit collata, & ualet ſtipulatio. & ſunt duo rei credendi. l. ſi Titio aut Seio. de legatis 2.
      - Non fuit collata. & tunc de iure antiquo uitiatur ſtipulatio. l. i. §. ſi fructuarius. l. itam ſeruus. § fin. & lege ſeq. & l. ſeruus communis ff. de ſtipulat. ſer. ſed hodie ualet, & alternatiua reſoluitur in copulatiuam, l. cum quidam. C. de uerb. ſignif. unde erit idem dicẽdum quod in copulatiua.
  - Copulatiue: & tunc per omnia diſtinguitur ut ſupra proxime, circa duos reos debendi per eaſdem ll. in hoc nihil eſt immutatum per ius Authenticorum. Bartol. in l. cum duo. num. 3. ff. de duob. reis

PLVRES ADMINISTRATORES SEV OFFICIVM GERENTES QUALITER TENEANTUR? CCCLXXXI.

L. Eandem. num. 7 de duob. reis.

R. Quòd aut gerũt negocium
- Sponte: & non tenentur in ſolidum, ſed pro ut quiſque geßit. l. cum alicui. in fine. ff. de neg. geſtis. & quod ibi notatur in Gloſſa.
- Cum mandato impoſito uel à lege, uel ab homine: & aut adminiſtratio eſt
  - Publica authoritate & utilitate: & tunc quilibet tenetur in ſolidum. leg. Imperator. ff. ad municip. & hoc ſiue adminiſtratio ſit ordinaria, ſiue delegata. argumento, legis ex facto. in fine. ff. de neg. geſtis.
  - Puplica autoritate, ſed utilitate priuata: & tunc idem. quilibet enim tenetur in ſolidum, & ſunt duo rei debendi, licet non per omnia. l. pupillus ff. de adminiſt. tutor.
  - Priuata autoritate & utilitate: & aut loquimur in
    - Inſtitutoribus & exercitoribus: & quia eis uidetur mandata adminiſtratio, in ſolidum tenentur, & ſunt duo rei, licet non per omnia. l. 1. § ſi plures. de exercit.
    - Procuratoribus: & tunc aut ſunt facti
      - In ſolidum: & quilibet tenetur in ſolidum, & erunt duo rei ſicut duo tutores l. creditor. §. duob. ff. mandati.
      - Non in ſolidum: & tunc unus non poteſt contrahere ſine alio, & quilibet tenetur tantum de ſuo facto, nec erunt duo rei, l. cum alieni. in fin. ff. de neg. geſtis.

R 2 L. Reos

CONTRACTVS ALIA'S INVALIDVS, AN ET QVANDO firmetur iuramento? CCCXCI.

L. ſi quis pro eo nu. 5. cum ſeq. de fideiuſſor.

R. Quòd aut reprobatur contractus

Quia contra bonos mores: & iſto caſu non firmatur; quia iuramentum non eſt obligatorium. de regi iur. in 6. exemplum in l. fin. C. de pactis. l. ſtipulatio hoc modo. & in l. Titia. ff. de uerb. obligat.

Fauore publicæ utilitatis: & aut publicæ utilitatis ratione

- Principaliter: & non confirmatum iuramento. c. ſi diligentis. extra. de foro compet. l. 2. C. de agricol. & cenſ. lib. 11.
- Secundario: & aut reg. iuris
  - Prohibet alienationem uel contractum tantum, ut in l. Titia. ff. de fund. dotali. & tunc firmatur iuramento de iure Canonico. c. cum contingat. extra, de iureiur.
  - Præcipit perſonæ ne contrabat: & tunc contractus non firmatur iuramento.

In odium creditoris, & tunc iuramento dicitur firmari. c. ſignificante. extra, de pign. non tamen contractus firmatur iuramento. ſed datum repeditur condictione ſine cauſa.

Fauore debitoris: & tūc aut lex

- Solum inualidat contractum uel alienationem: & tunc contractus ualidatur iuramento. Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. uendit.
- Præcipit uel prohibet perſonæ: & tunc non ualidatur iuramento.

Quia lex ſibi non aſſiſtit, non autem reprobat. exemplum in l ſtipulatio. §. alteri. de uerb. obligat. & ille ualidatur iuramento.

Ratione ſolennitatis probatoriæ: & non firmatur. quia cum iſtæ ſolennitates ob publicam utilitatem ſint introductæ, nec pactis, nec iuramentis priuatorum poſſunt tolli. l. ius publicum. ff. de pactis.

Ratione defectus ſolennitatis formalis: & iuramentum ualet omni modo quo poteſt, quo limita, niſi ſit defectus circa conſenſum nam ſi conſenſus deficiat totaliter, uel eſt limitatus certo modo, uel certa conditione, eodem modo intelligatur iuramentum: non enim ſe extendit ulterius quam conſenſum eſt.

Ratione rei uel materiæ ſuper qua contractus interponitur, ut ſi contrahitur ſuper re cuius non eſt commercium: tunc non ualidatur iuramento, nec iuramentum obligat: quia continet impoſſibile, de facto, uel de iure. quia conſenſus priuatorum non poteſt ſupplere defectum rei.

Propter alias ſubditorū utilitates. exemplum in l. cum hi. ff. de tranſact. ubi prohibetur tranſactio ſuper alimentis, item in donatione inter uirum & uxorem. item in l. pactum. C. de pactis. & iſtis caſibus puto quod confirmetur iuramento de iure Canonico. quamuis c. de pactis. lib 6.

SENTENTIA CONTRA VNVM PER INIVRIAM LATA, an noceat alteri, quo actionem dandam contra alium? CCCXCII.

L. Exceptione. nu. 5. ff. de fideiuſſor.

R. quod aut quæritur an noceat

Ei pro quo eſt lata: & tunc aut eſt lata

- Pro eo, & ad eius utilitatem & commodum: & poteſt ei nocere, & contra eum actio datur, quia non poteſt dicere ſententiam iniquam uel nullam. l. ſeruus plurimum §. 1. de legatis primo.
- Pro eo ſed non ad ſuam utilitatem, uel in cauſa criminali: & tunc iniurioſa non poteſt accuſatori præiudicare ultra id quod per eum petitum eſt, ut contra eū poſſit dari actio uigore eius ſententiæ. l. qui cum maior. §. is demum. ff. de bonis libert.

Extraneo: & aut ſententia eſt iniuſta

- Culpa patris: & tunc alteri nocet, ut contra eum detur actio. l. exceptione. ff. de fideiuſſ.
- Non culpa patris: & tunc aut negocium ſpectabat
  - Non principaliter ad eum contra quem ſententia eſt lata: & nocet illi ad quem negocium principaliter ſpectat. l. exceptione ibi, à contrario ſenſu ff. de fideiuſſ.
  - Principaliter ad eum contra quem ſententia eſt lata: et tunc aut periculum ſpectabat
    - Ad eum contra quem eſt lata ſententia: & nocet ſibi, nō alteri, l. ſi per imprudētiā. ff. de euict.
    - Ad alium: & illi ad quem ſpectat, nocet l. 2. §. ſolet. ff. de hared. uel, action. uend.

L. ſi

EXCEPTIO COMPETENS VNI EX DVOBVS REIS debendi, an porrigatur ad alium? CCCLXXXIIII.

D. l. Ex duobus, nu. 22. ff. de duob. reis.

R. quòd aut ſũt exceptiones
- Merè *perſonales, & ad alium non porriguntur, ſicut nec ad fideiuſſorem, l. exceptiones, de exception. cum ſimilib.*
- Aliæ *quæ ad fideiuſſorem porriguntur, & aut color*
  - Quæſitus *fuit, quod in ueritate fideiuſſor erat, & non correus, & ad eum porrigitur, l. ſed Iulianus, §. 1. ff. ad Macedon.*
  - Nõ *fuit quæſitus, & tunc aut ſocij*
    - Sunt, *& unius exceptio non porrigitur ad alium, l. ſi duo rei, ff. de duob. reis.*
    - Non *ſunt, & aut ſe obligarunt ex cauſa*
      - Oneroſa, *quia mutuò acceperant, & tunc eatenus competit exceptio, quatenus ad eum cui exceptio ſine dubio competit, peruenit de pecunia, l. ſed Iulianus, §. item ſi duos, ff. ad Macedon.*
      - Lucratiua, *& exceptio competens uni non prodeſt alteri, l. ſi ex duobus, §. 1. ff. de duob. reis.*

QVAE DIVERSITAS IMPEDIAT CONSTITVTIONEM DVOrum reorum? CCCLXXXV.

L. Cum duo, nu. 1. ff. de duob. reis.

R. quòd aut diuerſitas eſt in
- Tempore: *& aut eſt diuerſitas temporis*
  - Modici, *& non impeditur conſtitutio duorum reorum, l. duos, §. fin. ff. de duob. reis.*
  - Longi, *& aut duo interrogant, uel interrogauerũt*
    - Simul, *& unus ſtatim, alter ex interuallo reſpondet, uel alteri ex interuallo reſponſum eſt, & uitiatur conſtitutio reorum credendi & debendi, l. ſi ex duob. ff. de duob. reis.*
    - Separatim *& aut in ſequenti obligatione*
      - Fuit *habita mentio primæ, uel expreſſè hoc actum quòd eſſent duo rei, & non impeditur conſtitutio duorum reorum, l. 3. in princip. ff. de duob. reis.*
      - Non *fuit facta mentio primæ, & non erunt duo rei, §. 1. Inſtit. de duob. reis.*
- Obligationis *forma, & tunc uitiatur conſtitutio duorum reorum, quia omnes leges quæ de duob. reis loquuntur, dicunt, quod conſtituuntur eodem contractu, uel ſtipulatione, uel alio modo, l. 1. & 2. et l. eandem, ff. de duob. reis.*
- Obligationis *ſubſtantia, & non impeditur conſtitutio duorum reorum, l. ſi ex duob. §. 1. ff. de duob. reis.*
- Obligationis *cauſa, & impeditur conſtitutio duorũ reorum, l. qui ſeruum, & ibi Gloſſa magna, ff. de interrogat. act.*
- Re *quæ in obligatione deducitur, & uitiatur conſtitutio, l. ſi id quod, ff. de duob. reis.*
- Obligationis *qualitate: & tunc aut diuerſitas*
  - Superuenit *poſt conſtitutionem reorum iam factam, & non uitiatur, l. eandem, §. ſed ſi quis, ff. de duob. reis, ſecundo reſponſo,*
  - Fuit *ab initio, & aut illam diuerſitatem ad paritatem deducere eſt*
    - Impoſſibile, *& uitiatur conſtitutio duorum reorum, l. eandem, §. ſed ſi quis, in primo reſponſo, ff. de duob. reis.*
    - Poſſibile, *& non uitiatur conſtitutio duorum reorum, l. ex duobus, in princip. ff. de duob. reis.*

IN STIPVLATIONE ANNVA AN TOT SINT STIPVLATIONES, quot anni? CCCLXXXVI.

L. Si ſeruus communis, §. cum ſeruus fructuarius, nu. 3 ff. de ſtipul. ſeruorum.

R. quòd aut ſtipulatio fit
- Per *expreſſas temporum dinumerationes, & quot ſunt anni, tot ſunt ſtipulationes, l. pluribus, §. 1. de uerb. oblig.*
- Non *per tẽporum dinumerationem, & tunc aut à ſtipulatore*
  - Nihil *eſt implendũ, & aut ſtipulatio debet committi*
    - Omni *anno in euentum alicuius conditionis, ut ſi reus fuerit in mora, & tunc quot ſunt anni, tot ſunt ſtipulationes, l. ubi autem, §. pen. & ibi Bartol. ff. de uer. oblig.*
    - Indiſtinctè, *ex ſolo curſu temporis, & tunc una eſt ſtipulatio pro omni tempore, l. ſi Stichum, §. Stipulatio, de uerb. oblig.*
  - Eſt *aliud implendũ, & tunc aut illud*
    - Cohæret *perſonæ, & tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt anni, l. ſi ſterilis, §. 1. ff. de action. empti.*
    - Non *cohæret perſonæ, & eſt una ſtipulatio omni tempore, l. ſi à colono, ff. de duob. reis.*

SERVVS COMMVNIS QVANDO STIPVLATVR, QVALITER dominis acquiratur? CCCLXXXVII.

L. Si communis ſeruus ita, nu. 3. de ſtipul. ſeru.

R. Quòd aut ſeruus ſtipulatur
- Simpliciter, *tunc aut illud*
  - Omnibus *poteſt quæri pro portione dominica, & tunc quæritur pro portione dominica, l. ſeruus cõmunis. ff. de ſtipulat. ſeru.*
  - Non *poteſt omnibus quæri proportione dominica, & quæritur omnibus pro ea portione, pro qua poteſt quæri. l. ſi ſeruus communis. ff. de damno infecto.*
  - Non *poteſt omnibus quæri, & acquiritur eis quibus poteſt. l. 1. §. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipulat. ſeru.*
- Nominatim *alicui ex dominis, & tunc illi ſoli quærit, l. ſi ſeruus communis ſic, ff. de ſtipulat. ſer.*
- Nominatim *pluribus dominis, & omnibus, & aut eos nominat*
  - Alternatiuè, *& dicitur ut in l. item ſi ſeruus. ff. de ſtipulat. ſeru.*
  - Copulatiuè, *et tũc aut*
    - Omnibus *nominatim poteſt quæri uiriliter: & omnibus quæritur.*
    - Omnibus *non poteſt quæri, & tunc quæritur illis, quibus poteſt quæri. l. proinde. §. finali ff. de ſtipulat. ſeruorum.*
- Nominatim *nominibus proprijs et appellatiuis, & tunc aut exprimuntur nomina*
  - Propria *& appellatiua eorũdem, & habet locum diſtinctio. l. ſi ſeruus communis ita. ff. de ſtipul. ſeru.*
  - Propria *quorundam, & aliorum appellatiua, & tunc nominato nomine proprio, acquiritur uirilis, nominatis nomine appellatiuo, acquiritur pro portionibus dominicis.*
  - Propria *quorundã, & omnia appellatiua, & tunc nominati habent ſuas partes uiriles, & omnes domini habent unam uirilem, ad quam etiam uocabuntur nominati pro portionibus dominicis.*

¶ Amplia *ſecundum Bartolum, hanc diſtinctionem procedere in inſtitore unius ſocietatis, in qua multi ſunt.*

L. Si

BENEFICIVM CEDENDARVM ACTIONVM QVANDO obeſt creditori, agenti contra fideiuſſorem? CCCLXXXVIII.

L. Si ſtipulatus eſſes. §. ſi ex duob. num. 3. ff. de fideiuſſ.

R. Quòd aut creditor nõ poteſt cedere actiones

- Ex natura obligationis, *quia nulla ſibi competit actio: & tunc non obſtat exceptio cedendarum. l. quamuis. §. ſi mulier. & §. Marcellus ff. ad Velleianum.*
- Facto *debitoris: & tunc idem quod non obſtat exceptio cedendarum. l. in his. §. ſi duos. in fine. ff. de ſolut.*
- Facto ſuo: *& aut ille qui petit ceſsionẽ, liberationi*
  - Conſenſit: *& tunc imputet ſibi. l. 2. in ſecunda Gloſſa magna. C. de fideiuſſ.*
  - Non conſenſit: *et aut* beneficio *cedendarum*
    - Renunciauit, *& ſecurus eſt creditor. notatur in l. 2. C. de pactis.*
    - Non *renunciauit: & aut fideiuſſerunt*
      - Simul: *& tunc obſtat exceptio cedendarum lege Stichum. §. ſi creditor. ff. de ſolut. ratio eſt, quia uidentur fideiubere ratione mutui periculi.*
      - Diuerſis *temporibus: & aut fuit liberatus*
        - Ille *fideiuſſor, qui interceſſit poſtea, & conuenitur primus: & non obſtat exceptio, niſi ab initio eſt conuentum, quòd etiam alius daretur. quia tunc uidentur ſimul dari.*
        - Primus *fideiuſſor: & obſtat conuenienti ſecundum exceptio, &c. quia ſecundus fideiuſſit contemplatione primi.*

OBLIGATIONI FACTI AN POSSIT ACCEDERE fideiuſſor? CCCLXXXIX.

L. Si quis pro eo. num. 2. ff. de fideiuſſ.

R. Quòd aut fideiubet

- Simpliciter *dicendo, fideiubeo, & ualet: & intelligitur fideiubere omni modo. l. quoties. ff. de uerb. obligat.*
- *Ex primendo quod promittit: & aut promittit*
  - Intereſſe, *& ualet fideiuſsio. l. ſi ſtipulatus. ff. de fideiuſſ.*
  - Ipſum *factum: & aut reſpectus habetur*
    - Ad *ipſum factum perfectum, hoc eſt ad id quod reſultat ex facto: puta, promitto tibi dare librum manu talis ſcriptoris ſcriptum: & ualet. l. continuus. §. ſi ab eo. ff. de uerb. obligat.*
    - Ad ipſum *actum faciendi: & aut fideiuſſor promittit*
      - Quod *principalis faciet, & non ualet. l. ſicut. ff. de fideiuſſ.*
      - Se *facturum & curaturum quod principalis faciet: & ualet. l. inter ſtipulantem. in princip. ff. de uerb. obligat.*
      - Se *facturũ quòd principalis promiſit, & tunc aut*
        - Sunt *eiuſdem peritiæ, & ualet lege nemo. ff. de duob. reis.*
        - Non *ſunt eiuſdem peritiæ: & non ualet, quia diuerſum uidetur promittere, & ſic uitiatur fideiuſsio.*

L.Hi

DISPARITAS INTER OBLIGATIONEM FIDEIVSSORIS ac principalis, quando uitiet obligationem, ut fideiuſſor non teneatur?

CCCXC.

L. Hi qui acceſsionis.nu.1.ff.de fideiuſſ.

R. Quòd aut eſt diſparitas in
- Tempore *obligationis contrahendæ, & tunc non uitiat, ſiue præcedat, ſiue ſequatur, l. ſtipulatus. §. adhiberi. ff. de fideiuſ.*
- Ipſa obligatione *iam contracta: & aut eſt diſparitas*
  - 1. In *obligationis efficacia: & tunc ſi quidem rei obligatio eſt efficacior, ut quia principalis, utroque modo eſt obligatus, fideiuſſor uerò naturaliter tantum, ſiue econtra: ualet conſtitutio fideiuſſoris. §. præterea. Inſt. quibus mod. toll. obl. l. ſi pupillus. ff. de uerb. obl.*
  - 2. In *re deducta in obligationem, & aut loquimur in obligatione*
    - Dandi: *& non tenetur fideiuſſor. l. ſi ita. ff. de fideiuſ.*
    - Faciendi, *& tunc dicitur ut in lege ſi quis pro eo. in princip. ff. de fideiuſ.*
  - 3. In qualitate, *& aut eſt diuerſitas propter*
    - Appoſitionem *conditionis: & tunc aut*
      - Principalis *promittit ſub conditione, fideiuſſor purè, & non tenet. l. ſi à reo. §. 1. ff. de fideiuſ.*
      - Principalis *purè, fideiuſſor ſub conditione: & tenet. l. ſi à reo. §. 1. ff. de fideiuſ.*
      - Principalis *in diem, fideiuſſor ſub conditione: & eſt in pendenti. l. fideiuſſor obligari. §. pen. ff. de fideiuſ.*
      - Vterq; *ſub conditione: & tunc aut conditio eſt*
        - Eadem: *& non eſt dubium quin fideiuſſor teneatur.*
        - Diuerſa, *& dicitur ut per* Bartol. *in l. ſi à reo. §. 1. ff. de fideiuſ.*
    - Alternationem: *& tunc latè diſtinguitur, ut per* Bartol. *in l. hi qui acceſsionis. num. 5. ff. de fideiuſ.*
    - Generalitatem *& ſpecialitatem: tunc, ſiquidem principalis promittit ſpeciem, fideiuſſor genus, non ualet, quia cauſa durior, aut econtra, & ualet, ſed ſi uterq; promitteret genus, & eſſet diuerſitas in electione, uide* Bartol. *in l. hi qui acceſsionis.*
    - Solam *perſonam adiectam in ſolutione, & tũc aut*
      - *In perſona rei non adijcitur, in perſona fideiuſſoris non, & non & ualet.*
      - In perſona, *rei adijcitur, in perſona fideiuſſoris non, & non ualet.*
      - In perſona *rei adijcitur unus, in perſona fideiuſſoris alius: & non ualet. nam eo ipſo quòd non habet facultatem ſoluendi illi perſonæ cui poteſt principalis ſoluere, durior cauſa eſt.*
  - 4. In quantitate, *& dicitur ut in l. Græcè. §. illud, ff. de fideiuſ.*
  - 5. In tempore: *& aut fideiuſſor promittit tempore*
    - Longiori: *& ualet. §. item ſi ille, Inſtit. de fideiuſ.*
    - Breuiori: *& non ualet. l. ſed etſi citeriore. ff. de conſtit. pet.*
  - 6. In loco, *& aut eſt diſparitas in loco*
    - In quo *promiſsio fit, & ualet. l. ſi teſtamento. §. fin. ff. de fideiuſ.*
    - In quo *debet fieri ſolutio, & non ualet fideiuſsio. nam eo ipſo quòd fideiuſſor poteſt conueniri alio loco, eſt eius cauſa durior, & ideo non ualet. d. l. ſi teſtamento.*

CREDITOR PETENS SIBI COMMVNICARI ILLVD QVOD correus credendi à debitore accepti, qua actione experitur? CCCLXXXII.

L. Reos. ff de duob. reis.

R quod aut ſunt
- Socii, & *tunc petit partem ſoluti pro ſocio.*
- Non *ſocij, et aut tale creditum eſt contractum*
  - Occaſione *alicuius rei communis, in qua compe tit aliquod iudicium diuiſorium, ut communi diuid. famil. erciſ. & tum eo iudicio repetetur, l. ſi in re communi, ff. de noxal. act. l. item ex diuerſo, ff. famil. erciſ.*
  - Alias *quam de re communi: & aut fuerunt conſtituti duo rei credendi*
    - Simul, *& unus altero præſente: & habet locum actio mandati. quia cum patior te ſtipulari ex re mea, uideor mandare, ut ad meam utilitatem ſtipularis, l. ſi mulier. ff. de iure dot. l. quæ dotis ff. ſolut. mat.*
    - In *abſentia: quod poteſt fieri, quando unus ſub commemoratione alterius ſtipulatur, etiam ex interuallo. l. 3. ff. de duob. reis. & tunc repetetur actione negociorum geſtorum. & ita intelligitur* Gloſſa *in l. a frater fratre. ff. de condict. indeb. argumento l. pen. ff. de neg. geſt.*

CORREI ALIQVI SI SIBI IPSIS SVCCEDANT, AN ex hoc liberentur uel obligentur? CCCLXXXIII.

L. Ex duobus. nu. 3. ff. de duob. reis.

R. Quòd aut
- V*nus ex reis debendi ſuccedit alteri correo, uel unus correus credendi alteri correo credendi, & tunc neutra obligatio extinguitur, ſed in unius perſonæ utraque obligatio durat. l. ſi reus. ff. de duob. reis.*
- Creditor *qui ſolus eſt, ſuccedit uni ex reis debendi, & aut correi debendi ſocij*
  - Erant, *& tunc ab alio cui non eſt ſucceſſum, poteſt ſolum pro parte peti. l. Vranius de fideiuſ.*
  - Non erant: *& aut loquimur de iuris*
    - Rigore: *& ab alio debitore creditor poteſt ſolidum petere. d. l. Vranius de fideiuſ.*
    - Aequitate *inſpecto obſtaculo, & aut ſunt conſtituti correi ex cauſa*
      - Lucratiua, *& idem quod in nulla parte obſtat exceptio, cum nulla cauſa dandæ exceptionis ſubſit. l. in lege Falcidia hoc non ſeruandum. ff. ad l. Falcidiam.*
      - Oneroſa, *quia feit eis mutuatum: & aut*
        - Ad *correum cui creditor ſuccedit, peruenit pecunia mutuata in totum, uel in partem, & catenus creditor agens exceptione repellitur. ratio, ut per Bartol. in l. ex duob. nu. 3. ff. de duob. reis.*
        - Ad *illum reum cui ſucceſſit, nihil peruenit, tunc in nulla parte obſtat exceptio, cum cauſa dandæ exceptionis non ſubſit.*

D.l.Ex

OBLIGATIO ET MORA QVANDO PRAECEDIT, AN PER ſequentem ſtipulationem purgetur mora,& ſequens ſtipulatio committatur?

CCCXCIII.

L.Si rem aliquam.ff.de nouat.

R. Aut ſtipulatio fuit interpoſita
- Non animo nouandi:& tunc aut res
  - Erat *præſens:& tunc mora purgatur:Bartol.in l.ſi rem aliquam.ff.de nouat.*
  - Erat *abſens:& mora non purgatur.l.qui decem,§.idem reſponſum,ff.de ſolut.*
- Animo nouandi:& aut fuit interpoſita
  - Pure:*& purgatur mora indiſtincte.ut l.parui ff.de condi.furt.*
  - Sub *conditione:& aut res ante ſecundam ſtipulationem; ante moram tamen*
    - Deſierat *eſſe: & non purgatur mora, & fit nouatio.l.inter ſtipulantem §.pen.ff.de uerb.obligat.*
    - Extabat: *& aut erat*
      - Præſens:*& mora purgatur,& ſequens ſtipulatio non committitur l.quoties.uerſ.unde Marcellus.ff.de nouat.*
      - Non *præſens: & mora non purgatur, & ſtipulatio ſequens non committitur. probatur in l.qui decem.§. idem reſponſum. ff.de ſolut.*

RES SOLVTA SI EVINCATVR, QVANDO DETVR prima actio,& quando agatur de euictione?

CCCXCIIII.

L.Si quis aliam.num.2.ff de ſolut.

R.Aut unum pro alio ſoluitur ex cauſa
- Tranſactionis:*& re euicta non agitur actione prima fauore minuendarum litium, ſed agitur pro euictione.l.ſi pro fundo, C.de tranſact.*
- Alia *quam tranſactionis: & aut ſoluitur*
  - Species pro *ſpecie:& aut euincitur ſpecies*
    - Ex *cauſa dominij & ſine dubio poteſt agi actione prima, ſiue ab initio non fuit facta accipientis, ſiue ex poſt facto deſinat propter alicuius conditionis euentum.l.ſi quis aliam.ff.de ſolut.*
    - Per *hypotecariam. uel aliqua alia actione perſonali:& tunc aut ille qui ſoluit*
      - De *euictione promiſit:& eſt libertatus prima actione, & debet agere de euictione.l.fin.ff.de condict.ob cauſam.*
      - De *euictione non promiſit: & debet agi actione prima.l.ſi rem.ff.de ſolut.*
  - Genus *pro genere:& idem quod debet agi actione prima,ſecundum diſtinctionem præcedentem.l.de ferre.§.finali.& l.ſeq.ff.de iure fiſci.*
  - Species pro *genere:& aut illud genus*
    - Conſiſtebat *in pecunia numerata: & re euicta non poteſt agi actione prima,ſed utili exempto.l.ſi prædium.C.de euiction.*
    - Non *conſiſtebat in pecunia:tunc non poſſe emptio eſſe, ideo ageretur actione prima, à qua non fuit liberatus.l.qui concubinam.§.ſi hæres.ff.de legatis 3.*
  - Genus *pro ſpecies:& tunc indiſtinctè tenetur facere rem accipientis l. ſi à ſubſtituto.§. hæres.de legatis 1.& l.qui concubinam.§ ſi hæres.ideo ſi non fecit,debet agere actione prima,&c.*

L.qui

SOLVENS VT RECIPIAT, AN TRANSFERAT DOMINIVM? CCCXCV.

L. qui ſic. ff. de ſolut.

- R. Quòd aut ſoluēs debet recipere
  - Poſt tempus, & eo caſu tranſfertur dominium. l. ſi tibi areæ. ff. de præſc. uerb. & eſt ratio: quia accipiens qui eſt redditurus, poteſt habere commodum medij temporis.
  - Statim: & tūc aut dans primò
    - Ex redditione ſibi facta debet remanere obligatus reddenti: & transfertur dominium de æquitate lege ſi tibi. ff. ſi cert. pet. lege qui id quod. §. ea lege. ff. de donat. ratio: quia reddens conſequitur commodum.
    - Non debet remanere obligatus reddenti: & aut reddēs ex momentaneo dominio
      - Conſequitur aliquod commodum: & transfertur dominium. l. ſeruus dotalis. ff ſolut. mat.
      - Non conſequitur commodum aliquod: & impeditur translatio dominij l. qui ſic ff. de ſolut.

PLVRES QVANDO SVNT OBLIGATI, ET VNVS SOLVIT, an actio poſt ſolutionem poſſit contra alios cedi? CCCXCVI.

L. Modeſtinus. nu. 4. ff de ſolut.

- R. quòd aut ſoluit
  - Nomine illius contra quem fit ceßio, uel illius uel alterius: & tunc ceßio eſt inutilis, ſiue fiat ante ſolutionem, ſiue in ipſa ſolutione ſiue poſt ipſam ſolutionem, interueniente pacto uel non: quia per ſolutionem tollitur omnis obligatio. Inſt. quib. mod. tollitur obligatio. in princip.
  - Nomine ſui ſoluētis tantum, & hoc conſtat: & tunc ualet ceßio facta poſt ſolutionem, nullo interueniente pacto, quia actiones competentes contra debitores principales non extinguuntur. l. Stichum. §. ſi mandati.
  - Ita quòd dubitatur cuius nomine: & aut loquimur in pluribus
    - Obligatis principaliter: & tunc aut ſunt obligati
      - Ex eodem contractū: & aut ceßio fit
        - Ante ſolutionem, uel in ipſa ſolutione, uel in continenti pòſt, uel ex interuallo præcedente pacto facto: & ualet ceßio. l. Modeſtinus. de ſolut.
        - Ex interuallo non præcedente pacto, & non ualet. d. l. Modeſtinus. in princip.
      - Ex diuerſis contractibus: & tunc in dubio præſumitur ſoluère pro obligatione ſua, & ualeret ceßio ſtatim poſt ſolutionem. l. ſi minoris ff. de adminiſt. tutor.
    - Quorum unus principaliter, alter acceſſoriè obligatus: & tunc aut ſoluit obligatus
      - Acceſſoriè: & in dubio uidetur ſoluere pro obligatione ſua. l. Stichum. § ſi mandato. ff. de ſolut. & ideo ceßio etiam poſſet fieri ex pòſt facto.
      - Principaliter: & uidetur ſoluere pro tota obligatione. l. cum quis. §. de peculio. ff. de ſolut.
    - Obligatis acceſſoriè: & ſoluens in dubio uidetur ſoluere pro ſua obligatione, & ideo poteſt ceßio fieri ſibi ex interuallo. l. Papinianus. ff. mandati.
    - Quorum unus eſt obligatus, alius non, ſed ex aliqua cauſa ſoluit: & tunc pro cauſa ad ſe pertinente uidetur ſoluere. l. & magis ff. de ſolut. & ideo etiam ex pòſt facto poteſt fieri ſibi ceßio. l. dominus Sticho, in princip ff. de pecul. legato.

L. Modeſti.

INTER DIVIDENTES AN DETVR ACTIO DE EVICTIONE?
CCCLXX.

D. §. Duo fratres. nu. 27.

- R. Aut diuiſio eſt facta à
  - Teſtatore: *et aut res euincitur*
    - Culpa *cohæredis: & tunc agitur de euictione.*
    - Non *culpa cohæredis: & non agitur de euictione, ſed excipitur.*
  - Partibus, *ſeu iudice: & tunc aut poſt factam diuiſionem uendicat*
    - Vnus *ex cohæredib. diuidentibus, & aut uendicat*
      - Ex *facto alterius cohæredis, ſeu ex diſpoſitione defuncti, & poteſt, nec de uictione tenetur.*
      - Ex *alio, iure ſuo: & repellitur exceptione lege uendicante. ff. de uerb. obligat.*
    - Extraneus: *& tunc aut fuerunt*
      - Scientes, *& non tenetur de euictione, niſi fuerit ſtipalatus, ut l. ſi fundum ſciens. ff. de euict.*
      - Ignorantes, *& non tenetur de euictione pro parte, qua cohæres à quo euincitur, habuit ab eo. ita dicit* Bartol. *in l. qui* Romæ. §. *duo fratres. nu 27. ff. de uerb. obligat.*

ADIECTA IN PRAECEDENTIBVS AN ET QVANDO in ſequentibus uideantur repetita?
CCCLXXI.

L. Si ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. num. 4. ff. de uerb. obligat.

- R. Aut illud eſt repetitum
  - Eadem *oratione ſeu conceptione uerborum, & aut illud eſt adiectum circa*
    - Res, *& intelligitur repetitum. l. Seiæ. §. Caio. ff. de fund. inſtruct.*
    - Perſonas, *& tunc dicitur ut in l. fin. §. Seio. ff. delegatis 2.*
  - Alia *oratione ſeu conceptione uerborum, et tunc aut ſequens oratio ſeu diſpoſitio*
    - Diſpoſitionem *aliam per ſe principalem continet, & tunc non intelligitur ſacta repetitio, niſi hoc induceret natura alicuius dictionis repetitiuæ. l. in repetendis. ff. de legatis 3.*
    - Eſt de acceſſoriis *præcedentium, & tunc aut tendit ad effectum*
      - Vnum *& eundem cum principali, & intelligitur ſacta repetitio. l. ſi ut proponitur. ff. de fideiuſſ.*
      - Aliũ *per ſe, & aut illa qualitas reſpicit*
        - Actum *perſonæ contrahentis, puta contrahit procuratorio nomine, & tunc illa qualitas intelligitur repetita. l. ſi ita ſtipulatus. §, Chryſogonus. ff. de uerb obligat.*
        - Ipſam *diſpoſitionem, & tunc non intelligitur repetita. l. ſi ita quis. in princ. de uerb. obligat. lege qui fundum. ff. de contrah. empt. quæ omnino amplia & limita, ut per* Bartol. *in d. lege ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. de uerb. obligat. num. 4.*

L. quod

PATER AN STIPVLARI VEL PACISCI POSSIT FILIO, ita quòd in perſonam filii in uita patris effectus ſtipulationis quæratur? CCCLXXII.

L. quod dicitur patrem, num 4. ff de uerb. oblig.

R. quòd aut pater ſtipulatur
- Filio *illud quod per filium patri acquiritur; & ualet ſtipulatio, & ipſi patri acquiritur l. dominus, ſeruo, l. quod dicitur patrem, ff. de uerb. oblig.*
- Illud *quod ipſi filio poteſt acquiri: et aut ſtipulatur aliquid*
  - Dari: *& aut ſtipulatur ut*
    - Filio: *& ualet ſtipulatio, & filio quæritur utilis, l. uxorem, §. teſtamento, de leg. 3. iuncta l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. ercis.*
    - Legitimus *adminiſtrator: & poteſt filio quærere utilem, exemplo tutoris, l. ſi legati, ff de pignor.*
    - Extraneo: *& ſtipulatio eſt ipſo iure nulla, l. ſi tibi, §. ſi pactus, ff. de pactis.*
  - Fieri: *& aut eſt tale factũ quod perſonæ filij*
    - Non *adhæret: & tunc eſt idem quod in obligatione dandi, l. quod dicitur, cum gloſſ. de uerb. oblig. § ſed cum factum, cum gloſſ. Inſtit. de ſtipul. ſer.*
    - Cohæret: *aut quæritur an ualeat quo ad*
      - Filium: *& ualet, & ſibi quæritur utilis, l. ſi quis operas, ff. de oper. libert.*
      - Patrem: *& non ualet, l. quod dicitur. 2. reſponſo, de uerb. obliga. niſi ſua peculiariter interſit, ſicut ſi extraneo ſtipularetur, ut. l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, & §. ſi quis inſulam, ff de uerb. oblig.*

STIPVLATIO SEMEL COMMISSA AN AMPLIVS COMMITTATVR? CCCLXXIII.

L. Si ſic ſtipulatum uum. 1. ff. de uerb. obligat.

R. Quòd aut eſt ſemel commiſſa ad
- *Id quod principaliter in ſtipulatione deuenit: & amplius non committitur. l. ſi ita quis. ff. de uerb. obligat.*
- Aliud, *& tunc aut quo ad*
  - Intereſſe, *& aut factum reiterabile*
    - Eſt, *& toties committitur, quoties contrafactum eſt. l. ſi ſic ſtipulatus. ff. de uerb. obligat.*
    - Non *eſt, & aut eſt commiſſa quo ad intereſſe*
      - Totale, *& nunquam amplius committitur. l. cum quærebatur. ff. iudicatum ſolui.*
      - Particulare, *& iterum poteſt committi, lege ſi procurator. ff. rem rat. hab.*
  - Pœnam, *& tunc aut eſt pœna*
    - Mera, *& tunc amplius non committitur, niſi fuerit dictum toties. l. ſi duo. in fine ff. de arbit.*
    - Quæ *apponitur loco intereſſe, et aut pœna*
      - Eſt *nouata, & amplius non poteſt committi, quia ſublata eſt pœna. l. obligationum ferè. in fine ff de act. & obligat.*
      - Non *eſt nouata, & tunc ſæpius poteſt committi. l. ſi quis à ſocio ff pro ſoc.*

STIPVLATIO FACTI NEGATIVE CONCEPTA, AN TRANSEAT ad hæredes, ſi de hærede non fiat mentio. CCCLXXIIII.

D. l. Si ſic ſtipulatus. num 2. ff. de uerb. obligat.

R. quòd aut cõtractus de cuius natura hæres tenetur

- Præceſsit: & ſtipulatio ſeu pactum tranſit ad hæredes. l. inter ſtipulantem in princip. ff. de uerb. oblig.
- Non preceſsit, & aut eſt ſtipulatio, quæ commodum ſi ad hæredes non tranſiret,
  - Non afferret, & tunc tranſit ad hæredes. l. ſi ita ſtipulatus. ff de uerb. obligat.
  - Afferret, & aut perſona eſt adiecta uerbo
    - Obligatiuo ſeu promiſsiuo: ut, ego promitto non petere, uidetur pactum ſeu ſtipulatio in rem, & perſona adiecta ad oſtendendum eum cum quo contrahatur, & tranſit ad hæredem. l. iuriſgentium. §. pactorum. 2. reſponſo. ff. de pactis.
    - Executiuo: & aut adijcitur perſona
      - Tertii: & eſt perſonale, & ad hæredes non tranſit. l. & hæredi. §. nos autem. ff de pactis.
      - Stipulantis ſeu paciſcentis, & tunc ſi eſt perſona quæ præſumitur habere hæredem, tunc intelligitur de hæredib. d. l. iuriſgentium. §. pactorum. ff. de pactis.

STIPVLATIO FACTI AFFIRMATIVA AN TRANSEAT ad hæredes? CCCLXXV.

D. l. Si ſic ſtipulatus num. 3. & 4 ff. de uerb. obligat.

R. quod aut quæritur an tranſeat ad hæredes

- Stipulatoris, et aut contractus de cuius natura eſt ut ad hæredes non tranſeat,
  - præceſsit, & non tranſit ad hæredes, niſi ſit dictum. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de uerb. obligat.
  - Non preceſſit: & aut factum perſonæ ſtipulantis
    - Cohæret, ut operæ obſequiales: & ad hæredes non tranſit, nec ad alium, niſi ſit commiſſa ſtipulatio ad intereſſe: & tunc tranſiret ſicut quælibet ſtipulatio pecuniæ creditæ.
    - Non cohæret: & ad hæredes tranſit. l. qui Romæ. §. Flauius ff. de uerb. obligat.
- Promiſſoris: & aut factum perſone
  - Cohæret & ad hæredes non tranſit. l. centeſimis. §. 1. ff. de uerb. obligat.
  - Non cohæret & aut ſtipulatio in tempus mortis uel poſt
    - Eſt concepta: & tranſit ad hæredem. l. finali. C. de contrah. ſtipulat.
    - Non eſt collata: & aut factum perſonæ induſtriam
      - Non reſpicit: & tranſit ad hæredes. l. ueteris. C. de contrah. ſtipulat.
      - Reſpicit, & non tranſit ad hæredes. l. inter artifices. & quod ibi notatur. ff. de ſolut. tunc enim uidetur cohærere perſonæ, niſi eſſet obligatio contracta ad intereſſe.

PROHIBITIO DE NON ALIENANDO FACTA PER LEGEM, TESTATOREM & contrahentes, an impediat tranſlationem in hæredem? CCCLXXVI.

L. Si ita qui promiſerit, §.ea lege, num. 7. ff. de uerb. oblig.

R. quòd aut utitur uerbo
- Alienationis *permiſſiue, & tunc hæredis inſtitutio continetur, l. ſi quis prioris, §. certum, C. de ſecund. nuptijs.*
- Alienationis pro *prohibitiuæ: & aut prohibetur alienatio*
  - Simpliciter, *ut puta fundus dotalis, & tunc hæredis inſtitutio non comprehenditur, l. 1. ff. de fund. dotali, l. quædam, de acquir. rer. dom.*
  - In *certas perſonas ſingulares, & tūc nec per hæredis inſtitutionē ex teſtamēto, nec ab inteſtato poteſt uenire, quod non fiat contra prohibitionem, l. ſi ita quis, §. ea lege, ff. de uerb. oblig. l. codicillis, §. patre, ff. de legatis 2.*
  - In *certum perſonarum genus, & aut eſt prohibitus hæres*
    - Legitimus, *& talis prohibitio ad eum non extenditur, l. cum pater, §. cum inter, de legatis 2.*
    - Teſtatoris, *et tunc uidetur prohibita alienatio, l. peto. §. fratre, ff. de legatis 2.*

TESTATOR AN POSSIT VNVM EX HAEREDIBVS PRAE cæteris grauare? CCCLXXVII.

L. Continuus, §. præterea, num. 9. & 10. ff de uerb. oblig.

R. quòd aut uult eũ grauare
- Contrahendo, *& leges uidentur expreſſè dicere, quòd non poſſit, l. eum qui ita, §. te & Titium, ff. de uerb. oblig. ratio, quia ſicut non poſſum obligare extraneum, ita nec poſſum hæredem pro illis portionibus pro quibus non eſt hæres, quia quoad illa, eſt extraneus.*
- Vltimam *uoluntatem condendo, et aut quæritur de obligatione*
  - Iam *contracta, & tunc aut uult*
    - Vni *prouidere legando actionem quam habet, & poteſt, l. 1. & ibi notatur, C. de except.*
    - Vnum *grauare, ut ſuſtineat onus obligationis, qua tenebatur, & tunc quo ad creditorem, non poteſt, ut habeat actionem contra eum ſolum, fallit in actione de dote, ſed poteſt ut cohæredibus teneatur actione familiæ ercif. l. cum ab uno, de legatis 2.*
  - Contrahenda *ex ultima uoluntate: & tunc aut grauat eum in*
    - Specie *hæreditaria, & tunc non tenetur niſi pro hæreditaria portione, l. ſi fundum ſub conditione, §. ſi libertus, de legatis 1. niſi onus iniunctum fuerit indiuiduum, l. cum quaſi. §. ſi plures, ff. de fideicom. libert.*
    - Specie *non hæreditaria, & grauatur hæres in totum, l. ſi tibi homo, §. 1. ff. de legatis 1.*
    - Quantitate, *& tunc tenetur in ſolidum, l. ab omnibus in princip. de legatis 1.*

R L.Plu-

DEFECTVS SVPERVENIENS AN POSSIT VITIARE DISPOSITIONEM CCCLXXVII.

L. pluribus, §. etſi placeat, nu. 4 ff. de uerb. obligat.

R. quòd aut defectus ſuperuenit
- Cauſæ *naturalis, & tunc quandocunq; ſuperueniens uitiat diſpoſitionem, l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de uerb. obl.*
- Cauſæ *efficientis, & aut actus erat*
  - Perfectus *& conſumatus, & tunc non uitiatur, l. patre furioſo, ff. de his qui ſunt ſui uel al. iuris.*
  - Non *perfectus, & aut defectus ſuperuenit*
    - Cum *delicto perſonæ, & uitiatur diſpoſitio, l. ſi in metallum, ff. de his qui pro non ſcript. hab.*
    - Sine *delicto perſonæ, & non uitiatur diſpoſitio, l. is cui bonis, ff. de teſtam.*
- Mixtim *in cauſa naturali, & in cauſa efficiente, et tunc aut actus erat*
  - Perfectus *& conſummatus, & non uitiatur diſpoſitio, l. pluribus, §. & ſi placeat, in fine, ff. de uerb. oblig.*
  - Non *perfectus, & aut diſpoſitio reſpicit*
    - Rem *propter rem, ut in ſeruitutibus, & diſpoſitio nõ uitiatur, l. ſi ſub una, §. 1. ff. de uerb. obligat.*
    - Perſonam, *& diſpoſitio non uitiatur, l. damni, §. emptori. ff. de dam. infecto.*

DVO REI DEBENDI QVALITER CONSTITVANTVR CCCLXXIX.

L. Cum duo, num. 2. ff. de duob. reis.

R. quòd aut ſint duo rei
- Eſt *actum, & tunc ſunt duo rei debendi, l. reos, §. cum tabulis, de duob. reis, Auth. hoc ita, C. eodem.*
- Non *eſt actum, & aut obligarunt ſe, uel teſtator obligauit eos*
  - Alternatiuè, *& ſunt duo rei debendi, l. ſi ex toto, §. 1. ff. legatis 1. notatur in l. ſiue. de duob. reis.*
  - Copulatiue: *& aut ſunt*
    - Duo *actus promittendi, & duæ reorum expreſſiones, & aut uerbum idem*
      - Apponitur, *& ſunt duo rei.*
      - Non *apponitur, & non ſunt duo rei, ſed ſunt duæ obligationes diuerſarum ſummarum, Inſtit. de duob. reis, in princip.*
    - Vnus *actus promittendi, ſed duæ reorum expreſſiones, & ſunt duo rei debendi, l. ſtipulatio iſta, §. cum qui, ff. de uerb. oblig.*
    - Vnus *actus promittendi, & una rei expreſſio, & aut per uerbum diſtributiuum quilibet uel ſimile*
      - Eſt *appoſitum, et tunc ſunt correi, l. ſi pluribus, in princip. & ibi notatur, de legatis 2.*
      - Non *eſt appoſitum, ſed ſimpliciter dictum, tunc ſiquidem expreſſè eſt actum, erunt duo rei: aliàs quilibet tenebitur in uirilem, Auth. hoc ita, C. de duob. reis.*

D. l. Cum

DVO REI CREDENDI QVALITER CONSTITVANTVR? CCCLXXX.

D.l.Cum duo.num.3 ff de duob.reis.

R. quòd aut quòd ſint duo rei credendi
- Eſt *actum: & tunc non eſt dubium quod ſint duo rei credendi.*
- Non *eſt actum: & tunc aut diſpenſatio in eorum perſona eſt collata.*
  - Alternatiue: *& aut obligatio poteſt acquiri*
    - Vni *tantum & alter habetur ut adiectus, nec erunt duo rei.l.ſed & ſi filio.§ 1.ff.de conſtit.pec.*
    - Vtrique: *& aut electio in perſonam debitoris*
      - Fuit *collata, & ualet ſtipulatio. & ſunt duo rei credendi.l. ſi Titio aut Seio.de legatis 2.*
      - Non *fuit collata. & tunc de iure antiquo uitiatur ſtipulatio.l.i.§. ſi fructuarius.l.itam ſeruus.§ fin. & lege ſeq. & l.ſeruus communis ff. de ſtipulat.ſer. ſed hodie ualet, & alternatiua reſoluitur in copulatiuam,l.cum quidam. C.de uerb.ſignif. unde erit idem dicēdum quod in copulatiua.*
  - Copulatiue: *& tunc per omnia diſtinguitur ut ſupra proxime, circa duos reos debendi per eaſdem ll. in hoc nihil eſt immutatium per ius Authenticorum. Bartol.in l.cum duo.num.3.ff.de duob.reis*

PLVRES ADMINISTRATORES SEV OFFICIVM GErentes qualiter teneantur? CCCLXXXI.

L. Eandem. num.7 de duob. reis.

R. Quòd aut gerūt negocium
- Sponte: *& non tenentur in ſolidum, ſed pro ut quiſque geſſit.l. cum alicui.in fine.ff. de neg.geſtis. & quod ibi notatur in Gloſſa.*
- Cum mandato *impoſito uel à lege, uel ab homine: & aut adminiſtratio eſt*
  - Publica *authoritate & utilitate: & tunc quilibet tenetur in ſolidum. leg. Imperator.ff.ad municip. & hoc ſiue adminiſtratio ſit ordinaria, ſiue delegata. argumento, legis ex facto. in fine. ff. de neg. geſtis.*
  - Puplica *autoritate, ſed utilitate priuata: & tunc idem. quilibet enim tenetur in ſolidum, & ſunt duo rei debendi, licet non per omnia.l.pupillus ff.de adminiſt. tutor.*
  - Priuata *autoritate & utilitate: & aut loquimur in*
    - Inſtitutoribus *& exercitoribus: & quia eis uidetur mandata adminiſtratio, in ſolidum tenentur, & ſunt duo rei, licet non per omnia.l.1.§ ſi plures. de exercit.*
    - Procuratoribus: *& tunc aut ſunt facti*
      - In ſolidum: *& quilibet tenetur in ſolidum, & erunt duo rei ſicut duo tutores.l.creditor.§.duob.ff.mandati.*
      - Non *in ſolidum: & tunc unus non poteſt contrahere ſine alio, & quilibet tenetur tantum de ſuo facto, nec erunt duo rei,l.cum alieni.in fin.ff.de neg.geſtis.*

EXCEPTIO COMPETENS VNI EX DVOBVS REIS debendi, an porrigatur ad alium? CCCLXXXIIII.

D. l. Ex duobus, nu. 22. ff. de duob. reis.

R. quòd aut ſũt exceptiones

- Merè *perſonales, & ad alium non porriguntur, ſicut nec ad fideiuſſorem, l. exceptiones, de exception. cum ſimilib.*
- Aliæ *quæ ad fideiuſſorem porriguntur, & aut color*
  - Quæſitus *fuit, quod in ueritate fideiuſſor erat, & non correus, & ad eum porrigitur, l. ſed Iulianus, §. 1. ff. ad Macedon.*
  - Nõ *fuit quæſitus, & tunc aut ſocij*
    - Sunt, *& unius exceptio non porrigitur ad alium, l. ſi duo rei, ff. de duob. reis.*
    - Non *ſunt, & aut ſe obligarunt ex cauſa.*
      - Oneroſa, *quia mutuò acceperant, & tunc eatenus competit exceptio, quatenus ad eum cui exceptio ſine dubio competit, peruenit de pecunia, l. ſed Iulianus, §. item ſi duos, ff. ad Macedon.*
      - Lucratiua, *& exceptio competens uni non prodeſt alteri, l. ſi ex duobus, §. 1. ff. de duob. reis.*

QVAE DIVERSITAS IMPEDIAT CONSTITVTIONEM DVOrum reorum? CCCLXXXV.

L. Cum duo, nu. 1. ff. de duob. reis.

R. quòd aut diuerſitas eſt in

- Tempore: *& aut eſt diuerſitas temporis*
  - Modici, *& non impeditur conſtitutio duorum reorum, l. duos, §. fin. ff. de duob. reis.*
  - Longi, *& aut duo interrogant, uel interrogauerũt*
    - Simul, *& unus ſtatim, alter ex interuallo reſpondet, uel alteri ex interuallo reſponſum eſt, & uitiatur conſtitutio reorum credendi & debendi, l. ſi ex duob. ff. de duob. reis.*
    - Separatim *& aut in ſequenti obligatione*
      - Fuit *habita mentio primæ, uel expreſſè hoc actum quòd eſſent duo rei, & non impeditur conſtitutio duorum reorum, l. 3. in princip. ff. de duob. reis.*
      - Non *fuit facta mentio primæ, & non erunt duo rei, §. 1. Inſtit. de duob. reis.*
- Obligationis *forma, & tunc uitiatur conſtitutio duorum reorum, quia omnes leges quæ de duob. reis loquuntur, dicunt, quod conſtituuntur eodem contractu, uel ſtipulatione, uel alio modo, l. 1. & 2. et l. eandem, ff. de duob. reis.*
- Obligationis *ſubſtantia, & non impeditur conſtitutio duorum reorum, l. ſi ex duob. §. 1. ff. de duob. reis.*
- Obligationis *cauſa, & impeditur conſtitutio duorũ reorum, l. qui ſeruum, & ibi Gloſſa magna, ff. de interrogat. act.*
- Re *quæ in obligatione deducitur, & uitiatur conſtitutio, l. ſi id quod, ff. de duob. reis.*
- Obligationis *qualitate: & tunc aut diuerſitas.*
  - Superuenit *poſt conſtitutionem reorum iam factam, & non uitiatur, l. eandem, §. ſed ſi quis, ff. de duob. reis, ſecundo reſponſo.*
  - Fuit *ab initio, & aut illam diuerſitatem ad paritatem deducere eſt*
    - Impoſſibile, *& uitiatur conſtitutio duorum reorum, l. eandem, §. ſed ſi quis, in primo reſponſo, ff. de duob. reis.*
    - Poſſibile, *& non uitiatur conſtitutio duorum reorum, l. ex duobus, in princip. ff. de duob. reis.*

IN STIPVLATIONE ANNVA AN TOT SINT STIPVLATIONES, quot anni? CCCLXXXVI.

L. Si ſeruus communis, §. cum ſeruus fructuarius, nu. 3 ff. de ſtipul. ſeruorum.

R. Quòd aut ſtipulatio fit

- Per expreſſas temporum dinumerationes, & quot ſunt anni, tot ſunt ſtipulationes, l. pluribus, §. 1. de uerb. oblig.
- Non per tēporum dinumerationem, & tunc aut à ſtipulatore
  - Nihil eſt implendū, & aut ſtipulatio debet communi
    - Omni anno in euentum alicuius conditionis, ut ſi reus fuerit in mora, & tunc quot ſunt anni, tot ſunt ſtipulationes, l. ubi autem, §. pen. & ibi Bartol. ff. de uer. oblig.
    - Indiſtinctè, ex ſolo curſu temporis, & tunc una eſt ſtipulatio pro omni tempore, l. ſi Stichum, §. Stipulatio, de uerb. oblig.
  - Eſt aliud implendū, & tunc aut illud
    - Cohæret perſonæ, & tot ſunt ſtipulationes, quot ſunt anni, l. ſi ſterilis, §. 1. ff. de action. empti.
    - Non cohæret perſonæ, & eſt una ſtipulatio omni tempore, l. ſi à colono, ff. de duob. reis.

SERVVS COMMVNIS QVANDO STIPVLATVR, QVALITER dominis acquiratur? CCCLXXXVII.

L. Si communis ſeruus ita, nu. 3. de ſtipul. ſeru.

R. Quòd aut ſeruus ſtipulatur

- Simpliciter, tunc aut illud
  - Omnibus poteſt quæri pro portione dominica, & tunc quæritur pro portione dominica, l. ſeruus cōmunis. ff. de ſtipulat. ſeru.
  - Non poteſt omnibus quæri proportione dominica, & quæritur omnibus pro ea portione, pro qua poteſt quæri. l. ſi ſeruus communis. ff. de damno infecto.
  - Non poteſt omnibus quæri, & acquiritur eis quibus poteſt. l. 1. §. ſi ſeruus communis. ff. de ſtipulat. ſeru.
- Nominatim alicui ex dominis, & tunc illi ſoli quærit, l. ſi ſeruus communis ſic, ff. de ſtipulat. ſer.
- Nominatim pluribus dominis, & omnibus, & aut eos nominat
  - Alternatiuè, & dicitur ut in l. item ſi ſeruus. ff. de ſtipulat. ſeru.
  - Copulatiuè, et tūc aut
    - Omnibus nominatim poteſt quæri uiriliter: & omnibus quæritur.
    - Omnibus non poteſt quæri, & tunc quæritur illis, quibus poteſt quæri. l. proinde. §. finali ff. de ſtipulat. ſeruorum.
- Nominatim nominibus proprijs et appellatiuis, & tunc aut exprimuntur nomina
  - Propria & appellatiua eorūdem, & habet locum diſtinctio. l. ſi ſeruus communis ita. ff. de ſtipul. ſeru.
  - Propria quorundam, & aliorum appellatiua, & tunc nominato nomine proprio, acquiritur uirilis, nominatis nomine appellatiuo, acquiritur pro portionibus dominicis.
  - Propria quorundā, & omnia appellatiua, & tunc nominati habent ſuas partes uiriles, & omnes domini habent unam uirilem, ad quam etiam uocabuntur nominati pro portionibus dominicis.

¶ Amplia ſecundum Bartolum, hanc diſtinctionem procedere in inſtitore unius ſocietatis, in qua multi ſunt.

BENEFICIVM CEDENDARVM ACTIONVM QVANDO obeſt creditori, agenti contra fideiuſſorem? CCCLXXXVIII.

L. Si ſtipulatus eſſes. §. ſi ex duob. num. 3. ff. de fideiuſſ.

R. Quòd aut creditor nō poteſt cedere actiones

- Ex natura obligationis, quia nulla ſibi competit actio: & tunc non obſtat exceptio cedendarum. l. quamuis. §. ſi mulier. & §. Marcellus ff. ad Velleianum.
- Facto debitoris: & tunc idem quod non obſtat exceptio cedendarum. l. in his. §. ſi duos. in fine. ff. de ſolut.
- Facto ſuo: & aut ille qui petit ceſſionē, liberationi
  - Conſenſit: & tunc imputet ſibi. l. 2. in ſecunda Gloſſa magna. C. de fideiuſſ.
  - Non conſenſit: et aut beneficio cedendarum
    - Renunciauit, & ſecurus eſt creditor. notatur in l. 2. C. de pactis.
    - Non renunciauit: & aut fideiuſſerunt
      - Simul: & tunc obſtat exceptio cedendarum lege Stichum. §. ſi creditor. ff. de ſolut. ratio eſt, quia uidentur fideiubere ratione mutui periculi.
      - Diuerſis tēporibus: & aut fuit liberatus
        - Ille fideiuſſor, qui interceſſit poſtea, & conuenitur primus: & non obſtat exceptio, niſi ab initio eſt conuentum, quòd etiam alius daretur. quia tunc uidentur ſimul dari.
        - Primus fideiuſſor: & obſtat conuenienti ſecundum exceptio, &c. quia ſecundus fideiuſſit contemplatione primi.

OBLIGATIONI FACTI AN POSSIT ACCEDERE fideiuſſor? CCCLXXXIX.

L. Si quis pro eo. num. 2. ff. de fideiuſſ.

R. Quòd aut fideiubet

- Simpliciter dicendo, fideiubeo, & ualet: & intelligitur fideiubere omni modo. l. quoties. ff. de uerb. obligat.
- Exprimendo quod promittit: & aut promittit
  - Intereſſe, & ualet fideiuſſio. l. ſi ſtipulatus. ff. de fideiuſſ.
  - Ipſum factum: & aut reſpectus habetur
    - Ad ipſum factum perfectum, hoc eſt ad id quod reſultat ex facto: puta, promitto tibi dare librum manu talis ſcriptoris ſcriptum: & ualet. l. continuus. §. ſi ab eo. ff. de uerb. obligat.
    - Ad ipſum actum faciendi: & aut fideiuſſor promittit
      - Quod principalis faciet, & non ualet. l. ſicut. ff. de fideiuſſ.
      - Se facturum & curaturum quod principalis faciet: & ualet. l. inter ſtipulantem. in princip. ff. de uerb. obligat.
      - Se facturū quòd principalis promiſit, & tunc aut
        - Sunt eiuſdem peritiæ, & ualet lege nemo. ff. de duob. reis.
        - Non ſunt eiuſdem peritiæ: & non ualet, quia diuerſum uidetur promittere, & ſic uitiatur fideiuſſio.

L.Hi

DISPARITAS INTER OBLIGATIONEM FIDEIVSSORIS ac principalis, quando uitiet obligationem, ut fideiuſſor non teneatur?

CCCXC.

L. Hi qui acceſsionis.nu.1.ff.de fideiuſſ.

R. Quòd aut eſt diſparitas in

- Tempore *obligationis contrahendæ, & tunc non uitiat, ſiue præcedat, ſiue ſequatur, l. ſtipulatus. §. adhiberi. ff. de fideiuſ.*
- Ipſa obligatione *iam contracta : & aut eſt diſparitas*
  - *1. In obligationis efficacia : & tunc ſi quidem rei obligatio eſt efficacior, ut quia principalis, utroque modo eſt obligatus, fideiuſſor uerò naturaliter tantum, ſiue econtrà: ualet conſtitutio fideiuſſoris. §. præterea. Inſt. quibus mod. toll. obl. l. ſi pupillus. ff. de uerb. obl.*
  - 2. In *re deducta in obligationem, & aut loquimur in obligatione*
    - Dandi: *& non tenetur fideiuſſor. l. ſi ita. ff. de fideiuſ.*
    - Faciendi, *& tunc dicitur ut in lege ſi quis pro eo. in princip. ff. de fideiuſ.*
  - 3. In qualitate, *& aut eſt diuerſitas propter*
    - Appoſitionem *conditionis : & tunc aut*
      - Principalis *promittit ſub conditione, fideiuſſor purè, & non tenet. l. ſi à reo. §. 1. ff. de fideiuſ.*
      - Principalis *purè, fideiuſſor ſub conditione: & tenet. l. ſi à reo. §. 1. ff. de fideiuſ.*
      - Principalis *in diem, fideiuſſor ſub conditione : & eſt in pendenti. l. fideiuſſor obligari. §. pen. ff. de fideiuſ.*
      - V terq; *ſub conditione : & tunc aut conditio eſt*
        - Eadem: *& non eſt dubium quin fideiuſſor teneatur.*
        - Diuerſa, *& dicitur ut per Bartol. in l. ſi à reo. §. 1. ff. de fideiuſ.*
    - Alternationem: *& tunc latè diſtinguitur, ut per Bartol. in l. hi qui acceſsionis. num. 5. ff. de fideiuſ.*
    - Generalitatem *& ſpecialitatem : tunc, ſiquidem principalis promittit ſpeciem, fideiuſſor genus, non ualet, quia cauſa durior, aut econtra, & ualet, ſed ſi uterq; promitteret genus, & eſſet diuerſitas in electione, uide Bartol. in l. hi qui acceſsionis.*
    - Solam *perſonam adiectam in ſolutione, & tūc aut*
      - *In perſona rei non adijcitur, in perſona fideiuſſoris non, & non & ualet.*
      - In perſona, *rei adijcitur, in perſona fideiuſſoris non, & non ualet.*
      - In perſona *rei adijcitur unus, in perſona fideiuſſoris alius : & non ualet. nam eo ipſo quòd non habet facultatem ſoluendi illi perſonæ cui poteſt principalis ſoluere, durior cauſa eſt.*
  - 4. In quantitate, *& dicitur ut in l. Græcè. §. illud. ff. de fideiuſ.*
  - 5. In tempore: *& aut fideiuſſor promittit tempore*
    - Longiori: *& ualet. §. item ſi ille. Inſtit. de fideiuſ.*
    - Breuiori: *& non ualet. l. ſed et ſi citeriore. ff. de conſtit. pet.*
  - 6. In loco, *& aut eſt diſparitas in loco*
    - In quo *promiſsio fit, & ualet. l. ſi teſtamento. §. fin. ff. de fideiuſ.*
    - In quo *debet fieri ſolutio, & non ualet fideiuſsio. nam eo ipſo quòd fideiuſſor poteſt conueniri alio loco, eſt eius cauſa durior, & ideo non ualet. d. l. ſi teſtamento.*

L. Si

CREDITOR PETENS SIBI COMMVNICARI ILLVD QVOD correus credendi à debitore accepit, qua actione experitur? CCCLXXXII.

L. Reos. ff de duob. reis.

R quod aut ſunt
- Socii, & tunc petit partem ſoluti pro ſocio.
- Non ſocij, et aut tale creditum eſt contractum
  - Occaſione alicuius rei communis, in qua competit aliquod iudicium diuiſorium, ut communi diuid. famil. erciſ. & tum eo iudicio repetetur, l. ſi in re communi, ff. de noxal. act. l. item ex diuerſo, ff. famil. erciſ.
  - Alias quam de re communi: & aut fuerunt conſtituti duo rei credendi
    - Simul, & unus altero præſente: & habet locum actio mandati quia cum patior te ſtipulari ex re mea, uideor mandare, ut ad meam utilitatem ſtipularis, l. ſi mulier. ff. de iure dot. l. quæ dotis ff. ſolut. mat.
    - In abſentia: quod poteſt fieri, quando unus ſub commemoratione alterius ſtipulatur, etiam ex interuallo. l. 3. ff. de duob. reis. & tunc repetetur actione negociorum geſtorum. & ita intelligitur Gloſſa in l. a frater fratre. ff. de condict. indeb. argumento l. pen. ff. de neg. geſt.

CORREI ALIQVI SI SIBI IPSIS SVCCEDANT, AN ex hoc liberentur uel obligentur? CCCLXXXIII.

L. Ex duobus. nu. 3. ff. de duob. reis.

R. Quòd aut
- Vnus ex reis debendi ſuccedit alteri correo, uel unus correus credendi alteri correo credendi, & tunc neutra obligatio extinguitur, ſed in unius perſonæ utraque obligatio durat. l. ſi reus. ff. de duob. reis.
- Creditor qui ſolus eſt, ſuccedit uni ex reis debendi, & aut correi debendi ſocij
  - Erant, & tunc ab alio cui non eſt ſucceſſum, poteſt ſolum pro parte peti. l. Vranius de fideiuſſ.
  - Non erant: & aut loquimur de iuris
    - Rigore: & ab alio debitore creditor poteſt ſolidum petere. d. l. Vranius de fideiuſſ.
    - Aequitate inſpecto obſtaculo, & aut ſunt conſtituti correi ex cauſa
      - Lucratiua, & idem quod in nulla parte obſtat exceptio, cum nulla cauſa dandæ exceptionis ſubſit. l. in lege Falcidia hoc non ſeruandum. ff. ad l. Falcidiam.
      - Oneroſa, quia ſeit eis mutuatum: & aut
        - Ad correum cui creditor ſuccedit, peruenit pecunia mutuata in totum, uel in partem, & catenus creditor agens exceptione repellitur. ratio, ut per Bartol. in l. ex duob. nu. 3. ff. de duob. reis.
        - Ad illum reum cui ſucceſſit, nihil peruenit, tunc in nulla parte obſtat exceptio, cum cauſa dandæ exceptionis non ſubſit.

SOLVENS VT RECIPIAT, AN TRANSFERAT DOMINIVM? CCCXCV.

L. qui ſic.ff.de ſolut.

R. Quòd aut ſoluēs debet recipere

- Poſt *tempus, & eo caſu transfertur dominium.l.ſi tibi areæ.ff. de præſc. uerb. & eſt ratio: quia accipiens qui eſt redditurus, poteſt habere commodum medij temporis.*
- Statim: *& tūc aut dans primò*
  - Ex redditione *ſibi facta debet remanere obligatus reddenti: & transfertur dominium de æquitate lege ſi tibi. ff. ſi cert. pet. lege qui id quod. §. ea lege. ff. de donat. ratio: quia reddens conſequitur commodum.*
  - Non *debet remanere obligatus reddenti: & aut reddēs ex momentaneo dominio*
    - Conſequitur *aliquod commodum: & transfertur dominium. l. ſeruus dotalis.ff ſolut. mat.*
    - Non *conſequitur commodum aliquod: & impeditur translatio dominij l.qui ſic ff.de ſolut.*

PLVRES QVANDO SVNT OBLIGATI, ET VNVS SOLVIT, an actio poſt ſolutionem poſſit contra alios cedi? CCCXCVI.

L. Modeſtinus. nu.4.ff. de ſolut.

R. Quòd aut ſoluit

- Nomine *illius contra quem fit ceßio, uel illius uel alterius: & tunc ceßio eſt inutilis, ſiue fiat ante ſolutionem, ſiue in ipſa ſolutione ſiue poſt ipſam ſolutionem, interueniente pacto uel non: quia per ſolutionem tollitur omnis obligatio. Inſt. quib.mod tollitur obligatio.in princip.*
- Nomine *ſui ſoluētis tantum, & hoc conſtat: & tunc ualet ceßio facta poſt ſolutionem, nullo interueniente pacto, quia actiones competentes contra debitores principales non extinguuntur.l. Stichum.§.ſi mandati.*
- Ita quòd *dubitatur cuius nomine: & aut loquimur in pluribus*
  - Obligatis *principaliter: & tunc aut ſunt obligati*
    - Ex eodem *contractū: & aut ceßio fit*
      - Ante *ſolutionem, uel in ipſa ſolutione, uel in continenti pòſt, uel ex interuallo præcedente pacto facto: & ualet ceßio. l. Modeſtinus. de ſolut.*
      - Ex *interuallo non præcedente pacto, & non ualet.d.l. Modeſtinus. in princip.*
    - Ex *diuerſis contractibus: & tunc in dubio præſumitur ſoluère pro obligatione ſua, & ualeret ceßio ſtatim poſt ſolutionem.l.ſi minoris ff.de adminiſt.tutor.*
  - Quorum *unus principaliter, alter acceſſoriè obligatus: & tunc aut ſoluit obligatus*
    - Acceſſoriè: *& in dubio uidetur ſoluere pro obligatione ſua.l. Stichum.§ ſi mandato.ff.de ſolut.& ideo ceßio etiam poſſet fieri ex pòſt facto.*
    - Principaliter: *& uidetur ſoluere pro tota obligatione. l. cum quis. §. de peculio.ff.de ſolut.*
  - Obligatis *acceſſoriè: & ſoluens in dubio uidetur ſoluere pro ſua obligatione, & ideo poteſt ceßio fieri ſibi ex interuallo.l. Papinianus.ff.mandati.*
  - Quorum *unus eſt obligatus, alius non, ſed ex aliqua cauſa ſoluit: & tunc pro cauſa ad ſe pertinente uidetur ſoluere.l.& magis ff. de ſolut. & ideo etiam ex pòſt facto poteſt fieri ſibi ceßio.l. dominus Sticho, in princip ff.de pecul. legato.*

L. Modeſti.

CESSIO QVANDO SIT FACIENDA INTER PLVRES obligatos, quo iure fieri debeat, & quo iure petatur? CCCXCVII.

L. Modeſtinus.num.6.ff. de ſolut.

R. Aut ceſſio poſtulatur
- Ante ſolutionem: & aut petitur ceſſio
  - A' creditore agente ad ſuum debitum, & petitur ope exceptionis lege ſi fideiuſſores. §. finali. ff. de fideiuß.
  - A' creditore non agente: & tunc petitur officio iudicis, uel condictione ex lege. Bartol. in l. Modeſtinus. ff. de ſolut.
- Poſt ſolutionem, & tunc aut
  - Præceſſit contractus aliquis, ex quo creditor poßit obligari ſoluendo, & ille poteſt agi. l. Stichum. §. ſi mandato. ff. de ſolut.
  - Talis contractus non præceßit: & tunc aut quod ſoluitur, erat
    - Pecunia numerata, & eo caſu poterit agi actione ex empto, quia emiſſe uidetur illas actiones lege ſi dubitetur. ff. de fideiuß.
    - In alia ſpecie ſeu quantitate, & tunc non poteſt eſſe emptio, ſed erit quidam contractus in nominatus: & ideo poſſet agi præſcriptis uerbis. l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſiti.

FIDEIVSSOR SI SVCCEDAT PRINCIPALI, AN extinguatur fideiuſſoria? CCCXCVIII.

L. Stichum. §. quod uulgo. num. 3. ff. de ſolut.

R. quòd aut ſuccedit debitori
- Efficaciter obligato: & ſine dubio extinguitur fideiuſſoria. l. Stichum. §. quòd uulgo. ff. de ſolut. cum ſimilib.
- Naturaliter tantum obligato: & ſine dubio non extinguitur obligatio fideiuſſoria. l. hæres à debitore. §. quòd ſi hic ſeruus. ff. de fideiuß.
- Obligato naturaliter, & ciuiliter, ſed tutò exceptione: & tunc aut erat exceptio
  - Quæ tranſit ad fideiuſſorem & hæredem, & ſine dubio extinguitur obligatio fideiuſſoria, quia per hoc non fit deterior conditio creditoris.
  - Quæ non tranſit neque ad fideiuſſorem, neque ad hæredem: & idem quod extinguitur fideiuſſoria. quia per hoc non fit deterior conditio creditoris lege Stichum. §. quod uulgo. uerſ. & contrariò ſecundum unam lecturam. ff. de ſolut.
  - Quæ tranſit ad hæredem, non ad fideiuſſorem, ut beneficium reſtitutionis: & tunc dicitur ut latè per Bartolum in l. Stichum. §. quod uulgo. num. 1. & 2. ff. de ſolut.

DEBITOR EX PLVRIBVS CAVSIS IN QVAM CAVSAM uidetur ſoluendo ſoluiſſe?

CCCXCIX.

L.Cum ex plurib.ff. de ſolut.

R. quòd aut ſunt plures cauſæ
- Principales: & aut debitor ſoluit per
  - Procuratorem: & aut procurator habet
    - Mandatum limitatum ad ſoluendum in certam cauſam: & in aliam non intelligitur ſolutum.l.ſi ex pluribus.§.1.ff.de ſolut.
    - Non limitatum: & idem ac ſi perſoluit, Bartol. in d.l. ſi ex pluribus.ff. de ſolut.
  - ſeipſum: et aut in quam cauſam uelit ſoluere
    - Elegit: & creditor conſenſit uel tacuit: & aut illa cauſa continebat
      - Debitum: & in illam cedit.l. 1. in princip.ff. de ſolut.
      - Indebitum: & idem ac ſi non elegiſſet.l.creditor.in fine.ff de ſolut.
    - Non elegit: & aut elegit
      - Creditor in quam cauſam accipiat: & debitor conſentit, & in eã cauſam cedit.l.1.§.1.ff.de ſolut.
      - Vnus: & alius contradicit: & impeditur ſolutio.l.1. in fine cũ leg. ſeq.de ſolut. & tunc debitori habet offerre, & conſignare in quam cauſam ſoluat, aut liberetur.l.obſignatione. C.de ſolut.
      - Neuter: & aut una cauſa
        - Eſt grauior altera; & cedit in grauiorem.l.in his ff.de ſolut.
        - Non eſt grauior: & aut eſt una
          - Antiquior: & in illa cedit.d.l.in his.§.finali.
          - Non antiquior: & cedit in qualibet pro rata.l. illud. ff. de ſolut.
- Vſurariæ: & aut debetur
  - Ex una generaliter, & alia ciuiliter: & in dubio uidetur in cauſam, in qua ciuiliter debetur.l.in his.§ Imperator.ff.de ſolut.
  - Ex utraque ciuiliter: & aut una
    - Eſt antiquior: & in illam cedit.l.ſi ex pluribus.§.fin.ff.de ſolut.
    - Non eſt antiquior: & cedit pro rata.l.illud.ff.de ſolut.
- Vna principalis, & uſuraria in ſe ipſa: & tunc aut uſuræ debentur
  - Naturaliter; & ciuiliter prius uidetur ſolutum in uſuras.
  - Naturaliter tantum: & uidetur ſolutum in ſortem.l ſi uſuras.C. de uſuris.

CONVENTVS REI VINDICATIONE, SI DECEDAT pluribus hæredibus relictis, in quantum quiſque teneatur? CCCC.

L. Prætoriæ § ſed ſi unus. ff de prætor ſtipulat.

R quod aut conuenitur rei uindicatione
- *Quaſi dolo deſijſſe poßidere: & tunc aut deceßit*
  - Ante *litis conteſtationem: & hæredes tenetur in factum.*
  - Poſt *litis conteſtationem: & quilibet tenetur utili l. cum autem. cum l. præced. ff. de rei uindic.*
- *quia uere poßidebat: & aut poſſeßio peruenit*
  - Ad *quemlibet ex hæredibus pro hæreditaria portione: & non eſt dubium, &c.*
  - Ad *unum: & au peruenit ad unum*
    - Ante *litem conteſtatam: et aut peruenit ad unum*
      - Facto *teſtatoris: & quilibet ex hæredibus tenetur. Auth. nunc ſi hæres. C. de litigioſis.*
      - Abſque *facto teſtatoris uel hæredum: & tenetur ſolum ille qui poßidet. l. ſi poſſeſſor. ff. de rei uind.*
    - Poſt *litem conteſtatam: & aut poſſeßio peruenit ad unum*
      - Facto *teſtatoris uel hæredum: & quilibet tenetur pro parte hæreditaria. l. 2. &* Auth. *nunc ſi hæres. C. de litigioſ.*
      - Abſque *facto teſtatoris uel hæredis: & qui poßidet ex eadem tenetur pro parte hæreditaria tantum, alij qui non poßident abſoluuntur.*

DEFENDENS ALIQVEM. AN AB EO POSSIT REPETERE expenſas CCCCI.

L. Iam tamen: §. in hac ſtipulatione. num. 1. ff iudicat. ſolui.

R. quod aut defendit eum
- Sine *mandato: & tunc aut*
  - Vtiliter *defendi, licet ſuccubuerit: quod poteſt eſſe, quia intereſt rei ut ſententia condemnatoria detur propter ſtipulationem de euictione. ut l. ut ique. ff. de rei uindic. & repetit ſine dubio.*
  - Vtiliter *geßit, ſed inutiliter finiuit. quia ſuccubuit: & hoc poteſt contingere, ut ſi ab initio propoſitæ actionis non deberet reus condemnari, ſed pendent iudicio aliquid ſuperuenit propter quod reus fuit iuſte condemnatus, &c. & tunc expenſæ factæ donec utiliter geſtum eſt repetuntur, non autem eæ quæ factæ ſunt poſtquam inutiliter geri cæptum eſt. l. ſi quis inficiatus. ff. de poſiti.*
  - Inutiliter *cæpit, & finiuit: & non repetuntur expenſæ. l. iam tamen. §. in hac ſtipulatione, ff. iudicat. ſolui.*
- Cum *mandato: & aut geßit*
  - Vtiliter, *quia obtinuit: & ſine dubio repetit expenſas. d. l. iam tamen. §. in hac ſtipulatione. ff. iudicat. ſol.*
  - Inutiliter, *& aut habuit mãdatum ſpeciale*
    - Ad *defendendum in tali cauſa: & repetit. l. etiam. C. mandati.*
    - Ad *ſoluendum, non ad defendendum: tunc idem, ac ſi nullum haberet mandatum. d. l. iam tamen. §. in hac ſtipulatione.*
    - Ad *defendendum, & ad ſoluendum, & repetit ſumptus, niſi euidenter calumnioſe iudicium ſuſceperit. l. non eſt ignotum. C. de adminiſt. tut.*

L. Cum

SATISDATIO IVDICIORVM QVA MVTATIONE EXTINGVATVR? CCCCII.

L.Cum apud, num. 11.ff.iudicatum ſolui.

R. Quòd aut côtingit mutatio

- Rei *petitæ, & extinguitur ſatisdatio, l.cum quærebatur, in fine, ſecundum unam lecturam, ff.iudicat.ſolui.*
- Actionis *propoſitæ, & tunc dicitur ut per* Bart.*latius in l.cum apud, nu.* 11. *ff. de iudicat ſolui.*
- Iudicis, *& tunc aut per modum*
  - Cuiuſdam *receſſus, & tunc ſtipulatio extinguitur, l.3.in princi.ff.iudicat.ſolui, & hoc, ſi recedo ad iudicem alterius tribunalis, ſecus ſi ad collegam, quia tunc dicitur ut in ſurrogatione.*
  - Appellationis, *& extinguitur ſatiſdatio, niſi aliud ſit expreſſè actum, ut in Auth. de his qui ingrediuntur ad appell.l.2.C.de procurat.*
  - Cuiuſdam *ſurrogationis, et tũc aut nomen proprium iudicis.*
    - Fuit *expreſſum, & extinguitur ſatiſdatio.*
    - Non *fuit expreſſum, & nõ extinguitur, quia eſt idem iudiciũ, l.proponebatur, ff.de iudicijs.*
- Circa *perſonas litigantiũ, & aut contingit mutatio*
  - Circa *ſubſtantiam perſonæ, & aut ſuperueniens perſona*
    - Repræſentat *primam, & nõ extinguitur ſtipulatio, l.2.in fine, ff.de prætor ſtipul.*
    - Non *repræſentat primam, & ſatiſdatio extinguitur, l.iã tamẽ, §.nunc uideamus, cum.§.ſeq. ff.de indicat. ſolui.*
  - Circa *qualitatem, et aut in perſona eius*
    - *Qui recipit ſatiſdationẽ, & non extinguitur, l.in cauſæ, §.ſi ex parte, ff.de procurat.*
    - *Qui ſatiſdat, & aut tali mutatione effectus ſentẽtiæ*
      - Mutatur, *& extinguitur ſatiſdatio, l.ſi ante acceptum. 2.reſponſo, ff.de iudic.*
      - Non *mutatur, & non extinguitur ſatiſdatio, d.l.ſi ante acceptũ 1.reſponſo.*
- Circa *inſtantiam, & extinguitur ſatiſdatio, l.2.ff.iudicatum ſolui.*

DEFECTVS SVPERVENIENS AN ET QVANDO IMPEDIAT ratihabitionem? CCCCIII.

L. Bonorum, nu. 4. ff. rem rat. haberi.

R Quòd aut ſuperuenit defectus ex parte

- Gerentis, *& hoc caſu non impeditur ratihabitio, l.bonorum, 2.reſponſo, ff.rem.rat.hab.*
- Ratum *habentis, et aut ſuperuenit*
  - *Ex legis diſpoſitione, & tunc eo caſu impeditur ratihabitio, l.bonorum, 1.reſponſo, cum leg.ſeq.in fin. ff.rem rat.haberi.*
  - Facto *hominis, et aut quis uult ratum habere, in præiudicium*
    - Eius *qui geſſit illum actum, & eo caſu nõ impeditur ratihabitio, l.cum decem.§.2.ff. de ſolut.*
    - Tertii, *& aut ille tertius*
      - Fingitur *una perſona cum gerente, & idem quia poteſt ratum haberi exemplum in duobus reis, l. ſi quis offerenti. in fine, ff. de ſolut.*
      - Eſt *perſona prorſus extranea, & in eius præiudicium non poteſt ratum haberi, l.ſi partem, §.fin.ff.quemad.ſeruit.amit.*
- Rei *ſuper qua aliquid agitur, & eo caſu ratihabitio impeditur, l.neceſſariò, §.quòd ſi pendente, ff.de pericul. & commod.rei uend.*

ACTIONES EX DELICTO AN ET QVANDO TRANSEANT contra hæredes? CCCCIIII.

L. Ciuilis, ff. de priuatis delict.

R. quòd aut pœna imponitur
- A' lege, & tunc tranſit contra hæredem, l. Caius, ff. ad Syllan.
- Ab homine, & aut delictũ committitur
  - Circa contractum, & aut pæna uenit purganda
    - Per actionem deſcendentem ex contractu, & tunc tranſit contra hæredem, l. ex contractibus, l. ex depoſiti, ff. de action. & oblig.
    - Per aliam actionem quam deſcendentem ex contractu, & tunc nunquam, ſiue in contractu, ſiue extra contractum committatur delictum, datur contra hæredem, §. aliquã do, Inſtit. de perpet. & temp. act.
  - Extra contractum, & tunc aut lis
    - Erat conteſtata, & datur contra hæredes, l. 1. in princ. C. ſi ex delict. defunct.
    - Non erat conteſtata, & tunc aut actio erat
      - Ciuilis, & tunc datur contra hæredem in id quod ad eum peruenit, non ultrà.
      - Prætoria, & aut actio à delicto
        - Denominatur, ut unde ui, &c. & contra hæredem non dantur illæ actiones, ſed in factum, l. 2. in fine, ff. de ui bon. rapt.
        - Non denominatur: & datur contra hæredem in id quod ad eum peruenit, l. 1. C. ſi ex delict. defunct.

DELICTO PERFECTO ET CONSVMMATO, AN SIT LOCVS pœnitentiæ? CCCCV.

L. qui ea mente, num. 3. ff. de furtis.

R. quòd aut loquimur in foro
- Conſcientiæ, & de iure diuino eſt locus pœnitentiæ, l. inter claras. C. de ſum. Trin. & fid. cathol. Dynus in c. peccatũ de reg. iur. in 6.
- Ciuili, et tũc aut ex pœnitentia
  - Declaratur in præteritum non fuiſſe delictum, & admittitur pœnitentia, l. 1. C. de crimin. ſtell. l. ſi adulterium cum inceſtu. §. 1. de adult.
  - Illud non declaratur, & aut tale delictum ad priſtinum ſtatum per pœnitentiam
    - Non poteſt reduci, ut homicidium, & ſimilia, & in dubio pœnitentia non admittitur, l. hi qui ſanctum, C. de apoſtatis.
    - Poteſt reduci, & tunc aut quis deliquit
      - Incitatus à re ſuper qua deliquit, & admittitur pœnitentia, l. 1. §. 1. ff. de ſeruis fugit.
      - Aliàs, et aut ex tali delicto oriebatur actio
        - Ad intereſſe, & admittitur pœnitentia ſi ex ea deſinat intereſſe, l. ex hoc edicto, §. pen. ff. de alien. iud. mut. cauſa facta.
        - Ad pœnam & aut actio erat pænalis
          - Ab origine, & non admmittitur pœnitentia, l. qui ea mente, ff. de furtis.
          - Non ab origine, & admittitur pœnitentia, l. ſi cum exceptione, §. ſatis enim clementer, ff. quod met. cauſa.

ACTIO SVRROGATA IN LOCVM ALTERIVS, AN SAPIAT naturam illius? CCCCVI.

L.1.§.Hæc actio.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe iuſs.fu.

R. quod aut ſurrogatur per modum
- Suppletionis: & aut quæritur an ſapiat naturam eius circa
  - Id quod actio trahit ex natura efficientis, ſeu introducentis cauſæ: & tunc demum ſapit eandem naturam, ſi ſunt ijdem effectus: ſecus, ſi diuerſi. Exemplum in l.1.§.hæc actio ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuß. fuer.
  - Alia: & regulariter dicitur, quòd ſic, l.2.§.fin.ff ſi quad. paup. feciſſe dic. fallit, ut per Bartolum in d.l.1.§.hæc actio.
- Subſtitutionis, & aut ſubſtitutio fit à
  - Lege: et tunc aut fit ſubſtitutio
    - Contra ius comune: & non habet eandem naturam l. in bonorarijs. uerſ. ſed cum reſciſſa. ff. de action. & obligat.
    - Secundum ius comune: & aut fit ſubſtitutio
      - Ad idem: & ſapit eadem naturam. l.1.§.1.2.& 3.C.[de rei ux. act.
      - Circa diuerſam rem: & non ſapit eandem naturam. l. cum in fundo.§.ſi fundus.ff.de iure dotium.
  - Homine: & aut quæritur an ſint eiuſdem naturæ
    - Quod ad executionem: & non ſapit eandem naturam, ſi prima habet executionem paratam. l. ſi eam cauſam. C. de execut. rei ind.
    - Quo ad alia: & dicitur ut in l. aliam. ff. de nouat.
- Cumulationis: & aut accumulatur
  - Acceſſoriè: & ſapit eius naturam. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caution.
  - Principaliter: et aut ex principijs
    - Diuerſis: et tunc regulariter non ſapit eandem naturam fallit ut per Bartol. in l.1.§. hæc actio. ff. quis teſtamento lib. eſſe iuß. fuer.
    - Iſdem, & aut accumulatur
      - Vna propter aliam: & illa quæ accumulatur, ſapit eius cui accumulatur naturam. l. in princip. ff. de ſer. corrupt.
      - Qualibet per ſe principaliter: et nulla ſapit alterius naturam l. eum filius. §. uarijs, ff. de legatis primo.

SENTENTIA LATA IN CAVSA CIVILI, QVANDO PARIAT exceptionem in criminali, uel contra? CCCCVII.

L. prætor.§.hoc edicto num.3 ff ui bonorum rapt.

R quod aut iudicium eſt finitum
- Abolitione: & tunc nullo modo impeditur intentare aliam actionem l.1.C.de generali abol. l. ſi docueris. C. de falſis
- Per ſententiam definitiuam: & tunc aut
  - Vtraque actio ciuilis, & criminalis tendit ad uindictam, et ſententia lata in una parit præiudicium in alia: ſiue fuerint condemnatoria, ſiue abſolutoria. l. Prætor edixit. § 1 ff de iniur.
  - Ciuilis perſequitur rem familiarem, et tunc aut ſententia eſt
    - Condenatoria: & tunc nullo modo prohibetur ad aliam redire. l. Prætor, §. hoc edicto. ff. ui bon. rapt. l.1. C. quando ciuilis actio præiud. criminali.
    - Abſolutoria. et aut fertur abſolutoria
      - Super facto, quaſi crimine non ſit commiſſum: & tunc obſtat exceptio rei iudicatæ in alia. l. præſes. C. de plag.
      - Super iure quaſi non probato, & non obſtat exceptio rei iudicatæ l. duob. §. à fideiuſſore. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiur.
      - Dubitatur utrum ſuper iure uel facto, & tunc in dubio quis uidetur abſolutus, quia non probatum. l. procurator. ff. ad exhib.

DICTA IN VNO LEGIS CAPITE, AN VIDEANTVR DICTA inſequentibus? CCCCVIII.

L.Prætor, §. eritque hæc differentia, ff.ui bon.rapt.

R. quòd aut

- Eſt una lex, habens plura capita, & aut quæritur de his quæ pertinent ad
  - Facti narrationem & tunc aut illa capitula
    - Inferuntur ſub diuerſis orationibus, & non intelliguntur repetita in ſequentibus, l.2. in princip. ff. ui bon.rap.
    - Inferuntur ſub eadem oratione, & intelliguntur repetita in ſequentibus, l.1. in princip. iuncta l.3. §. ait Prætor, ff. de incend. ruin. nauf.
  - Iuris diſpoſitionem & aut dicta in præcedentibus ſunt
    - Contra ius commune: & exorbiant à iure communi, & non intelliguntur repetita in ſequentibus, argumento l. uxori, §. uxori, ff. de legatis 3 & quod notatur per Gloſſam in l. talis ſcriptura. in fine, ff. de legatis 1.
    - Secundum ius cõmune, & aut quæritur an uideatur repetita in capitulis
      - Proximis, & intelligitur repetita, l. quemadmodum, in fine, ff. ad l. Aquil.
      - Diſtantibus mediatis à pluribus alijs capitulis, & non intelliguntur repetita, §. item lapilli, & ibi notatur per Gloſs. Inſtit. de rer. diuiſ.
- Plures leges ſeparatæ & diſtinctæ, et aut
  - Vna lex procedit per modum regulæ, & in omnibus alijs intelligitur repetita, argumento l. regula, circa finem, ff. de iur. & facti ignor.
  - Nulla procedit per modum regulæ, & tunc aut
    - Vna lex uenit ad interpretationem alterius, & omnia quæ dicuntur interpretata, uidentur repetita interpretante, l. nihil, ff. de coniug. cum emancip. lib.
    - Nulla uenit ad interpretationem alterius, & dicta in una non uidẽtur repetita in alia, l.1. §. meminiſſe, ff. de uent. inſpiciundo.

VNVS AN POSSIT INESSE DVOBVS COLLEGIIS? CCCCIX.

L.Sodales, nu.8. ff. colleg. illis.

R. Quòd quædã sũt collegia

- Quæ ſubalternantur ad inuicem, & habent ſe ut totum & pars, ſeu ut corpus & membra, ut uniuerſitas noſtra, eſt uniuerſitas quæ diuiditur in membra, uidelicet uniuerſitas ultramontanorum & Citramontanorum, & diuiditur etiam p nationes, &c. & iſto caſu poteſt quis eſſe in toto, & in uno membro totius, ſicut quis poteſt eſſe de uno populo, & de una prouincia, uel de uno burgo ſub una ciuitate.
- Quæ habẽt ſe ut ſpecies ſeparatæ, & aut quæritur an quis poſſit eſſe in
  - Vno collegio neceſſariò, & in alio uoluntariò, & tunc quis poteſt eſſe in duob. collegijs, l. domicilium, l. aſſumptio, l. nihil, ff. ad municip.
  - Pluribus collegijs uoluntarijs, & tunc aut
    - Exercitium ad quod unũ collegiũ fit, eſt impedimento ad exercitiũ alterius, ad quod aliud collegium celebratur, tunc non poteſt eſſe in pluribus collegijs, l.1. §. non licet, ff. de colleg. illic.
    - Exercitium unius non eſt impedimento ad exercitium alterius collegij, ut ſi quis eſt de collegio unius artis non prohibetur ille quin ſit in collegio diſciplinatorum, l. aſſumptio, §. iuriſprudentibus, ff. ad municipal.

DISSOLVTO COLLEGIO QVID FIAT DE REBVS collegii? CCCCX.

D.l.Sodales num.22.

R. Quædã ſunt collegia, quæ poſſunt habere

- *In communi, & nihil in particulari: & in iſtis remanebunt apud ſuperiorem, uel cui ipſe conceſſerit, ſunt enim bona uacantia, & ſic debentur fiſco.l.1.C.de bon.uacant.l.1.ff.de iure fiſci.*
- In communi & in particulari: & tunc aut habent aliquid
  - *In remunerationem laborum: ut collegium eccleſiæ, cum datur aliquid parochiæ. nam & eo collegio deſtituto, bona remanent apud ſuperiorem, ut notatur in l.ſicut municip.ff.quod quiſque uniuerſ.*
  - Non *propter ſe, ſed ut diſtribuant inter alios, ut collegium miſericordiæ, quod habet bona ut nutriat pueros, & alat infirmos, & eo deſtructo, nihil remanet apud eos. & ſi quis inde abierit, nihil inde extrahit, quia uidentur nudi miniſtri.*
  - Propter *ſe:* & tunc aut
    - Principaliter, *& directò propter ſe: & tunc ſi quis recedit, uel collegium diſſoluitur, debet quiſque recipere de iſta pecunia, pro ut eum pro rata tangebat. l.fin.in fine.ff.de colleg.illic.*
    - Ad *commoditatem uniuerſitatis, & tunc aut quæritur quis debeat habere*
      - *Si inde ille recedit, & dicitur quòd nihil debet inde habere l.in tantum.§.uniuerſitatis.ff.de rer.diuiſ.*
      - *Si collegium diſſoluatur, & iſto caſu debet diuidi inter eos qui ſunt de collegio.l.3.in princip.ff.de colleg.illic.*

BONA IN CASV IN QVO DIVIDVNTVR INTER EOS qui ſunt de collegio an diuidantur per capita, an per ſolidum & libram? CCCCXI.

D.l.Sodales.nu.23.

R. Quædã bona

- Habet *uniuerſitas ex collatione eorum propria, & tum debent diuidi, habito reſpectu ad modum ſecundum quem contulerunt.l.1.in fine.ff.de colleg.illic.*
- Habet *ex largitione aliorum, qui legauerunt uel donauerunt, & iſto caſu debet fieri diuiſio ſecundum eum modum, ſecundum quem deſeruiebant oneri uniuerſitatis, uidelicet per ſolidum & libram.*
- Habet *ex cauſa non apparente. & præſumitur habere ex aliorum largitione.*

COLLEGIO DESTRVCTO, AN PEREANT PRIVILEGIA collegii? CCCCXII.

D.l.Sodales,nu.24.

R. Aut collegium

- Deſtruitur *per ſuperiorem, propter illius collegij defectum, tunc pereunt omnia illius priuilegia. cum enim cenſeatur pati maximam capitis diminutionem, eius iura in totum conſumunt ur.l.cognitionum.in fine.ff.de uar. & extraord. cognit.*
- Diſperditur: *ut quando transfertur uniuerſitas tempore mortalitatis: & iſto caſu priuilegia & iura non pereunt, imò ipſa iura dicuntur retineri per locum illum, à quo denominabatur uniuerſitas.*

L.Is

ACCVSATVS QVANDO POSSIT SVVM ACCVSATOREM re accuſare, uel alium? CCCCXIII.

L. Is qui reus.nu.1.&.7.ff.de public. iudic.

R. quod aut loquimur, an id poſsit

- Ante nomen inter reos receptum, et tunc aut accuſando ſuam & ſuorum iniuriam
  - Proſequitur, & poteſt indiſtinctè.l.neganda.C.de ijs qui accuſ.non poſſunt.
  - Non proſequitur, & tunc aut eum accuſat de crimine
    - Maiori, & poteſt.
    - Maiori uel pari, & non poteſt accuſare ut procedatur, ſed poteſt accuſationem proponere ut differatur.l.neganda.C.qui accuſ non poſs.
- Poſt nomen inter reos receptum ante ſententiam, et tunc aut accuſat
  - Extraneum, & tunc diſtinguitur prout ſupra in l.neganda. de maiori enim re accuſare uolens, indiſtinctè admittitur, de minori & pari non item, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam perſequatur. poteſt tamen accuſationem proponere, ut differatur.
  - Suum accuſatorem, & aut reaccuſat
    - Implorando officium iudicis, & poteſt.l.1.C.de calumniat.
    - Excipiendo, & aut exceptio eſt
      - Peremptoria & poteſt proponi.
      - Dilatoria, & non poteſt.l ſi maritus. §. proſcriptiones. ff. de adul.
    - Reaccuſando: & tunc quòd refertur
      - Eſt præiudiciale ad primum, & poteſt. leg.1. C. qui accuſare non poſs.
      - Non eſt præiudiciale, & tunc eſt primo crimini
        - Connexum & poteſt.l.2.§.ſi publi. ff. de adulter.
        - Non connexum: & non poteſt ut procedatur, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur, ſed benè ut differatur.
- Poſt ſententiam, & aut fuit ille
  - Abſolutus & ſine dubio poteſt, niſi aliud impediat l.is qui reus in princip.ff.de iudicijs.
  - Condemnatus et aut condemnatio
    - Non irrogat infamiam, & poteſt.l qui accuſare ff.de accuſat.
    - Irrogat infamiam & tunc aut uult accuſare
      - Extraneum: & non poteſt, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequatur.l.qui accuſare. C.de accuſat.inchoa. tum tamen poteſt proſequi.
      - Suum accuſatorem, & poteſt.l. is qui reus.ff. de public. iudic.
  - Adimit uitam, ciuitatem uel libertatem, & aut quæritur an poſſit.
    - De nouo accuſare, & non poteſt.
    - Cœptum proſequi. & aut illa alia accuſatio
      - Erat præiudicialis ad aliam, & non poteſt proſequi.l.1.ff.qui accuſ.poſs.
      - Non erat præiudicialis, & aut pœna
        - Adimit ciuitatem, uel libertatem, et poterit proſequi uel per ſe uel per procuratorem
        - Adimit uitam, et nō poteſt. l. ſi uindicari. C.de pœnis.

CITATVS PRO DVABVS CAVSIS, AN PRO VTRAQVE teneatur reſpondere? CCCCXIIII.

L. Si quis ſeruus. §. qui exhibēdi. ff. de cuſtodia reorum.

R. Quòd aut

- Cauſa aliqua propter quam citatur, emergit ſuo facto poſt primam citationem: & tunc imputet ſibi, quia in utroque reſpondere tenetur. l. ſed etſi quis. §. illud. ff. ſi quis caution.
- Vtraq; cauſa emergit ante citationem: & tunc aut citatur coram
  - Eodem iudice: & in utroque reſpondere tenetur. l. qui de crimine. C. de accuſat.
  - Diuerſis iudicibus: & aut unum auditorium
    - Eſt maius altero, & tunc debet accedere ad maius auditorium, l. contra pupillum §. is qui maius. ff. de re iudic.
    - Eſt æquale cum altero: & tunc aut
      - Vna cauſa eſt tempore peritura, & ad illam debet comparere. leg. ſi quis ſeruus. § exhibendi. ff. de cuſtod. reorum.
      - Nulla eſt peritura: & aut una
        - Eſt grauior altera: & ad illam tenetur reſpondere. l. contumacia. §. 1 ff. de re iudic.
        - Non eſt grauior altera: & aut citationes proceſſerunt
          - Succeſsiuè: & ad primam debet comparere. l. quicunq; ff. de in ius uoc.
          - Simul: & eſt locus gratificationi, quia debet accedere ad quam uult. argumento leg. ſi quis in graui. §. cum omnes. ff. ad Syllanianum.

COITVS ILLICITVS AN ET QVANDO ET QVALITER puniatur? CCCCXV.

L. Si adulteriū. nu. 9. ff. de adult.

R. Quòd aut ille coitus fit

- Sine colore matrimonij: et indiſtinctè talis coitus punitur. & hoc ſecundum illud quod eſt in ueritate, non ſecundum illud quod putabat. ſi erat conſanguinea, punietur de inceſtu.
- Sub colore matrimonij: & aut quæritur
  - quando puniatur: & aut ipſi
    - Sciuerunt ius & factum, & tunc puniūtur. l. ſi adulteriū. §. ſtuprū. ff. de ad ulter.
    - Ignorarunt ius & factum: & erunt excuſati. l. qui contra. C. de inceſt. nupt.
    - Ignorabant factum, & ſciebant ius: & idem quod excuſantur. l. ſi adulterium, ibi, dum dicitur errore. ff de adulter.
    - Sciebant factum, & non ius, & aut loquimur in
      - Muliere: & excuſatur. l. ſi adulterium. uerſ. fratres. & uerſic. quare mulier. ff de adulter.
      - Maſculo: et aut ille eſt
        - Minor: & excuſatur. d. lege adulterium. uerſ. fratres.
        - Maior: & aut
          - Statim cum cognouit eum pœnituit: & tunc excuſatur. l. ſi adulterium. uerſic. idem Pollioni.
          - Non pœnituit: & punitur. d. l. ſi adulterium. §. nonnunquam ſed tamen mitius punitur.
    - Dubitatur ſciuerint ne uel ignorauerint: & aut matrimonium fit
      - Clàm; & præſumitur ſcientia. l. ult. ff de ritu nupt.
      - Palàm: & præſumitur ignorantia. d. l. ultima.
  - qualiter puniatur: & quædam eſt pœna
    - quòd matrimonium non ualeat, & illa indiſtinctè habet locum, nec excuſatur ignorantia uel ætate. l. 1. C. de interdict. matrimon.
    - Per quam punitur & in perſona, & in bonis, & illa pœna non habet locum, niſi tales nuptias contraxerint doloſè & ſcienter, & ideo quælibet ignorantia ab illa pœna excuſaret.
    - Per quam amittitur lucrum, & tunc aut fuit
      - Sciens, & habet locum pœna.
      - Ignorãs: & aut fuit ignorantia
        - Iuſta, & à pœna excuſatur.
        - Iniuſta, & non excuſatur. l. qui contra. C. de inceſt. nupt. unde tenentur, qui peccant, ignorantia iuris, cum ea ſit iniuſta.

L. Diuus:

DELINQVENS PLVS QVAM COGITARAT, QVALITER puniatur? CCCCXVI.

L. Diuus ff. ad l. Cornel. de ſic.

R. Quòd aut plus deliquit

- Circa res: et tunc aut delictum quod propoſuerat
  - Tendit *ad id quod commiſſum eſt: & tunc inſpicitur delictum ſeu euentus, non animus l. quoniam. C. ad l. Iul. de ui.*
  - Non *tendit ad hoc: & tunc aut plus delinquitur*
    - Circa *eandem rem: & inſpicitur euentus. leg. uulgaris. §. ſi quis. de furtis*
    - Circa *diuerſas res: & tunc inſpicitur animus, non euentus. d. l. uulgaris. §. ſed etſi quis.*
- Circa perſonam: & aut circa perſonam
  - Quæ principaliter *offendebatur, & tunc inſpicitur euentus. leg. eum qui nocentem. §. pen ff. de iniur.*
  - Aliam: & *aut deliquit*
    - Vtramq; *perſonam offendendo: ut cum uellet percutere unum, percuſſit duos: tunc de utroque tenetur. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil.*
    - Eum *non tangendo, ſed per conſequentiam: ut fecit iniuriam filio, & ſic etiam patri, & inſpicitur animus. l. eum qui nocentem. §. pen. in fin. ff. de nuptijs.*
- Incidendo *in aliam ſpeciem delicti: & aut delictum quod propoſuit*
  - Tendit *ad illum finem qui ſecutus eſt: & tunc inſpicimus euentum. leg. fin. ff. de crim. expil. hæred.*
  - Non *tendit ad illum finem, & non tenetur. l. uerum. ff. de furtis.*

CAPI AN ET QVANDO POSSIT PRO DEBITO ET crimine? CCCCXVII.

L. Cum eo. ff. ad l. Iul. pecul.

R. aut quis capitur à

- Priuato: & *aut pro*
  - Debito *pecuniario: & hoc regulariter fieri non poteſt. l. non eſt ſingulis ff. de reg. iur.*
  - Crimine: et *aut cum capit*
    - *In ipſo actu criminis, ubicunque crimen capitale committitur, & poteſt quis capi perſonaliter à quocunque priuato. l. 1. C. de rapt. uirginum, dum tamen ducatur ad iudicem infra tempus ſtatutum.*
    - Poſt *actum criminis: & non poteſt capi à priuato. ita præſupponit* Bartol. *in l. cum eo. ff. ad l. Iul. pecul.*
- Iudice, *uel eius autoritate, & tunc aut pro cauſa*
  - Criminali, *& indiſtinctè poteſt capi, & etiam de domo extrahi. l. 1. ff. de offic. diuerſ. iud. notatur in l. nemo. ff. de reg. iur.*
  - Pecuniaria: *& aut eſt debitum*
    - Fiſco: *& poteſt perſonaliter capi, non tamen in carceribus ponitur, niſi perſiſtat in contumacia. l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10.*
    - Priuato, & *tunc aut*
      - Aliquo *tempore fuerat in iudicio, & de ſe ſiſtendo promiſit, & non ſtetit, & debet capi. §. ſi uerò quidam. in Auth. de exhib. reis.*
      - Nunquam *fuit in iudicio, & cautionem non dedit: tunc iudex non cogitur eum facere capi, niſi prius citetur. notatur in lege conſentaneum. C. quomodo & quando, poteſt tamen, ſi uult, eum facere capi ut ueniat, non ut in carcerem ponatur: tamen de domo non extrahat. ponere uerò in carceribus iudex pro debito non poteſt, niſi antè quis condemnatus eſt, & à quib. carcerib. liberatur, cedendo bonis. ſed* Bartol. *hic dat conſilium creditoribus, quod uide.*

L. quæſitum

DESISTENS AB ACCVSATIONE, AN ET QVANDO incidat in Turpilianum? CCCCXIII.

L. Quæſitum ff. ad Turpil.

R. Quidam ſunt caſus

- *In quibus licet deſiſtere ex qualitate perſonæ accuſatoris. l. 1. §. accuſationem, in fine. ff. ad* Turpil:
- *In quibus licet deſiſtere ex qualitate delicti. ut l. Athaletus ſeruus. ff. de falſis.*
- *In quibus non licet deſiſtere, & tunc quoddam eſt tempus*
  - Poſt *litem conteſtatam: & tunc nullo modo licet deſiſtere. l. in ſenatus. §. qui poſt. ff. ad Turpil.*
  - Ante *litem conteſtatam poſt datum libellum, & datum fideiuſſorem de proſequenda litẽ: tunc etiam non licet deſiſtere. l. 1. C. ad* Turpilianum.
  - Ante *datum fideiuſſorem, producta tamen accuſatione: & aut reus*
    - Eſt *citatus: & nullo modo licet deſiſtere.* Auth. *qui ſemel.* C. *quomodo & quand iudex. iuncta l. abſentem. ff. de pœnis.*
    - Non *eſt citatus: & poteſt deſiſtere.* Bartol. *in l. quæſitum ff. ad Turpil.*
- Ante *propoſitam accuſationem, tamen poſtquam quis minatus eſt ſe accuſaturum, licet de hoc dederit libellum præſidi uel principi, ſcilicet quòd uolebat accuſare, non quòd accuſabat, tunc indiſtinctè poteſt deſiſtere. l. miles* §. *ſocer. ff. de adulter.*

DELICTVM PATRIS AN ET QVANDO NOCEAT filio, quo ad feudi priuationem? CCCCXIX.

L. Eum qui. ff. de interd. & releg.

R. Quòd aut pater commiſit delictum

- Propter *quòd directò debet priuari, ut quia deliquit contra dominium, uel contra conuentionem feudi: & aut loquimur in feudo*
  - Iam *patri quæſito: & tunc delictum patris nocet filio. c. 1. §. ſi uaſal. feud. priuet. in uſib. feudor. notatur in c. 1. §. ſi uaſallus. ſi feud. fuer. contr.*
  - Patri *quærendo, quia erat apud patrem ſuum auum reſpectu nepotis: tunc non nocet nepoti, imò nepos incipit tenere locum primi ex perſona ſua. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. l. non tantum. §. ſi emancipatus ff. de contra tabul.*
- Propter *quod non principaliter, ſed conſequenter cadit à feudo, & tunc aut illud feudum*
  - Debet *tranſire ad filium ex perſona patris, tanquam ad patris ſucceſſorem: & hoc perdit. argumento l. eum qui. ff. de interdict. & relegatis.*
  - Tranſit *ad filium ſuo iure, ut quia filius, non quia hæres: & tunc illud ſibi retinet, ut probatur in iure libertorum, & dicitur euidẽter in d. l. eum qui.*

L. Si

VICTORIA VNIVS IN CAVSA COMMVNI AN proſit aliis? CCCCXX.

L. Si qui ſeparatim. § quod eſt reſcriptum ff de appellat.

[...]uod [...]tur [...] quam [...]
- principali, & aut res ſuper qua fertur, eſt
  - Diuidua, & unius uictoria prodeſt alteri l. loci corpus. §. ſi fundus. ff ſi ſeruit. uind.
  - Indiuidua, & non prodeſt alteri. ita præſupponit Bartol. in l. ſi qui ſeparatim. §. quòd eſt reſcriptum ff. de appellat.
- Reſtitutionis: & tunc dicitur ut in l. 1. C ſi in communi eademq; cauſa reſtit.
- Appelationis: & tunc aut cauſa defenſionis eſt
  - Separata, & unius uictoria alteri non prodeſt alteri. l ſi qui ſeparatim. §. quod eſt reſcriptum.
  - Eadem, & aut ſunt condemnati
    - Diuerſis ſententijs, & aut ex
      - Diuerſis probationibus, & pluribus appellationibus opus eſt: & unius uictoria alteri non prodeſt. d. l. ſi qui ſeparatim, in principio.
      - Iis probationibus, & unius uictoria prodeſt alteri. d. l. ſi qui ſeparatim. verſ. ſed cum aduerſus ff. de appellat.
    - Eadē ſententia, & tunc aut
      - Vterq; appellauit, & uictoria unius non prodeſt alteri. d. l. Bartol. in l. à ſententia ff. de appellat.
      - Vnus appellauit: & alter aut
        - Sententiam approbauit, & unius uictoria non prodeſt illi. l. non tamen ff de appellat.
        - Non approbauit ſententiam: & proderit ſibi. l. 1. C. ſi plures una ſentent. &c.

TERTIVS QVI VENIT AD CAVSAM PER ALIVM INcœptam, quid poſſit facere? CCCCXXI.

L Si præluſorio § ſed & agere ff de appellat.

[...]uod [...]uenit
- Ad impediendum cauſam cœptam, & tunc aut ille qui cœpit agere, eſt ille
  - Ad quem negotium principaliter pertinet, ſicut ad tertium uenientem, et tunc tertius non poteſt eum impedire agere, uel defendere. l. ſæpe. ff. de re. iudic.
  - Ad quem negocium pertinet per conſequentiam, ad tertium non principaliter: & tunc aut
    - Tertius uenit ante litem conteſtatam, & poteſt impedire cū agere uel defendere. l. Titia. ff. ſolut. matrim.
    - Venit poſt litem conteſtatam, & tunc aut lite conteſtata
      - Ignorabat, & poteſt adhuc eum impedire agere:
      - Sciebat, & non poteſt amplius eum impedire agere, ſed bene, ne defendat in ſui præiudicium.
- Vt cauſæ aſſiſtat, & tunc dicitur ut per Bartol. in l. ſi præluſorio. § ſed & agere nu 2. ff. de appellat.
- Vt impediat executione, & tunc aut uenit
  - Intra tempora appellandi, & poteſt appellare, ut plenè per Bartol. in l. à ſententia. ff. de appellat.
  - Poſt tempora appellandi, & tunc dicitur ut in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff de re iudic & ibi plenè per Bartolum.

L. Si

QVANDO QVIS BIDVVM, ET QVANDO TRIDVVM habeat ad appellandum? CCCCXXII.

L.Si quidem.§.tutores.ff quando appell.ſit.

R. Quod aut quis eſt in iudicio

- Suo nomine, *& ad ſuam utilitatem: & tunc habet biduum.*
- Alieno nomine, *& ad alienam utilitatem: & tunc habet triduum.*
- Alieno nomine, *ſed ad ſuam utilitatẽ & tunc aut hoc*
  - Conſtat *in iudicio, ut quia agit tanquam procurator in rem ſuam: idem ſi defendit animo nouã di, & tunc habet biduum. l. ſiquidem. §. in propria ff. quando appell. ſit.*
  - Non conſtat *in iudicio. quia eſt ut ſimplex defenſor, quia poßibile eſt quod habebit regreſſum, & quòd non: & tunc habet triduum, d.l. ſiquidem. §. tutores. ff. quand. appell. ſit.*
- Suo nomine, *ſed ad alienam utilitatem & tunc aut hoc*
  - Conſtat *in iudicio: & habet tantum biduum. l. qui ex parte. & l. qui ſeruum. ff. de interrogat. action.*
  - Non conſtat *in iudicio: & tunc ille habet triduum. Bartol. in l. ſiquidem. § tutores. ff. quand. appell. ſit.*

FRVCTVS REI EMPTAE AD QVEM SPECTENT? CCCCXXIII.

L.Valerius.§.Triphonio.ff.de iure fiſci.

R. Quòd aut ſunt fructus

- Naturales *extantes et aut loquimur in*
  - Fiſco, *& dicitur quod eius fauore emptor tenetur ſtare colono.*
  - Priuato *tunc quia pars rei, ſine dubio cedunt rei uenditæ. l. finali. §. fructus. ff. de his quæ in fraud. credit.*
- Induſtriales: *& aut loquimur de fructib.*
  - Ante *uenditionem perceptis: & ſunt uendentis.*
  - Poſt uenditionem *percipiendis: & ſunt ementis. l. Iulianus. § ſi fructibus. ff. de action. empti.*
- Naturales, *quorum occaſione debetur precium uel penſio: & tunc aut talis emptor,*
  - Ad quem *ius coloni tranſit de neceßitate, ut in eo qui emit à fiſco: & tranſit ad eũ ius coloni, in ſpecto tempore quo penſio ſolui debet. l. Valerius, §. Triphonio. ff. de iure fiſci.*
  - Ad quem *non tranſit ius coloni, ut in emptore priuati: tunc debet inſpici tempus quo fructus percipiuntur. Bartol. in d. §. Triphonio.*
- Induſtriales, *quorum reſpectu debetur penſio, & dicitur, ut notatur in l. Iulianus. §. ſi fructibus ff de actionibus empti.*

T L De iure

CONTENTIO QVANDO EST CVM ALIQVA CIVITATE, apud quem debeat agitari cauſa? CCCCXXIIII.

L. De iure. ff ad muncipal.

R. Quòd aut eſt cō tentio
- Inter duas ciuitates quæ uendicant unum: & tunc aut illæ ciuitates
  - Subſunt eidem præſidi; & tunc ille præſes erit iudex. l. de iure. in Gloſſa. 1, ff. ad municip.
  - Subſunt diuerſis præſidibus: et aut
    - Vna ciuitas eſt in poſſeßione, alia non: & erit iudex præſes illius ciuitatis quæ poßidet quæ ſuſtinet locū rei. l. 2. C. ubi in rem actio.
    - Neutra ciuitas poßidet: & tunc uterque præſes ſimul cognoſcet. c. paſtoralis, extra, de reſcriptis.
- Inter ciuitatem: & eum qui dicitur ciuis, & tunc aut
  - Negat ſe ciuem, & agit coram præſide, cui ſubeſt ciuitas, cuius negat ſe ciuem. l. de iure. 2. reſponſo ff. ad municipal.
  - Ciuitas eū uendicat: & tunc aut
    - Erat in quaſi poſſeßione incolatus: & tūc erit iudex præſes illius ciuitatis quæ uendicat. l. 1. C. ubi quis. de curial.
    - Non erat in quaſi poſſeßione: & tunc uendicabit eum coram præſide illo, cui ſubeſſe ſe dicit. quia actor ſequitur forum rei. l. iuris ordinem. C. de iuriſd. om. iudic.
    - Dubitatur utrum ſit in quaſi poſſeßione, uel non: & cogoſcetur coram iudice ſummatim, ſub quo nunc eſt; & ſic remittentur. l. 1. C. ubi cauſa ſtatus, &c.

QVANDO VNVS DEBET SALARIVM, ALIVS OPERAM ex hominis diſpoſitione, & opera caſu fortuito non poteſt præſtari, utrum debeatur ſalarium? CCCCXXV.

L. 1. § Diuus num. 2. ff de uar. & extraord. cog.

R. quod aut illa diſpoſitio erat
- Contractus uerus et tunc aut contractus nominatus eſt
  - Bonæ fidei & aut cuenit caſus in perſona
    - Conducentis & debetur integrum ſalarium. l. ſi uno. §. item cum quidam. ff. locati.
    - Eius qui debet operas: & debetur pro rata Bartol. in l. 1. §. diuus. nu. 2. ff. de uarijs & extraord. cognit.
  - Stricti iuris: & aut uerba ſunt cōcepta
    - Conditionaliter: ut ſi hoc fecerit dabo tantum: & non debetur ſalarium. notatur in l. ſi uehenda. in princip. ad l. Rhod. de iactu.
    - Non conditionaliter: & erit idem quod in locato & conducto. notatur in d. l. ſi uehenda.
- Contractus innominatus: & aut uult repetere pecuniam ideo, quia
  - Pœnitet eum: & poteſt, cum in contractibus innominatis ſit locus pœnitentiæ: dum tamen et qui debebat operas, uel aliud factum facere, de indemnitate ſatisfaciat.
  - Cauſa non ſecuta eſt factum non impletum: & tunc diſtinguendum prout ſupra in contractibus nominatis, cum contractus innominati dijudicentur ſecundum naturam contractuum nominatorum, quibus aßimilantur.
- Contractus qui ſuccedit in locum diſpoſitionis legalis: & tunc merito dicimus idem quod quando debetur ſalarium ex diſpoſitione legis. l. fieri. & ibi notatur. C. de aduocat. diuerſ. iudic. Bartol. in d. § diuus. numero 11.
- Vltima uoluntas: & tunc aut
  - Vna præſtatio eſt facienda: & tunc debetur totum, licet quis impediatur caſu præſtare. l. ab adminiſtratione. C. de legatis. l. peto § mater. ff. de legatis 2.
  - Sunt praſtationes annuæ faciendæ: & tunc pro anno qui incertus eſt, debetur integra pecunia: pro alijs non. l. Scio. in princip ff. de annuis legatis.

QVANDO EX DISPOSITIONE LEGIS VNVS DEBET operas, alius mercedem, ſi impediatur caſu, an debeatur merces?
CCCCXXVI.

D.l.1.§.Diuus.num.2.ff.de uar.& extraord.cognit.

R. quod aut elegitur ad officium

- Habens *principaliter laborem: & hoc caſu non debet habere ſtipendium, niſi pro rata temporis, quo ſeruiuit. l.pen. C. de erogat.mil.annonæ. l.1.C.de re milit.*
- Quod reſpicit *& laborem & probitatem ſcientiæ uel intellectus: & tunc aut*
  - Erat *una præſtatio facienda: & totum ſalarium debet habere. l.1.§.diuus.ff.de uar.& extraord.cogn.l.legatus.§.1.de legatis.*
  - Erat facienda *præſtatio annua: & tunc debet habere pro eo anno quo incæpit tantum. l.poſt duos.ff.de aduocat.diuerſ.iudicum.*
- Quod *reſpicit iam ſcientiam quàm laborem: & tũc aut*
  - Illud *quod datur in præmium prudentiæ & remunerationis laboris, non poteſt ſeparari: & tunc debetur totum ſecundum propriam diſtinctionem, ſcilicet quòd aut annua præſtatio.*
  - Illud *quod datur, poteſt ſeparari. & aut loquimur in eo quod debetur ratione*
    - Laborum: *& debetur tantum pro rata.*
    - Scientiæ: *et aut eſt præſtatio*
      - Vna: *& debetur totum. l.his ſcholaribus. C.de erogat. milit.annonæ.*
      - Annua: *& debetur pro anno quo inceptum eſt Bartol.in d.l.1.§.diuus.num.8.ff.de uar.& extraord.cognit.*
- Habens *dignitatem principaliter, ut quòd ſit præfectus, uel domeſticus principis, &c. & debet habere totum ſalarium, & pro toto futuro tempore, nulla habita diſtinctione, an ſit ſalarium annuum uel non. l.ſi quis in ſacris. C.de proxim.ſacrorum ſcriniorum.*

SALARIVM QVO TEMPORE SOLVI DEBEAT;
CCCCXXVII.

D.l.1.§.Diuus.num.16.

R. quod aut loquimur in locatione

- Rerum: *& tunc eo caſu dicitur, ut per Gloſſam in l.ædem.C.locati.*
- Operarum *et tunc aut pecunia datur*
  - Pro ſumptibus *magis quàm pro mercede laboris, ut pecunia quæ datur legatis & ſimilibus: & illa debet ſolui in initio l.legatus.§.1.ff.de legatis.*
  - Pro mercede: *& aut uериſimilitudo*
    - Apparet, *quia uidetur tacitè actum ut ſoluatur numeratio, ut ſi eſſet talis, qui non poſſet operas promiſſas exhibere, niſi pecunia ſoluēretur: & ſoluitur in initio l.ſemper in ſtipulationib.ff.de reg.iur.*
    - Non apparet: *& aut loquimur in obligatione*
      - Ex contractu: *& tunc ſalarium debetur in fine temporis, licet dies cedatur in initio. l.ædem.C.locati. Bartol.in l.ſi ſeruus communis Mæuij.§.fin.de ſtipul.ſer.*
      - Ex legis diſpoſitione: *& tunc aut*
        - Eſt unum *tantum ſalarium conſtitutum: & debetur ab initio. l.1.§.diuus.de uar. & extraord. cognit.*
        - Eſt ſalarium *an unum: tunc debetur in initio cuiuslibet anni. l.poſt duos. C.de aduoc. diuerſ. iud.*

MASCVLINVM AN ET QVANDO CONCIPIAT FEMININVM? CCCCXXVIII.

L. 1. ff. de uerb. ſignif.

R. quòd aut maſculinum profertur ſub nomine
- Proprio: *& maſculinum non concipit femininum, l. ſi quis ita, cum Gloſſa, in princip, ff. de teſtam. tutela. fallit quando profertur à lege ius commune condendo, ut in conſtit. circa finem.*
- Appellatiuo: *& aut de mente proferentis*
  - Conſtat: *& illi ſtamus, l. Lucius, §. quæſitum, de legatis 3.*
  - Non conſtat, *& aut profertur in materia*
    - Differenti, *quæ congruit maſculino, & non feminino: & maſculinum non concipit femininum, l. ultima, de tute. coniunctâ, l. feminæ, ff. de reg. iur.*
    - Indifferenti, *& aut tractatur de*
      - Fauore: *& maſculinum concipit femininum, l. 1. de uerb. ſig. l. ſi quis, in ff. de teſtam. tutela.*
      - Odio, *& aut odio*
        - Rationabili: *& tunc maſculinum comprehendit femininum, l. ſi quis id quod, ff. de iuriſdict. omnium iudic.*
        - Irrationabili: *& non comprehendit, l. quiſquis C. ad l. Iul. maieſt.*

QVID CONTINEANT VERBA, PATRIA ET CIVITAS? CCCCXXIX.

L. Vrbis appellatio, ff. de uerb. ſignif.

R. quòd aut loquimur in
- Beneficiis: *& tunc continetur totum territorium, l. 1. §. cum urbem, ff. de offic. præfect. urb.*
- Aliis actibus: *ut in cõtractibus ultimis uoluntatibus, & aut tunc dixit*
  - Patriam: *continentur continentia ædificia, l. uxoris, §. legauerat, de legatis 3. licet quandoque largius ſumatur, l. ueluti, ff. de iuſt. & iure.*
  - Ciuitatem: *& muris finitur, l. nam quod liquidè, §. ſi ita, ff. de penu legata, fallit in caſu, c. ſi ciuitas, de ſentent. excommu. in 6.*
  - Bononiam: *& continentur continentia ædificia, l. urbis appellatio, ff. de uerb. ſignif. l. nam quod liquidè, §. ita. ff. de penu leg.*
  - Vtrunque, *id eſt ciuitas & Bononia, & aut loquimur in ciuitate*
    - Romana: *& comprehenduntur continentia ædificia, Gloſſa in l. urbis appellatio. ff. de uerb. ſig.*
    - Alia, *& aut præcedit*
      - Ciuitas, *ut ciuitas Bononiæ: & tunc muris finitur.*
      - Nomen proprium, *ut Bononia ciuitas, & comprehenduntur continentia ædificia, l. ſi communis ſeruus, ff de ſtipulat. ſeru.*

L. Liberorum

VERBVM FILIVS, PROLATVM A' TESTATORE, AN COMprehendat nepotes? CCCCXXX.

L.Liberorum appellatione.num.5.de uerb ſignif.

R. Aut teſtator
- Diſponit *circa eos: & aut diſponit, eos*
  - Honorando: *& tunc aut prouidet illis*
    - Tutores *dando: & appellatio filiorum non porrigitur ad nepotes.l.quod ſi nepotes.ff.de teſtam.tutela.*
    - Eos inſtituendo, *uel aliter relinquendo: & talis prouiſio facta de filio, extenditur ad nepotes.l.Lucius.la ultima.ff.de hæred.inſtit.*
  - Grauando: *& tunc appellatione filiorum non ueniunt nepotes.l.filij.& ibi notatur ff.de uerb.ſignif. nam ea æquitate qua maſculinum concipit femininum, eadem æquitate appellatio filiorum extenditur ad nepotes.l.Iuſta.ff.de uerb.ſign.ſed in illis odioſis maſculinum non concipit femininum.l.1.§. quare, de uent.in poſſeſ.mitt.*
- Non diſponit *circa eos: & tunc aut*
  - Diſponit *de eis circa alios: & non ueniunt nepotes niſi dum ſeparatio fieret.l.liberorum appellatio. uerſic.ſed & Papirius.ff.de uerb.ſignif.*
  - Non diſponit *de eis circa alios, ſed uerbum illud uenit in diſpoſitione per modum conditionis uel cauſæ: & tunc aut conditio ſeu cauſa reſpicit*
    - Fauorem *liberorum: & appellatione filiorum continentur nepotes.l.qui hæredi.in princip.l.Mæuius.ff.de condit.& demonſt.*
    - Odium: *& non uenit nepos.Bartol.in l.liberorum appellatio nu.5.in fine.ff.de uerb.ſignif.*

QVANDO VERBVM FILII PROFERTVR A' LEGE, AN comprehendatur nepotes? CCCCXXXI.

D.l.Liberorum.num.6.

R. Quòd aut lex diſponit de filiis
- Principaliter: *& aut diſponit eos*
  - Honorando: *& aut prouidet filijs*
    - Tutores dando: *& non porrigitur ad nepotes.l.ſed & milites.l.1.de excuſat.tutor.*
    - Circa alia: *& appellatio filiorum porrigitur ad nepotes, ſiue diſpoſitio ſit facta in fauorem filij principaliter, ſiue in odium alterius, tamen redundat in fauorem filij principaliter. Auth. ut exact.inſtant.dot §.1.colla.7.l.filium habeo.ff.ad Macedon.*
  - Grauando: *& aut diſpoſitio continent odium*
    - Principaliter: *& appellatio filiorum non porrigitur ad nepotes.l.patri.ff.de adult.*
    - Conſequenter: *& extenditur ad nepotes.l.Senatuſconſultum.ff.de ritu nupt.*
- Nihil, *ſed appellatio filiorum ponitur in diſpoſitione caſualiter uel conditionaliter: & tunc aut conditio reſpicit*
  - Principaliter *fauorem filij: & comprehenduntur nepotes.l.2.§.ſi mater in princip.in uerſic.filijs autem.ff.ad Tertull.*
  - Non principaliter *fauorem filij: & nõ extenditur ad nepotes, niſi lex uteretur uocabulo liberorum.l.2.§.1.ff.de exuſat.tutor.*

QVAE MVNERA POSSIT SVBIRE MVLIER? CCCCXXXII.

L. Feminæ, ff. de reg. iur.

R. quòd quædam ſunt munera

- Mere realia: & iſta ſubire poteſt mulier, l. 1. C. de mun. & in quo loco, &c.
- Quæ imponuntur perſonæ pro rebus, & iſta munera poteſt ſubire mulier, l. reſcripto, §. fin. ff. de mun. & honor.
- Mere perſonalia: & tunc quoddam eſt officium
  - Publicum autoritate & utilitate, ſine adminiſtratione: & illud poteſt mulier ſubire l. feminæ. ff. de ſenat.
  - Publicum authoritate, ſed priuatum utilitate: & tunc illud regulariter non poteſt ſubire mulier, l. pen. ff. de tutel. fallit per totum titulum, quando mulier tut. oſpic. ſuugi poteſt. & in l. 1. in fine. ff. de peſtul.
  - Priuatum autoritate & utilitate. & aut illud eſt explicandū
    - In iudicio: & mulier pro alio non poteſt ſubire. l. alienam. C. de procurat. fallit in l. feminas. ff. de procurat.
    - Extra iudicium: & tunc mulier poteſt, l. 3. §. 1. ff. de neg. geſt. fallit ff. ad Velleianum per totum: quia non poteſt fideiubere.

NOTARIVS AN POSSIT CORRIGERE ERROREM ſuum? CCCCXXXIII.

L. Librarius, de reg. l. iur.

R. Aut erratur

- In eo, quod non reddit inſtrumentum nullum, & tunc error non uitiat inſtrumentum. l. Imperator. ff. de ſtatu homi. & poteſt per notarium corrigi. l. actor. un uerba. ff. de re iudic.
- In eo ex quo uitiatur inſtrumentum & tunc aut
  - Conſtat quod erratum, & in quo erratum eſt: & eo caſu poteſt notarius corrigere errorem ſuum, ne ſcribentis error noceat partibus. l. ſi in nomine. & l. error. C. de teſtam.
  - Conſtat quod eſt erratum ſed non in quo: & tunc aut eſt erratum in
    - Omittendo: & tunc notario debet credi ſi dicat ſe recordari, & poterit ſic ſe corrigere: argumento eius qui credit officiali in ſuo officio. l. apparitores. C. de exact. tribut.
    - Ponendo: & non poterit ſe purgare uel corrigere, niſi de errore liqueat per teſtes. l. quid quid aſtringendæ. 3. reſponſo. ſecundum unam lecturam de uerb. obligat.
  - Eſt erratum alio modo ratione cuiuſdam alterationis ut ſi dico, Anno domini, indictione tali, & nō concordat cum annis domini: & licet indictio uitiet contractum, tamen ſi eſt poſita, & erratum non, uitiatur inſtrumentum. l. quoties. ff. de hæredib. inſtit.

FINIS DISTINCTIONVM BARTOLI, PRO VT ILLAE à clariſsimo Bononienſis Scholæ Doctore Mariano Socino collectæ ſunt, &c.

AUT 131695

XXII
D47